GABRIELIS FALLOPPII MVTINENSIS MEDICI EXCELLENTISSIMI OPVSCVLA

Quorum numerum, atque ordinem uerſa pagina indicabit.

Accedit Gulielmi Rondeletii tractatus De Fucis.

Item Arcanorum liber primus

Omnia hæc Petri Angeli Agathi opera, atque diligentia edita.

A quo paſſim inſertæ ſunt adnotationes quædam hac nota [ ] à reliquo orationis contextu ſecretæ

Cum Indice Capitum omnium locupletiſſimo.

CVM PRIVILEGIO.

PATAVII,
Apud Lucam Bertellum,
MDLXVI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX LIBRORUM IN HOC VOLUMINE contentorum.

GABRIELIS FALLOPPII
De Morbo Gallico liber abſolutiſsimus in hac tertia editione multò caſtigatior.

Eiuſdem tractatus de bubone peſtilenti.

Quæſtio de principio uenarum
De Balſamo
De Aſpalatho
De Sandalis
De Muſco
De Moſcho
De Ambra
De Zibetto
De Decoratione
Gulielm. Rondel. de Fucis
Gabr. Fallopp. de caloribus
Petr. Ang. Agath. Arcanorum liber primus.

LUCAS BERTELLUS

Per decennium cautum, atque ſancitum eſt Illuſtriſsimi Senatus Veneti Priuilegio, ne quis imprimere, uel alibi impreſſos tractatus hoſce uendere audeat, libro de Morbo Gallico excepto. Exemplar Priuil. apud nos eſt, atque hac de re tum Bibliopolas, tum etiam Typographos omnes admonitos eſſe uolumus. Hi autem Venetijs impreſsi ſunt.

NOBILI, AC ILLVSTRI D.
Domino Balthaſari VVagen in VVagenſperg
ſuo Mecænati, atq; patrono ſemper obſeruandiſſ.

Petrus Angelus Agathus. S. P. D.

SVmmos Deos ultramundanos rerum omnium amplisſimam habere prouidentiã; ſcribit Plato in Epinomide: ſub his in cœlo quoſdam cõſpicuos eſſe; tertiò uerò loco Demones collocat; quorum nonnullos Aethereos, nonnullos appellat aereos: at neutrum cerni totum poteſt; oculorum enim noſtrorum radios effugiunt; &, quanuis ſint propè nos, manifeſtè tamen nunquàm nobis apparent: Aqueus autem, qui tertiam inter hos ſedem occupauit: nonnunquàm cernitur, nonnunquàm aſpectui noſtro ſe ſubtrahit, &, quùm uidetur, magnam præbet ſui admirationem. Verùm 4. de legibus, præter Deos, poſt Demones collocauit Heroas, quibus mentis compotem ſacrificare iubet. Hos quidam Lemures; quidam hominũ animas corporis uinculo abſolutas; aliqui Deorum, ſiue Dearum, Hominumq; coitu promiſcuo, atq; nexu progenitos exiſtimant. Nos autem Platonis ſenſa intimius perſcrutantes, Diuini *Herois hiſce notis cognitionem adipiſci poſſe ſperamus. dicit. n. in Epin. hos dici Heroas, qui prudẽtiæ mirabilis participes, acuto ingenio, tenaciq; memoria cogitationes oẽs noſtras cognoſcunt; honeſtos, bonoſq; homines mirificè diligunt, improbos uehementer oderint. & cum* Deus, *non ita homini miſceatur, per eorum medium, cõ-*

mertium omne,atq; colloquium,inter Deos, Hominesq́; con ficitur. Quibus ita conſtitutis circumuoluens oculos, mentisq́; aciem aliquantiſper dirigẽs Tè, nobiliſsime Balthaſar his omnibus animi dotibus Illuſtrem, cunctas iſtas habere conditiones, & eas quidem uberrimas, omnium, qui te nouerunt, conſenſu, & plauſu, intrepidè affirmare audeo. neque iniuria: manifeſtus enim eſt animus, manifeſtum eſt conſilium tuum. Prudentiæ nanq; ingenij, memoriæ, dilectionisq́; humanæ terminos tranſigis, atque adeò longè præcurris, ut non ſolùm Heroem, ſed ex Eudemonibus unum te eſſe pro certo, & conſtituto habeam. memini & enim (dum Patauij eſſes) adhuc ferè puerum, ſeniles indutum mores non modò Germanos, ſed Italos, atque exteros penè omnes argutis uerbis, atque ſententiis, ingenij dexteritate, ad te audiendum, admirandum, atque creſcentem uirtutem excolendum allexiſſe. Quantùm uerò in Philoſophorum, Mathematicorumq́; arcanis reſerandis inſudaueris, in ſimpliciumq́; Medicamentorum cognitione, & breuiſsimo temporis ſpacio, profeceris ego ipſe teſtis eſſe poſſum locupletiſsimus, qui cum ſubtiliſsimo, egregio, atque nunquàm ſatis laudato Guilandino de multis dubitantem, atque diſſerentem toties propriis auribus percepi: ſed quid pluribus in tuis laudibus enarrandis immoror? præſtat ab his me abſtinere, ne rudi, ac incompto dicendi genere, potius diminuam, aut obtenebrem; quàm incrementi, aut lucis aliquid addam: cum tua, tuorumq́; præclariſsima geſta, alterum Demoſthenem Græ-

cum, alterum Ciceronem Italum, ut illa memoriæ hominum tradant, expoſtulent. noui & enim me huic oneri longè im parem eſſe. Horum autem uices facilè ſupplere poteſt Eximius, & integerrimus uir Dominus D. Iacobus Strauss, præceptor tuus, non modò in Mathematicis diſciplinis, utra que Philoſophia, ac rationali medicina, ſed in oratoria facultate, Romana uenuſtate, Atticaq; facundia longè cōſumatisſimus, cui libenter lampada trado. Plato iubet uobis, uobis iubet hoſtias immolandas. ego autem, quamuis Platonis in campis nō ſim diutiùs immoratus, haudquaquàm tamen, quæ à ueteribus commodè monſtrata ſunt reprobare intendo, ut qui illos, nec ſentiendo, nec intelligendo ſuperare queam; cum multùm, ac diù cogitauerim, quam tibi hoſtiam, quæ meæ in te obſeruantiæ pignus eſſet perpetuum, immolaturus eſſem (animo excepto, quem multò tibi antea deuoueram) obtulit ſeſe libellus iſte Authoris Excellentia celeberrimus, ſtudioſis omnibus mirum in modum (ut ſpero) profuturus: quem (Vrbano Zueſſnero Carinthio uerè urbano, ac diù cognito uiro linguarum non modò, ſed artium, atque ſcientiarum peritisſimo, conſulente, hortante, atq; impellente, etiam quòd in hoc freno potiùs, quàm calcaribus indigebam) tibi Platone iubente ſacro. Gladium ergo ſumo, ſacerdos fio, accingor, uictimam adduco, aliorum audaciam, ne dicam inſcitiam macto, qui contrà mè ſuperioribus diebus mendacia multa euomuêre. Hinc mors falſitatis, ueritatis reſurrectio prodibit. Hanc tuis

aris ſacro. Tertius hic Crater eſt ad ebrietatem, qui ſeruatori, ſeu IOVI ſoſpitatori dicabatur, ut ex crateris huius potu œnopotas ab ebrietate liberaret. Primum, qui fuit tractatus de Differentijs doctrinarum olim à mè editus, ad ſitim Ioui olimpico, ſecundum autem, quem Heroibus ad hilaritatem ſacrādum cenſebant, qui fuit Gabrielis Falloppij de morbo Gallico libellus eidem dicaui. Tertium hunc tibi ſeruatori Maximo. Cæſarei enim Heroiciq; animi à maledicentium morſu, atq; publicè mentientium punctura ſeruare proprium eſt. Tuum igitur ſit, cui animus Auguſtus, Auguſta Familia, Auguſti mores, Auguſtæ deniq; uires, mè tueri, mè fouere, atq; colligere. Meum autem erit quot annis munus aliquod tuæ immortalitatis aris offerre. Hæc ſunt munuſcula prima: Gabriellis Falloppij Medici noſtra tempeſtate clariſsimi Opuſcula quædam, ueluti ab inferis eruta (ſe legente) à mè conſcripta. Fateor aliquas ineſſe mendas; quis enim manu & calamò currenti, dicentis uerba omnia aſſequi poterit? Inſertæ ſunt paſsim adnotationes quædam, partim ex eius doctrina, partim ex nobis ipſis (ne meri Hiſtriones in ſcænis alienam tātum induti perſonam, uideremur) ad excitanda ingenia, & fortaſſe nonnihil ad utilitatem additæ. Sed, quæ rem ipſam (cum hac nota [ ] incluſæ ſint) interturbare minimè poſsint. Primus autem eſt de morbo Gallico abſolutiſsimus, atq; omnibus cōpletus numeris, tractatus à mè aliàs editus, in quo non eſt, quod ab alijs deſiderari poſsit. Completa ſunt omnia: Morbi gallici origo, nomina uaria, quis, & qualis ſit, locus affe-

ctus, natura, generationis modus, cauſæ, ſigna, curatio, per exercitationem, ſuffitus, Hydrargyrum, præcipitatũ, Guaiacum, lignum ſanctum, radicem chinam, & ſalſapariglhã; atq; eius ſymptomatum numerus, cognitio, ac omni cum diligentia curandi methodus tradita. Quis ergo alterius generis panem, ſi frumentaceo ueſci poterit, expoſcet? Quæſtio adeſt de uenarum principio luculentisſima: pariter & de Caloribus erudita diſceptatio. ſunt Fragmenta in Dioſc. de Balſamo, Aſpalatho, Muſco ſandalis, moſcho, ambra, atque zibetto, eſt deſideratisſimus, ſed morte intempeſtiua mutilus, de Decoratione tractatus: in cuius defectũ ſupplet ſermo de Fucis Gulielmi Rondeletij uiri grauisſimi, atque naris emunctisſimæ. Eſt noſter primus Arcanorum libellus: nouem alij ſuperſunt ex uarijs collecti Authoribus, experientia, (ut plurimùm) comprobati, & ad lydium, (ut aiunt) lapidem examinati. qui omnes, multò hoc caſtigatiores, & in doſibus, & in cæteris (quod modò Lucæ Bertelli ſtimulo præſtare non poſſum: qui uix mihi tempus tranſcribendi hæc ſubminiſtrat, tãto enim ardet ſtudioſis noua promulgandi deſiderio, ut clanculum, ueluti ſurripiendo, tãtùm mihi otij nõ indulgens, ut relegere ualeam, manibus eripiat) in alia edentur impresſione. Scio multos praue olfacere iſta hæc, atq; tanquàm Empirica à rationali medicina explodere. Hi autem gaudeant ſuis chimæris; nos expertis medicinis ægros curemus, &, ſi aliquid hi rabidi Canes habeant contra placita noſtra, prius cum Galeno, qui Antiquorũ recitat, atque comprobat experimenta, digladientur. Pro ip

ſis uerò ex xi. ſimpl. capiant hoc auxilium Aeſchrionis empirici peritisſimi ſenis. in patella æris rubri cancros uiuentes urant poſt canis ortum, quandò Sol in Leonem tranſierit, non niſi luna decimaoctaua: in pollinem redigant, cuius quotidie, diebus 40 duo cochlearia magna aquæ inſperſa deuorent. Si autem ſupectum habeant Galenum, legant profe

7 Synops. 14. *ctò Oribaſium, qui recens detractam ouinam pellem induendam parat, atque totus ferè eſt (ut aiunt) receptis onuſtus. nos potius uiris in arte peritis credere ſtatuimus, quàm noua experiendo homines necare. neque enim lateres, lutum, li-*

Gal. prio Aph prio. *gna, lapides, tegulæ, coria artis medicinalis materia ſunt, in quibus exercitari multis modis impunè licet, at in corpore humano experiri non eſt citra periculum, cum mala experiëtia ad totius animalis terminetur interitum. Hæc uerba Gal. frangant dentes eorum, & ueluti offa os claudant ſtrepitu, & amaritudine plenum; tibiq; Balthaſar amplisſime munuſculum hoc meum; ſi uoluntati cõferatur, maximum, meq; tibi natura, atquè electione ſubiectum (dum maiora paro) gratum, & carum faciant, atque conſeruent. Vale.*

Typographus ad lectorem

In tractatu de morbo gallico non ſunt errores notatu digni, niſi qui fortaßè grammaticos offendent, non Medicos, neq; Philoſophos; ueluti eſt mori pro mari, capud pro caput & alia quæ diligens lector ex ſe ipſo caſtiget. Vale.

GABRIELIS FALL. MVTINENSIS IN TRACT. DE MORBO GALLICO.

Præfatio de origine eius. Cap. I.

HOC eſt perpetuum, & æternum dogma; quòd propter peccatum aduenit mors, & propter errorem pœna. Hinc factum eſt, quòd Deus ſæpe morbis caſtigauit peccata noſtra. Nam legimus apud ſcriptores plures fuiſſe ægritudines repente inuadentes nunc Italiam, nunc alias uel Europæ, uel cæterarum mundi partium regiones: incommodaq; tulêre non pauca, & maximè quæ contagio diſperguntur; & præcipuè quæ Veneris coniunctione, aut oſculi ſuauitate infiguntur. Nam legimus in Hiſtorijs, ab Aegypto, Victorem Pompeum cum triumpho detuliſſe lepram. Tota Hebraica lex, omnis regio Aegyptiaca ſciebat quid eſſet Elephanticus morbus: ignorabant Itali, Galli, Germani &c. Infecta eſt primùm Roma totius mundi emporium, poſtea cæteræ regiones: mitior deinde eſt effectus morbus, non tamen adeò quin cõiugem, & familiam omnem infectet. Non eſt dubium his ante temporibus, cum Romanæ luxuriæ creuiſſent, Imperante CLAVD. TIB. CAES. Plin. libr. 26. cap. 1. *à Perſino equite Rom. ſcriba Quæſtoris delatam fuiſſe ab Aſia impetiginem communicatam Hiſpanis, Gallis, & toti Europæ. In primis temporibus adeò ſæuus erat morbus, ut ad ignis uenerint curationem; poſtea mitior factus, ac nobis magis familiaris ſanari cœpit. Hinc miror de Fuch. alioquin homine doctiſſimo, qui ſecundo lib. parad. 17. reprehendit Plin. dicens Hippoc. pluries mentionem feciſſe impetiginis, ideoq; morbum nouum non fuiſſe tempore Tib. Cæſ. Non eſt accuſandus Plin. quoniam fuit diligentiſſimus hiſtoricus. Hippoc. fuit Couſ. Coum autem inter inſulas Aſiæ à Ptol. numeratur. Hippocr. igitur fuit Aſiaticus, non Europeus: Morbus*

ergo antiquus Aſiæ, nouus fuit Europæ, meritò ergo cum Pli. teneo. Puruncculorum aliquando genus contagioſum, dū uigeret adhuc Reſp. Luc. PAVL. & QVINT. Mart. COSS. delatum pariter hoc nouum genus morbi ad alias nationes. Cum hoc factum uideamus ſuperiori ætate, cumq; noſtra tempora maiora peccata habeant (cauſam huius explicandam relinquo Theologis, tantum hoc dico quòd propter peccata ægritudines) meritò & DEVS tentauit caſtigare nos flagellis nouis, nouisq; generibus affectuum, inter quæ fuit illud, quod Peticulas uocamus: neque eſt 40. annus, quo audita eſt lues iſta: aderant febres peſtilentes, ſed non cum puncticulis iſtis. Nouiſsimum eſt, quod præ manibus habemus & morbū Gallicum, ſeu gallicam ſcabiem appellamus, miſſum à Deo ut timidiores facti, Veneris luxuriem relinquamus, & ſtudijs non ſolum literarum, ſed etiam bonarum artium incumbamus. Nec dubitandum eſt ſi nouus ſit nec ne, quoniam temporibus noſtrorum patrum nondum repertus, nondum auditus, tunc temporis, elephantias craſſabatur: Iā una excepta Gallia, in qua plurimi ſunt Elephantici, In Italia, & reliquis regionibus rariſsimi ſunt. Inſtituta hoſpitalia Diui Lazari uacant ferè cuncta, Gallica ſcabies corrodit omnia, Hæc inuaſit nos anno 94. ſupra 1400. & uidete originem. CAROL. Imperator ſummæ authoritatis, atque ingenij ardentiſsimi (Imperatorem uoco exercitus Ducem) cum gliſceret animus in bellū, conuocato eo anno maximo exercitu, inuaſit Italiam, & ſub eius Imperio ſubacto Mediolanenſi Ducatu, Hetruria tota, & cedentibus rebus publicis Florent. &c. Romam inuaſit, Inde Neapolim de iure hæreditario ſibi putans competere cum exercitu maximo 80000. militum aggredi tentauit. Tunc temporis apparuit hic morbus. Et quoniam primùm milites Venerei ſunt, mala uictus ratione utuntur, Gali & cibarijs, & potibus indulgent, hinc factum eſt, ut ita graſſaretur iſta lues in hoc exercitu, ut ferè omnes laborarint: Illinc diſsipata per Italiam, reuiſit Hiſpanos, atque Germaniam peragrauit. Quæret quis an ſubortus in exercitu, uel ipſi aliundè communicatus affectus? dico communicatum fuiſſe, nec ab eo cælo originem traxiſſe. Nam inter Ianuenſes nobili ingenio fuit Chriſtophorus Columbus, qui Colonus à Petro Martire diligenti rerum Indicarum ſcriptore uocatur. Hic in re nautica exercitatus ualdè non ſolùm in his maribus, qui ambitum noſtræ terræ circuunt, ſed in latiori, & exteriori Oceano, Cum pelagus ingrederetur Atlanticum percipiebat uentos magnos flantes, & diuturnos, qui orti à partibus occiduis Europam uerſus aduolabant, Hiſpaniam, ſcilicet, atque Africam. Hac experientia actus dicebat à mari attolluntur halitus, & fiunt uenti, ſed non diuturni, ueſpertina hora inſurgunt, & perdurant uſque ad mediam noctem, ſed quòd per tres, ſex, aut nouem dies perſeuerent hoc non fit à mari, ſed à terra, at ab illo mori occiduo etiam quindecim diebus durabant, ergo neceſſarium eſt

oriri à terra, quæ diſtet quidem, ſed non longè. Hæc ratio philoſophica eſt, & uera; quoniam non poteſt ab aquis exurgere ſicca exhalatio diuturna uentorum materia, arguebat ergo eſt terra non ualde diſtans. ratio eſt, quoniam ſi huiuſmodi terra ualdè diſtaret diſſiparentur uenti trium dierum, & non poſſent peruenire ad huiuſmodi partes. Declaro; poterat eſſe ut pars noſtra habitata, & India Orientalis produceret uentos, qui longo circuitu recurrerent ad Occidentem, ſed longus eſt tractus, ideò diſſipati eſſent à uapore longo maris, & continuo, ergo ultra Oceanum terra eſt non lõgè diſtans. Hoc ita conſtituto uir ille admirabilis ſatis ſibi confidens, intrepidus, ad Ferdinandum & HELIS. Reges Caſtell. acceſſit, communicauitq; concilium ſuum. Reges illi prudentes, & liberales cum cognouiſſent certa argumenta Columbi ſubminiſtrarunt Liburnicam unam, & Celoces tres omni genere annonæ, armamentorumq; communitas, & primus fuit qui Indiã uiderit occidentalem, quiq; nouam terram ſalutauit, Inuenit ſolidum, Infinitas Inſulas, homines ſilueſtres, atque incultos, Auri argentiq; Theſauros. Müſt. ſcribit Col. Reges deriſiſſe: tandẽ peractis annis 8. expertos hominis ingenium.

Et ſciatis quòd niſi tanta moles Auri illinc ad nos delata eſſet eius tam immenſam copiam non uideremus, & quanuis Hiſpanis imponamus ex ſuis Indijs nihil boni delatum, támen falſum eſt. Inuentum eſt certè precioſiſſimum metallum, inde delata eſt copia, & ingens Margaritarum magnitudo: ſed eſt etiam adiuncta ſpina, atque aloes melli admixta. Detulit enim Columbus triremes Gallica lue refertas. ibi mitis eſt morbus, & inſtar ſcabiei, ſed ad noſtrum ueniens orbem ita ferus, ita immitis factus, ut caput, oculos, naſum, palatum, cutim, carnem, oſſa, ligamenta, uiſcera tandem omnia, infeſtet, inficiat, corrumpat. Columb. rediјt in Hiſp. 94 anno. Nam Kalendis Septẽb. 91. cæpta eſt nauigatio, duo anni abſumpti, partim eundo, partim inueſtigando, partim redeundo; & quia ſecũ reduxit milites non tanto auro quanto morbo onuſtos; hi alijs partem mercis communicarunt, qui in Italicis expeditionibus ſtipendia ſumpſerunt, cũ fieret illa maxima obſidio Vrbis Neapol. ubi pater meus affuit. Hiſpani calidiſſimi, atque cauti milites, qui gladijs hoſtes, dolis, & arte offendũt (nam dolus an uirtus quis in hoſte requirat?) cum ipſi pauci, Gallorum numerus propemodum Infinitus, nocte egrediebantur, relinquentes propria præſidia, & puteos uenenabant. Nec ſatis hoc erat, Italos Piſtores in exercitu aduerſo degentes pretio corruperunt, qui gypſum pani admiſcebant. Tertiò cum uim contagioſi affectus cognouiſſent, ob annonæ caritatem gentem inutilem propellentes clam ſcorta, & ea quidem formoſiſſima ab urbe expulerunt. Galli affecti erga Mulieres, ducti pulchritudine, egeſtate coacti, illas exceperunt, libentiſſimè luxuriarunt cum eis infrenes iuuenes, & ita paſſim totus exercitus infectus. Hac ratione apparuit ibi hoc nouum morbi genus, poſtea totam Europam infecit. Cuius tractationem ego iam inſtituo, & eam diſtinguam in quinque cap. pri Propoſitum ordo.

mum erit de nomine morbi uario; ſecundum erit (cum ego dixerim eſſe nouum) an ſententia eorum uera ſit, qui dicunt eſſe antiquum, & diſputabo an poßit coniungi cum morbo antiquorũ aliquo, nec ne. Tertiò diſputabo quid ſit, quæ forma ſit, quæ cauſa ſit eius, & cur infinita habeat ſymptomata, & cũ Proteus ſit in uarias atque uarias ſeſe monſtrans figuras an ſit unus, uel plures. Præterea explicabo ſigna, & ſymptomata cognoſcendi morbum. in quarto docebo curationem integram eius potu, ſuffumigijs, exercitatione, & inũctionibus. In quinto omnium ſymptomatum, quæ tot numero ſunt, curationem perſtringam: ſed agamus iam de Nomine ipſo.

De nominibus uariis morbi Gallici. Cap. II.

IN materia morbi Gallici propoſita ſunt capita diſcutienda, inter quæ primum locum habent nomina eius, quæ ſunt principium, fons, & origo omnis noſtræ cognitionis. & hæc non ſimplicia ſunt, ſed ſicut morbus uniuerſæ Europæ communis, ita uarias ſortitus eſt appellationes. Vnde Itali Gallicum uocant, et uariolam Gallicam: ratione dicta; quia in Gallis primùm apparuit. Galli ſcabiem, uel morbum Italicum uocant, quia reuera in Italia primùm infecti ſunt, hincq́; tanquàm præmium uictoriæ partæ, hanc præcioſam mercem in Regiones ſuas detulerunt: uocant quinetiam Hiſpanicam ſcabiem, quoniam affectus ab Hiſpanis communicatus eſt: Germani & ipſi habent proprias uoces; nam apud aliquos meuium reperietis, & ita ego legi apud aliquos ſcriptores Germanos. appellationis cauſa non ita conſtat, niſi dicamus, quòd meuium ſignificet partes obſcenas inuaſas morbo. meuium enim obſcenum eſt. Hiſpanicam etiam ſcabiem nominant. In Hiſpania morbum Neapolitanum, & huius audiſtis cauſam, quia primùm in obſidione Neapolis floruit morbus. Vocant etiam Paturſa. fortaſſe eſt nomen hoc proprium in India, à quibuſdam interpretatur morbus magnus, fœdus, & uiolentus. Aliqui ad imitationem antiquorum ſcriptorum, (qui ſolebant lichenem Mentagram appellare, eo quòd agreſti modo mentum primùm inuaderet, poſtea faciem quidem, collum, pectus, manusq́; fœdo quoddam furfure occuparet) Pudendagram uocant: quia primùm inficit pudẽda & fœminea, & uirilia. Hieronymus Fracaſt. Philoſophus, Medicus, Mathematicus, & Poeta excellentiſsimus (quæ ſpecies laudis non ita multis conueniunt) dum iuniori eſſet in ætate ſcripſit Poema de morbo Gallico ita iucundum, ita uenuſtum, ut plurimi cum antiquis conferant. Hic uocauit ſiphila morbum iſtum, quia ex amore, & coniunctione Veneris inter hominem, & fœminam, ut plurimum ſuboritur. Et ita ſiphilis quaſi concordiæ & amicitiæ Venereæ partus appellatur. ſed quicquid ſit non refert dummodo ſciamus his nominibus talem ſpeciem morbi ſignificari.

Magnam uariolam Galli non infaſcete nominant: Neapolitanum etiam, ubi ſe inueniſſe putant.

Pli. lib. 26. cap. 1.

Apud Malabatos morbus is pua dicitur.

An Nouus, an antiquus ſit morbus iſte: & primò an iſdem cum lepra arabum. Cap. III.

Modò oportet ut ſecundum contemplemur, an ſcilicet hic morbus ſit ex illis, de quibus antiqui tractarunt, uel non. Magna eſt lis inter medicos de hac re. A iqui tenent non eſſe nouum, ſed à ueteribus dependêre, alij nouum defendunt. Et primi fuere dicentes Græcorum eſſe elephantiaſim, lepramq; Arabum. Et quamuis mutarit uocem, non mutauit tamen naturam, & ſymptomata. Præcipuè autem hoc rethorico argumento mouentur, quod in aduentu Gallici morbi ceſſauit elephantias. unde pſenodochia Diui Lazari uacant, & inſtituta ſunt ſanti Iobbi, in quibus colligun tur Gallico laborantes. Sed poſtea adſunt inditia, quæ ſumuntur à natura, & ſymptomatibus; & primùm eadem eſt ratio contagij in utroque, ſi quis ſudet in lecto cum infecto, ſi quis os ori iungat, ſi coiuerit cum muliere infecta, inficitur Gallico, ſicuti lepra inficiebatur. Secundò ſi nos obſeruemus quæ ſolent ſuboriri in elephantiaſi (quamuis huiuſmodi affectum non uiderimus) erunt eadem cum his, quæ in Gallico ſuboriuntur. Si conſulamus Bibliam inueniemus ſuboriri poſtulas albicantes exaſperantes corium, & hoc etiam à ſcriptoribus notatur fieri in lue Gallica, & elephantiaſi; ergo non poſſumus negare eſſe idem genus morbi: Addatis tertiò quòd in lepra decidunt pili non ſolùm capitis & barbæ, ſed uniuerſum corpus depile redditur, hoc autem ſymptoma in Gallica ſcabie deterret mulieres, & homi nes ualdè. Ideò meritò dicimus utrunque morbum unum, & eundem eſſe. His rationibus colligunt aliqui ex ſuperioribus medicis morbum Gallicum eſſe elephantiaſim. Verùm (mea ſententia) decipiuntur. quia uideo toto cælo diſtare morbos iſtos, & utinam elephantias ita periiſſet, ut non reperiretur, quoniam arte inſuperabilis morbus: Gallicus ſuperatur, & noſtris temporibus ita mitis, ita familiaris effectus, ut (ſicut demonſtrationibus probabo: licet doctiſsimi uiri aduerſentur, atque propterea errent) ex toto, & maxima cum facilitate ſuperetur. Hac igitur ratione colligo non eſſe unum, & idem genus morbi. Præterea morbo elephantiaco ſemper filij naſcuntur infecti, at in Gallico raró hoc fit, ergo nõ eſt iſdem morbus. Sed uidete alias differentias, primò in elephantiaco ſub lingua oriuntur tubercula, & Glandulæ ſub auribus, at in Gallico non eſt hoc ergo. præterea in eleph. tota cutis redditur obſtracoſa, quæ obducit uniuerſum corpus, non oriuntur puſtulæ tantùm, ut in Gallico. addatis in eleph. ſuperuenit Satiriaſis, ardor quidam coeundi, unde elephantici ſemper cupiunt coitum, uiceuerſa in Gallicis appetitus deperditur, non quia territi ſunt, ſed quoniam non adeſt tentigo, ut in leproſis frequenter accidit; & ideò lepra ſatiriaſis dicta eſt, quia Sati-

Rationes.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Impugnatio.

Scal. ad Gar, exer. 199. refert ſe uidiſſe linguã homini cuidã adeo grãdẽ ut mendacii ſuſpicio ſilẽtiũ indicet: ꝑterea mas

nium fœmi- *rorum more luxuriant, uel quia facies turpis ut in Satiris. Qua ratione*
næ duplo al- *cum uideam hæc, ideò nequaquam colligo morbum Gallicum eſſe lepram.*
tera maiorē *Sed dicet quis ſuperueniente Gallico ceſſauit eleph. ſunt nugæ. nam quam-*
ob eleph. *uis in Italia non ſint copiæ magnæ elephanticorum, tamen poſſumus uidere*
Ad rōnes. *aliquos. Præterea accedat quis ueſtrum in Gallias, & uidebit copioſa ho-*
Ad primā. *ſpitalia eleph. ego interea mirabar dum peragrarem regionem illā non erat*
minimus pagus, in quo non eſſent eleph. hoſpitia. & tamen in Gallia eſt infi-
Ad ſecūdā. *nita ferè Gallicorum multitudo. Præterea ratio illa non ualet morbus iſte*
contagioſus eſt ut lepra, ergo lepra, pthyſis, ulcus pulmonum, ſcabies quæq;
Ad tertiam. *contagioſa eſt, & tamen iſtas lepras non appellamus. Addatis, in Gallico*
puſtulæ & ſquamæ rotundæ oriuntur, at in lepra in principio ſubrubræ, in
fine albæ, & obſtracoſæ ſunt. Addatis in morbo Gallico nunquam omnes
partes inficiuntur, aliquot ſanæ reperiuntur particulæ, quæ corij naturam
ſeruant, licet tota maſſa ſanguinea, totumq; corpus inficiatur: at in lepra nō
Ad quartā. *inuenietis niſi cinericium colorem, & obſtracoſum in tota cuti. Addatis &*
rationem pilorum. uerum eſt quòd in morbo Gallico cadunt pili, barba ſu-
percilia, capilli, ſed non axillarum, nec inguinum niſi rariſſimè: in lepra ca-
dunt omnes pili, imò incipit caſus ab axillis, pariter à pudendis: & hoc in om
nibus procedente morbo. ergo non colligemus à caſu pilorum eſſe morbum
eundem. In lepra cadunt pili, quia incipiunt cruſtæ, quæ ſunt in cauſa, ut
cadant pili; uel exaſperatur cutis, at in morbo Gallico uidetis cutem lenem,
leuigatam, imò pleniorem, turgidiorem, & ſuperueniet defluuium pilorum.
cum ergo nihil patiatur ad ſenſum corium gallici, in elephanticis patiatur
quis erit tam ſtupidus, qui eundem eſſe affectum ſubſtentare audeat? itaq;
qui collegêre morbum Gall. eſſe lepram decepti ſunt, mea ſententia, & ideò
dicamus eſſe diſtinctum ab omnibus lepris.

Quòd non ſit ſahafatum Auic. Cap. IIII.

Lib. 4. fen. 7. *ALii fuerunt, qui cum uiderent morbum Gallicum inficere capud di-*
tract. 3. ca. 1. *xerunt eſſe Auic. ſahafatum, de quo ego mentionem feci inter ſpe-*
cies ſcabiei. Sahafatum dicebam eſſe duplex uel inficiens uniuerſum cor-
pus, quod eſt lichen Græcorum, uel tantùm capud, quod uoluerunt eſſe Gal-
licum. mouentur hac ratione quoniam primùm cruſtis inficitur capud, po-
ſtea ſuccedit caſus pilorum, qui nunquàm renaſcūtur, demum ſuccedit dolor
capitis, & grauitas. Præterea eſt contagioſus affectus ergo eſt morbus Gal
Impugnatio. *licus. Domini nec poſſum ſententiam hanc probare: & primum, quod me*
mouet eſt, quoniam nos certò ſcimus quid ſit ſahafatum, iſti cum ignorarent
ſahafatum, & Gallicum dixerunt eſſe eundem morbum: ſed ego hæc rectè
noui. Sahafato omnis turba Hæronum laborat, quæ tinea uulgò appellatur,

Nam in iſta primùm incipit rubere cutis, deinde exaſperari, tertiò feruere, quartò cruſta obduci, quintò fit deciſio pilorum, ſextò fiunt foramina parua: at in Gallico non primùm rubor apparet, non exaſperatur corium ſine ſubortu puſtularum, exaſperatur per accidens ratione cruſtarum ſupernaſcentium. Præterea cadunt pili, ſed ut plurimùm renaſcuntur, in ſabafato uerò difficilis eſt renatio: multos uidi, qui laborarũt Gallico nouas pennas induiſſe, licet in aliquibus nunquàm renaſci potuerint, at in ſabafato nũquàm renaſcuntur. Præterea multa ſunt ſymptomata Gallici, quæ non accidunt ſabafato: & ideò malè dicũt qui tenent Gallicum, & ſabafatum idem eſſe.

An Gallicus cum Alboti ſit idem. Cap. V.

SVperſunt illi, qui uolunt eſſe albotim, quæ eſt ſpẽs morbi, de qua Auic. lib. 4. fen. 7. tract. 3. quæ eadem eſt cum Termintho Græcorum: de quo Aetius & Paul. & domini uocatur Terminthus hac ratione, quia ſuboriuntur cruſtulæ in cruribus, quæ uidentur ueluti grana Terebinthi, unde Arabes Terebenthinam uocant lachrimam albotis. Hũc uoluere aliqui eſſe morbum Gallicum, quia in morbo Gallico circa crura quædam ſubrubræ puſtulæ oriuntur, quæ aſſimilantur granis dictis. Quanuis hoc ſymptoma reperiatur in morbo Gallico tamen non eſt idem cũ Alboti, quia in Alboti tantùm crura patiuntur. in Gallico corpus uniuerſum. deinde omnes Chyrurgi norunt quid ſit malum mortuum recentiorum, iſtud eſt Albotis, de quo nos loquimur, omnes uno ore negabunt eſſe eandem ſpeciem morbi. Ideo & hi decipiuntur. Quidam alii uoluere quòd eſſet ignis perſicus, ignis ſacer, pruna, antrax. Sed hi toto cælo errant, ideò eorum opinio contemnenda eſt, propterea neque etiam confutanda.

Tertia opinio.

Aet. li. 4. ca. 62. Pau. lib. 4. cap. 24.

Impugnatio.

Quarta opinio.

Quòd non ſit dolor articularis, nec Variolæ, nec Pſora. Cap. VI.

IN morbo Gallico dolores articulorum inſignes oriuntur, ideò aliqui uoluerunt eſſe morbum articularem. ratio probabilis uidetur. tamen aliis ſuperuenientibus ſymptomatibus cognoſcimus diuerſos eſſe affectus. in podagrico enim morbo tophi ſunt gypſei: in Gallico oſſei. Gummata etiam differunt, & multa alia. Sunt qui hunc morbum uariolas appellarint, ſed cum conſtet uariolas eſſe puerilem affectum, Gallicum uerò omnis ætatis, ſed potiſſimum iuuentutis, ideo hi grauiter delinquunt.

Quinta opinio. Impugnatio. Sexta opi.

Aliqui Pſorã eſſe dixerunt ualidis colligẽtes hoc rationibus, primò quoniã puſtulæ rotundæ, & ſubrubræ in utroque oriuntur, ſecundò quia in ambobus decidunt ſquamæ. ſed non adeſt pruritus ita inſignis in Gallico. Præterea in Gallico decidunt pili non ratione cruſtæ, ut in Pſora. Præterea non

Septima op.

deſinit Gallicus in Elephantiaſim ſicut Pſora malè tractata. Præterea in Gall. adſunt dolores articulorum, ulcera pudendorum, tumores ateromatici, corruptio oßium, & putredo, quæ in Pſora non adſunt. Præterea cruſtæ Pſoræ corrumpunt penitus ſubiectam carnem, in Gall. ſæpe cadunt manente illeſa carne. Præterea in morbo Gallico ſunt aliqui lichenes, qui non ſunt in Pſora.

Quòd non ſit communis, nec æſtiuus epidemialis contra Leon. Cap. VII.

Leon. opinio.

QVi maioris nominis ſunt, ueluti Leon. qui ex inferis artem medicā reuocauit, quiq; cum ſummus eſſet philoſophus multa docuit, multa ſcripſit, multaq; illuſtrauit, cum quo quem conferamus non habemus, quoniam ſuis temporibus cæpit morbus hic pullulare, peculiarem edidit de hoc tractationem. & uoluit eſſe morbum communem, & epidemialem æſtiuum, quia habet eaſdem cauſas, quas habent morbi epidemiales, hac ratione; quoniam uidebat plurimos omnium generum infectos eſſe, ſenes, uiros, iuuenes, & adoleſcentes, fæminas, & puellas, hinc colligebat eſſe epidemialem. æſtiuum autem habebat ex Hippocr. 3. aphor. 21. ubi loquens de morbis æſtiuis, numerabat inter eos, putredines pudendorum. Glans in Gallico exulceratur, præputium patitur, ideò morbus æſtiuus eſt appellandus. Vir iſte doctißimus reperiebat etiam cauſam communem huius morbi, & dicebat inundationes aquarum corrumpere aerem, atque æſtiuò tempore parere morbos. at temporibus Alexand. Pontif. in quibus apparuit hic morbus factum eſt illud diluuium, quod penè totam Romam ſubmerſit, ideò aer putredine infectus iure hunc procreauit affectum. Quòd autem inundationes hos faciant morbos, probatur. Nam Pelagio Pontif. regnante poſt diluuium peſtis ſucceßit, & inuaſit ſcabies, quam nemo medicus uincere poterat. Idem Bonif. 4. Pont. euenit. His igitur rationibus meritò concludebat hunc morbum Epidemial. atque æſtiuum eſſe.

Aſtrolog. confirmatio.

Sed addatis ſententiam Aſtrologorum hoc confirmantium, dicunt enim hoc factum motu, & lumine aſtrorum. & ita cum genitus ſit morbus ab aſtris, & aere corrupto non poſſumus negare eſſe epidem. Quòd aſtra hoc fecerint, probant, & dicunt quòd anno 1483. facta eſt conſtellatio peßima, & diabolica. nam Idibus Octobris hora ſecunda poſt meridiem coiuere ſimul Mars, Iuppiter, Sol, & Mercurius in Libra, in octaua totius hemiſphe rij domo, quæ dicitur domus ægritudinis. Præterea aiunt Iouem fuiſſe combuſtum, quod peßimum eſt. Præterea eodem anno Kalendis Nouembris. in eadem domo, & ſigno coniuncta ſunt Martis, & Veneris ſtellæ: præterea Iouis, & Veneris coitus factus eſt ibidem. Eodem præterea infelici anno Luna

no Luna duas paſſa eſt Eclypſes, alteram in Tauro, alteram in Scorpione, quæ maxima mala, & peſſima tormenta portendunt. Ideò hic morbus Gallicus cum malum ſit, & peſſimum genus affectus, & cum ſequutus ſit illa tempora, eundem prænunciabant aſtra illa: his igitur rationibus nos Leon. confirmamus ſententiam, quòd ſit epidem. Hæc ſententia falſa eſt apud me. & primùm ad cauſam Aſtron. leuiorem, dico; quòd quanuis aſtra agãt in inferoribus motu, & lumine. Lumine quia uarijs reflexis, atque directis luminibus uariæ fiunt concoctiones in inferioribus. motu, quia dum mouentur rapiunt inferiora excepta terra, et ideò de neceſſitate fiunt attritiones, & colliſiones, & ita excitatur leuis tepor, qui eſt in cauſa multarum generationum, & corruptionum, hoc ego credo, tamẽ poſtea quòd illos aſpectus debeat medicus obſeruare hoc non credo, poteſt magis cantaros, & urinales contemplari quàm cælum. at dicetis nos. Hi futura præſentiunt: ſcitis quare? quia ſemper loquuntur. hinc Melancolici dicebat Ariſt. ſæpe diuinant, quia plurimùm loquuntur, ſi pauca dicerent nunquàm fortaſſe diuinarent. Dico ergo quòd quamuis ſidera hæc agant motu, & lumine, tamen ille aſpectus 83. anni non fuit in cauſa Gallici, qui apparuit 94. anno. Mirum eſt quòd aſtra ita prægnantem fecerint naturam, ut partus non niſi poſt xi. annum apparuerit. Præterea demus quòd hoc aſpectu hæc facta ſint, non uideo cur cum ſtellæ non ſint in eodem coitu iam non ceſſat morbus iſte: cum epidimicus ſit debet habere cauſam præſentem, aut ſaltem propinquam. Addatis tertiò ſi ab illo aſpectu facta eſſet ægritudo hæc, & ab illo adhuc foueretur: ſequeretur, quòd omnes actiones, quæ proueniũt ab aſtris ſemper durarent, & tamen uidemus hoc non fieri: agitur enim iam 80. annus fermè, & tamen adhuc perdurat, ergo nõ ortus eſt ratione aſpectuum. Præterea ſi ſiderũ aſpectus fuit huius ualetudinis cauſa, quot boni aſpectus ſucceſſere? facti ſunt plures aſpectus in domo ſanitatis, & optimi, cur morbus hic non eſt deſtructus ex toto? De cauſa aũt illa, hoc eſt de diluuio. audiatis quid ſit dicendum, notando quæ dicã, altiuſculè tamen repetita. Nos diuidimus morbos in communes, & non cões, cõmunes ſunt duum generum. cõmunis, qui uniuerſum corpus inuadit, ueluti febris, lepra &c. febris enim eſt calor præter naturam accedens ad naturam ignis, quo primùm læditur cor &c. Pariter lepra tota intima uiſcera, & corium exterius inficit; & de hoc non loquimur. Præterea eſt morbus communis apud Gal. in principio epidem. & eſt ille qui habet quandam coniunctionem, & ſocietatem inter ſe: exempli gratia, mille homines laborant eodem morbo, puta febre, cum huiuſmodi febris in iſto, & in iſto, & in illo habeat communitatem, & conſenſum, uocamus communem morbum, & hi dicũtur in lib. de natura Humana communes, & ualdè communes. à Gal. in præf. epid. ualdè populares. iſtorum communium morborum talis eſt natura, ut pluri

Impugnatio.

Ludit.

In lib. de diuin. per ſomnum circa medium.

mos homines ſimul, & ſemel, eodem tempore corripiant, & ſimul, & ſemel deſinant, ſecundò ut hoc fiat in eadem regione, tertiò ut ſeruata communi quadã ratione, & natura reperiantur in omnibus. Epidemialis enim morbus communis eſt ut infra dicemus. Huic morbo opponitur ille, qui uocatur à Græcis ſporadicus, id eſt diſperſus, quia diſpergitur, & diſſeminatur. Ita nos dicimus morborum alium eſſe communem, alium diſperſum. ſi plurimi laborant ægritudine in hac urbe, cum tamen ſinguli ſuo infeſtētur affectu, iſti morbi non communes, ſed diſperſi ſunt, quia ſunt diſtinctæ ſpeciei: exemplum ſi hoc primo uere ſuboriantur febres tertianæ, & ſenes, uiri, Iuuenes, adoleſcentes, atque pueri, tam mares quàm fæmellæ his grauentur, ſiq; ſint ſimplices, idem principium, eundem inſultum, eaſdemq; habeant declinationes, nos uocamus communes. ſi contrà aliqui tertiana exquiſita, aliqui duplicata, aliquot quotidiana uexentur; non communis morbus, ſed ſporadicus dicetur, id eſt diſperſus. ſed reuertamur ad communes. ex his aliquot ſunt perpetui, aliquot temporanei. Temporanei ſunt ut quùm æſtate plurimi uno morbo afficiuntur communi, qui poſtea ceſſat autumno ſuperueniente, ſi uerò non ceſſat perpetuus eſt. exempli gratia Piſis Tumor, & durities ſplenis perpetuò durant. In portulaboris, qui dicitur uulgo portolabrone nemo eſt, qui non laboret regio morbo: ex 100. hominibus uix unum immunem eximes. Viceuerſa annis ſuperioribus Patauij craſſabatur peſtilens febris in æſtate, at hieme ceſſauit. Hæc temporanea fuit affectio: illa æterna, & perpetua. Sed quæ eſt cauſa iſtius perpetuitatis? non niſi perpetuitas, & præſentia cauſæ, exiſtente cauſa perpetua, morbus perpetuo tempore durat, ſi cauſa abeat, ceſſat ægritudo. Sed quæ ſunt cauſæ, quæ potiſſimum faciunt morbos communes? Ego reperio in Hippocrate tria. oblata ſcilicet ipſi corpori, actiones humanas, & extrinſecus aduenientia. ſi hæc perpetua ſunt perpetuò conſeruant affectum. ſed oblata quæ ſunt? Reſpondeo ex authoritate Hippocr. eſſe aquam potiſſimùm. cauſa eſt, quia hac aluntur plantæ, quibusueſcimur nos, & bruta, hac abluuntur corpora, hanc bibimus, hac fercula paramus. Addatis inter extranea eſt ambiens aer, atque locus. de actionibus multa dici poſſunt; ſed non ſolent actiones eſſe cauſæ potiſſimæ morbi communis. ſi igitur hæc adſunt neceſſariò fiunt morbi communes. Nam ſi aer alicuius regionis perpetuò craſſus, ſolum humidum, aqua perpetuò mala, ſemper perſeuerant diuturnæ, ac ineſtinguibiles affectiones. aer Piſis ſemper malus eſt ratione cuiuſdam reflexionis, quæ fit à Montibus ſancti Iuliani à tergo poſitis. ex his enim reflectitur aer aquæ Maris. Præterea Arnus ſtagnat ibi diu lacus putres generans ob miſcelam aquæ marinæ cum fluuiatili. addatis quòd etiam ſolum ipſum malum eſt, & niſi quot annis putei expurgentur ſemper cænum redolent, & malum ſapiunt

odorem, ideò cum hoc perpetuum, perpetui ſunt ibi morbi communes, qui Endimici à Gal. & alijs ſcriptoribus appellantur, uel Endimiales, non dico Epidimicos. ſed accidit ut iſtæ tres cauſæ non perpetuæ ſint, ſed ab aduentitia natura mala, quæ deſinit fiunt morbi communes non perpetui, & ſunt illi, qui à Gal. Epidimi, Epidimij, & epidimici uocantur, à nobis epidemiales. ceſſant hi: quoniam perpetuæ non ſunt cauſæ, cum autem communes ſint cauſæ, communes ſunt morbi. iſta tria communia ſunt aqua, aer, locus, & quia non perdurant iſtæ cauſæ, ideo neque perdurant affectus. Videte igitur differentiam inter Endimicum, & Epidimicum morbum, Endimicus eſt communis perpetuus, Epidimicus eſt communis non perpetuus. Verùm ſciendum quòd rurſus epidemialis morbus diſtinguitur ratione tempeſtatum anni, quoniam alio morbo epidem. corripietur populus æſtate, alio hyeme, & ideò quidam æſtiuales, quidam dicuntur hiemales, quidam autumnales &c. Iterum diſtinguimus huiuſmodi morbos ratione ipſius moris, & naturæ ægritudinis, aliquæ enim ſunt benigni moris, ita ut non interficiant, breues, & acutæ, & uel longæ & mites, & hæ dicuntur epidemiales ſimpliciter, uel ſunt peſſimi moris interficientes, uel corrumpentes ſaltim aliquam partem, præterea etiam contagioſæ ſunt, & iſtæ non ſimpliciter epidemiales, ſed malignæ, & peſtilentes dicuntur. Vnde omnis peſtilentia epidemialis morbus eſt, ſed interficiens, & unà cum pernicie coniunctum habens contagium: & dicuntur peſtes epidemiales, hac ratione, quia omnis morbus, qui pernicioſus eſt peſtis dici debet, & qui citò ſua natura inducit mortem, nam interficit hominem ſicut uenenum extra aſſumptum, itaque quoties epidemialis morbus corripuerit regionem, & ſimul interficiat homines, uocamus epidemialem peſtilentem, uel peſtem epidemialem. Hæc autem exemplo pateant: ſi uer ualdè auſtrinum, calidum, & humidum, & æſtas ſucceſſerit ardens ex Hippoc. orietur lippitudo, uel ſcabies, quæ inuadunt uniuerſum populum. ſi autem populus bibat aquam bonam, quæ poſtea inficietur oritur epidemialis morbus, ueluti accidit ſæpe, ac ſæpius in caſtris. Præterea ſi aliquando ducitur populus, uel exercitus de una regione in aliam corripitur morbo epidemiali. Hoc patuit ſuperioribus annis ex diluuijs, qui uniuerſam Italiam occuparunt, poſt ſex annos ſemper epidemiales morbi inſurrexere. Hoc ego collegi ex Gal. His conſtitutis ueniamus ad rem noſtram. iſti dicunt morbum Gallicum eſſe epidemialem æſtiuum. Epidemialem: quia nullam habuit rationem ætatum, ideò morbus communis eſt, concedo, & eſt èpidemialis, nego hoc, quoniam non habet illas cauſas, quas morbi habent epidemiales. cauſæ morborum epidemialium tres ſunt, aqua, aer, & regio, Gallicus morbus non a ſolo, non ab aqua, non ab aere ergo non epid. Dicent hic ortus eſt ab aſtris, quæ infecere aerem,

Primo de rōne uic. in morb. ac. cō. 9. & in pręf. in primum epid.

præterea ab aquis infectis in exercitu Gallorum, Rurſus diluuium corrupit ſolum, fontes, & puteos Tempore Alexand. Præterea exercitus Gallorum ex Gallia migrauit in Italiam ergo propter mutationem loci, orta eſt lues illa. Ad aſtra dicebam quòd cum conſtellatio fuerit ante xi. annum quomodo potuit tandiù perdurare? Imò dico quòd nulla particula illius elementi aeris 83. anni. potuit reperiri in 94. quoniam denuò, ac denuò aqua conuertitur in aerē, & aer abſumitur ab igne. De ueneno, quo aquæ infectæ ſunt, dico quòd orta eſt peſtis grauiſſima, & febres malignæ in exercitu, & ſicut febres, & peſtis non fuit perpetua, ita debuiſſet eſſe morbus Gallicus, at iam perdurat, nec adhuc aboletus. Ad inundationē dico quòd fuit Romæ tantùm, & ſi fuiſſet per totam Italiam non ne tunc orta eſt peſtis? & demus quòd Gallicus eodem partu enixus fuerit cum peſte illa, non ne una cum peſte deſiiſſet? & ideò colligimus falſum eſſe Gallicum epidemialem eſſe. Addatis ſi ex inundatione oritur morbus Gallicus, cur tempore Pelagij, & alijs in quibus fuerunt inundationes non denuò ortus eſt morbus Gallicus? non ne 33. uel 34. anno Clem. Pontif. factum eſt diluuiū Romæ, quod maiorem partem edium dirupit? Dicent non fuere conſtellationes concomitantes: dico quòd ſic. nō ne erat prædictum hoc, ita ut omnes crediderint futurum uniuerſale diluuium, & ſupplicationes factæ per totā Italiam? tunc aderat morbus Gallicus, & non renouatus, nec ſeuior factus, imò mitior. Nonne ſuperiori anno Diluuium fuit inſigne in tota Flāminia, Hetruria, & Romæ? Quomodo ſe habuit Vincentia, Verona, Bergomum, & Mediolanum, quæ paſſæ ſunt epid. morbum, et tamen denuo Gallicus non apparuit? nonne fuit mira aquarum copia 51.52.53 & 54. anno, & tamen non proritatus eſt iſte affectus? colligamus igitur non poſſe dici Epidemialem. Neque eſt dicendus æſtiuus, quoniam morbi æſtiui breues ſunt, & acuti, & ſi producuntur ultra æſtatem ſemper mutant naturam. exempli gratia ex ſimplici tertiana fict duplicata, & notha, uel quotidiana, uel quartana, nec ſine permutatione æſtiuæ ægritudines longo tempore durant. at in morbo Gallico eſt ſtatus 20. & 30. annorum: uideo eundem affectum, eademq́; ſymptomata. Sed uideatis quid deceperit iſtos. Fuit affectio pudendorum quæ incipit: At caries Gallica non eſt illa putredo, quam refert Hippocr. Sed iſti uiderant ſuis temporibus oriri ulcera circa pudenda, quæ calefactiones uocantur, nam ante morbi Gallici ortum ſcriptores, ut Guido &c. locuti ſunt de his, uel cum Iuuenis non mundat glandem, uel quia habet rem Veneream cum muliere menſtruata, & tunc oriuntur calefactiones iſt. . uiderat Leon. has ante Gallicum affectum, quæ æſtiuæ ſunt, uidit poſtea has prænuntias morbi Gallici, ideò eum dixit eſſe æſtiuum. at ego dicam eſſe maximam differentiam inter cariem, & calefactiones, ut infra patebit, Diſtinguatis igitur ea ra-

tione, quam nos docebo: Itaque colligatis morbum Gallicum non poſſe coniungi cum aliquo antiquorum.

Quòd Gallicus ſit morbus nouus communis contagio inductus. Cap. VIII.

SEd iam receptui canentes concludamus eſſe morbum communem, quia habet cauſam communem, non communiſſimam, non aquam, non aerē, nec locum, ſed actiones hominum, & hæ ſunt contactus, & confricatio hominum inter ſe. Ideò morbi communes alij patrij, alij epidemiales, alij oriuntur ab actione communi hominum, ſcilicet à contagio, cuius generis eſt iſte morbus, & ob hanc cauſam nouus erit. Iam non poſſumus nouum dicere, quia fermè 100. agitur annus, quo hoc laborat Italia. dicitur autem Nouus, quia eum non cognouerunt antiqui Medici. Dictum ergo hucusq́; eſt qua ratione primùm eruperit morbus, qui ue fuerint primi medici, qui talem luem nouerunt, & nomen affectui impoſuerunt. & quoniam controuerſia eſt an nouus, an antiquus: rationes, quibus probabāt antiquum, adduxi, Impugnaui, deleui: oppoſitas probantes nouum roboraui. & dixi delatum morbum ab Indijs, & per contagium toti Europæ communicatum; Nunc relinquitur ut deſcendamus ad rem ipſam, ad naturam, ſcilicet eius; ſed præſtat prius ſubiectam ſpeculari materiam. Epilogus.

De parte quæ primò, & per ſe laboret, & quòd non eſt communis toti corpori. Cap. IX.

VIdendum eſt quid nam ſit iſta lues, ſed quoniam ueluti Hydra apparet, quæ non unum capud ſed ſeptem habebat, & uno reſecto multa renaſcebantur ſic merito iſtius morbi laborat, capud, facies, crura, articuli, pudenda &c. ideò neceſſariò quærendum quæ nam ſit pars, quæ primò, & per ſe laboret: deinde ſuccedet facilis naturæ morbi inquiſitio. Poſſet quis dicere quòd uniuerſæ partes corporis ſint ſubiectum. Quod falſiſſimum eſt. nam ſicut in febre, & alijs communibus morbis audiſtis, ſunt cōmunes morbi, aut reſpectu corporis uniuerſi, aut reſpectu ſpeciei, reſpectu ſpeciei, qui uno, & eodem tempore, & ſenes, & pueros, & uiros, & fœminas aggreditur. Præterea dicitur communis reſpectu corporis, ut febris, quæ inuadit totum corpus, nam licet cor primò patiatur tamen totum patitur corpus. At Gallicus morbus corripit omnes particulas corporis ergo communis eſt. Sed habetis inſtantiam, quia aliquando capud, aliquando pudenda ut in pueris aſſumentibus lac Gallicarum mulierum non patiuntur, ideò non poſſumus tutò affirmare morbum eſſe communem. Prima opinio ꝙ totū corpus ſit ſubiectum. Impugnatio.

Quòd pars quæ primò, & per ſe patitur non ſint pudenda. Cap. X.

SI igitur morbus non eſt communis quæramus quæ ſunt particulæ, quæ primò inficiantur ab ipſo morbo? In hoc diſſentiunt ſcriptores, qui uariè multa obſeruarunt. quidam tenent eſſe pudenda, & mouentur hac ratione ualida, quoniam primum, quod inficitur uel eſt ſedes ipſa, uel pudendum mulieris, aut uiri, cum igitur uideant quòd ſæpiſsimè per has uias concipitur morbus, & ſemper remanet ueſtigium circa pudenda, niſi ex toto tollatur lues; ideò illa primò, & per ſe ſunt ſubiectum. Et quod eſt hoc ueſtigium? Fermè ſemper niſi ſanentur hanc habent conditionem, ut quoties cum muliere digladiantur etiam ſi munda ſit, excorietur ſaltim glans. Hoc eſt genus reliquij. Præterea ſanatur caries, poſt hanc ſuccedit caro dura, callus durus, qui ad annos producitur, niſi ex toto liberetur æger. hoc eſt ſecundum. tertium eſt quoniam in aliquot reperietis, qui ulcere, uel carie Gallica laborarunt, quòd ſuboritur in pudendo, uel per dorſum, uel ad latera ueluti neruus, pars quædam dura, & oblonga uſque ad finem ualetudinis perſeuerans. Cum hoc obſeruarint Medici collegerunt partem præcipuam, atque Regiam affectus huius ſedem eſſe pudenda. Præterea Gonorrhœa decidit, caries erodit, prorumpunt bubones. Hæc ſunt principia, & ueluti milites leuis armaturæ uictorem Gallicum exercitum præcedentes, quis ergo dubitabit ſubiectam partem primam eſſe pudenda? Verùm quanuis hæc ſententia probabilis ſit, à me non probatur ratione hac ducto; quoniam multos uidi lue hac laborantes non infectos circa pudenda, nam per intromiſſam ori linguam, per oſcula, & ſuauia, per ſudores, contactus, & amplexus communicatur ægritudo iſta. Præterea ſolet mulier patiens cariem in palato communicata ſaliua, & ſanie inficere amicos. cum igitur tot uijs introducatur morbus ergo pudendum non eſt ſubiectum proprium. Præterea obſeruabitis in Praxi puerulum lac matris infectæ ſuggentem infici, & tamen pudendum nihil pati. Præterea uidebitis puerulos naſcentes ex fæmina infecta, ut ferant peccata parentum, qui uidentur ſemicocti ueluti Gambari elixi, non habere pudenda infecta ergo pudenda non propria ſedes morbi. Incipit per pudenda; concedo, ſed incipit etiam per omnes partes, per quas fit communicatio, ſed maior communicatio fit in re Venerea per has uias, ideò ut plurimum pullulat morbus per partes iſtas, non autem proprium ſubiectum ſunt. [cauſa autem cur hæ uiæ præbeant; ut plurimùm, huic infectioni aditum, eſt, quia tum propter motum, & fricationem incaleſcunt partes, & rareſcunt, tùm quia obſcenæ ſunt calidæ atque humidæ, & ideo

Secunda opinio ꝙ ſint pudenda.

Impugnatio.

facilius putredini uiam ſubminiſtrant. Cumq; excrementorum ſint canales ex leui cauſa putreſcunt ut Gal. multis in locis affirmat.] 5.meth.4.9. ſimp.cap.de diphrige.

Quòd capud non ſit proprium ſubiectum Gallici. Cap. XI.

ALij non leuis authoritatis dixerunt capud eſſe partem propriam, quæ conficitur morbo, & (ut ingenuè fatear) capud ut plurimùm laborat, licet non ſemper, & uidemus circa capud maiora ſymptomata, quoniam ſtatim ibi dolores, qui non cedunt medicamentis; ibi flores, & gemmæ orientales, ſcilicet puſtulæ, ibi caſus ſit capillorum; ibi gummata luxuriant; inde galea, qua cerebrum tegitur, aufertur; & uidetis pulſantes membranas, ueluti ſi non adeſſet corium. Præterea in naribus, & faucibus ulcuſcula ſuboriuntur, in ore multa habentur foramina, Tinnitus aurium inſuperabilis ſentitur: Ego non habeo ſymptoma, quod magis hoc me cruciet: & teſtor ignorantiam meam, nunquàm potui eius certam inuenire ablationem. ſuperaui aliquando uel hoc, uel illo decocto, ſed certè non habeo proprium medicamentum. Cum igitur tot ſymptomata capud infeſtent ergo capud eſt primò, & per ſe ſubiectum. Hæc uera ſunt: ſed quod ſit primò, & per ſe ſubiectum capud, uerum non eſt; quoniam multi Gallico laborant, & non circa capud. Praxis docebit uos. multi enim Gonorrhœam, dolores, et gummata circa crura patiuntur, capite ſemper illæſo. Præterea doloroſus lichenes circa pedes, & manus ſuboritur, & capud non laborat: ideo huiuſmodi affectio non eſt propria capiti.

Tertia opi. ꝙ ſit capud.

Impugnatio.

Quòd non ſit cutis nec crura proprium ſubiectum. contra Leonicenum. Cap. XII.

Leon. opinio.

LEonicenus dicebat eſſe morbum cutaneum ut in ſcabie, lichene, & ſimilibus affectibus apparet, ideò tenebat cutim eſſe proprium ſubiectum. Pili hærentes cuti cadunt, & ſunt adnati cuti. Præterea puſtulæ, lichenes cutim afficiunt, ergo cutis propria pars ſubiecta. Tamen non uidemus hæc omnia in omnibus. quot ſunt laborantes à defluuio pilorum immunes? Præterea circa capud ſit fluxus iſte, non circa alias partes ergo non dicere poſſumus uniuerſam cutim pati. Quare cum non probemus ſententias alias, multò minus, probabimus crura eſſe ſubiecta (ut falsò quidam perſuadent) quoniam perpetuum non eſt, ut ſemper quamdiù duret morbus duret affectio illa. Propria pars ſubiecta morbi ſemper neceſſariò patitur donec adeſt morbus.

Impugnatio.

Quod crura non ſint ſubiect.

Ponitur opinio propria & concluditur eſſe hepar. Cap. XIII.

Opinio propria.

SI igitur uolumus reperire ſubiectam partem oportet eam ſemper laborantem iſto morbo inuenire. ſi unus eſt morbus, & non communis neceſſe eſt, ut ſit unius partis ſemper laborantis, aliter non eſſet unus morbus, nec una pars laborans: opus eſt ergo, ut habeatur pars iſta affecta ſemper. & ad inueſtigandum hoc abſque Gal. præſidijs fruſtra laboraremus: quæ tria ſunt in primo de loc. affec. & in lib. de conſt. art. primò eſt natura partis affectæ, ſecundò ſunt cauſæ efficientes morbum, tertiò ſunt ſymptomata conſequentia morbum Videamus primum. Quoties cernimus conſtitutionem, uel naturam partis eſſe corruptam, illam morboſam eſſe colligimus. Videamus hoc in morbo Gallico, Non poſſumus tutò, & certò ad ſenſum hoc in eo iudicare, nos uidemus cutim exulceratam, quis erit, qui nõ dicat laborare cutim, ſi amiſit propriam unitatem? dolet capud, cadunt pili, corrumpitur os cerebri, quis erit qui non dicat capud eſſe ſubiectum? igitur cum Gal. hæc tria propoſuerit, qui ad hoc unum tantùm reſpexere decepti ſunt, concludunt enim illas particulas eſſe ſubiectum, ſed non proprium, primum, per ſe, & neceſſarium, quoniam contingit aliter ſe habere. ideò non ueniunt in cognitionem radicis intimæ, quæ uerè eſt morbus. Præterea obſeruemus adnata, cadunt pili: dicemus laborare cutim, tamen non eſt uerum, quia non ſemper hoc accidit. Præterea ueniamus ad partes partium. ſolet per contagium introduci, non ne oculi, pulmo, corium, cor &c. laborant per contagium ſicut etiam pudenda? nulla pars eſt propriè ſubiecta morbo Gallico, quia nulla perpetuò laborat, ſed aliquando hæc, aliquando illa, ideò iſta uia non præbet nobis cognitionem loci affecti: Veniamus modò ad cauſam. Quæ eſt cauſa? contagium. & quamuis puerulus qui ſuggit lac malum nutricis inficiatur, tamen magis contagium inficit, quàm lac: pariter natus ex matre infecta inficitur, ſed contagium magis poteſt. Et quàmuis quidam ſummæ auctoritatis uoluerint defendere caſtas matronas dicentes aqua benedicta infectas. Infectio illa habuit originem per unum aſperges, ſcio ego. non concedatis ergo oriri niſi contagio. Videamus ergo an à contactu poſſimus inuenire partem propriam. Non poſſumus certe: quoniam cum ſit contagium, quod aut afficit pudenda, aut corium, aut cor, aut pulmones, aut oculos, non eſt particula præter iſtas, quæ per contagium laboret, igitur aliqua erit ex his, quæ erit uerum ſubiectum; ſed nullum horum perpetuò infectum, igitur cauſa non poterit indicare nobis locum affectum. Reſtant læſæ actiones. Videamus in morbo Gall. quæ actiones læduntur; & duum generum ſunt; alterum continet læſionem, quæ non durat, ut cum adeſt triſtis ſenſatio circa capud, circa nervos, &

nos, & circa crura. ſed non perpetuò, quoniam aliqui non laborant, & ideò de his non conſiderandum cum perpetuus non ſit morbus in illis particulis, nam nos quærimus partem, in qua perpetuò reſidet morbus. alterum genus eſt actionum læſarum, quæ perpetuæ ſunt. Inſpiciamus capud, uos non uidebitis in eo ullam læſionem perpetuam, nec quæ pertineat ad facultates intimas, nec quæ contineat ſenſus exteriores, ergo non eſt læſio cerebri, ergo nec capitis. Veniamus ad cor. in corde perpetua læſio non adeſt, nec circà actionem eius, idem dico de pulmonibus, idem de reliquis partibus. quæ eſt ergo læſio? Actio naturalis ſemper eſt affecta, qua attrahitur alimentum, retinetur, & concoquitur, apponitur & aſsimilatur, & quicquid excrementi eſt excernitur. Indicant hæc primùm grauitas corporis, torpedo quædam, hæc non dependet niſi à læſis particulis ſimilaribus, uos uidetis colorem immutatum ab immutatione humorum, qui pendent à naturali facultate. Videmus nigrum, pallidum, album, & mortuum colorem. Præterea fit congeſtio excrementorum in omnibus particulis, unde oriuntur gummata, tubercula in oſſibus, & periboſtijs; unde hæc, niſi ex labefactata uirtute naturali, quæ decoctum non apponit, crudum non concoquit, excrementum per debitas, & conſuetas uias non expellit? Hinc fit etiam læſio in defluuio pilorum, hinc generantur infinita excrementa, hinc ſanguis à naturali ſtatu recedens immutatur. ſi igitur hoc perpetuum eſt, ideò neceſſarium eſt hunc morbum afficere fontem fouentem hanc facultatem; & hoc eſt hepar, in quo tanquàm in propria parte oritur morbus. Confirmat ſententiam hanc auctoritas grauiſsimorum uirorum, quorum maxima pars declinat in eam. Huius opinionis fuit Antonius Muſa præceptor meus. Braſſauola, Montanus, Antonius Gallus, qui ſcripſit de ligno Guaiaco libellum. Nicol. Maſſa Medicus Venetus, Petrus And. Matt. Cum igitur unus ſit morbus, qui habet uaria ſymptomata, cum unam particulam requirat, illud hepar erit, colligimus autem hoc à læſione actionis naturalis, cuius principium, & fons continetur in hepate. ſequitur ut naturam morbi iam proſequamur.

De natura morbi an ſimplex, an compoſitus, & primò contra Braſ. Cap. XIIII.

CVm uiderimus partem affectam, uideamus naturam morbi, an ſimplex, an compoſitus, an unus, uel plures. Quidam dixere eſſe plurium ſpecierum. Vnde præceptor meus uoluit 234. ſpecies explicare. ſed labor fuit uanus, & inutilis. Quidam Nicolaus Mattheolus, quem ſecutus eſt Io. Sueſſanus Neapolitanus fuit huius ſententiæ, quòd eſſet con- Braſ. Nicol.

Impug. *geries omnium malorum ſimul. Quæ opinio ſuſpecta eſt, quoniam ægritudo hæc non ſuperatur à multitudine medicamentorum, nec oportet totum pharmacopolium accipere, ſed ſimpliciſſimis tollitur auxilijs, ideò unicam naturam habet. & quamuis ſimplicia iſta diuerſas habeant partes, tamen Salſaparilia, Guaiacum, argentum uiuum uniformia ſunt, nec diuerſas habent partes & his ſanatur; ideò nullo pacto dicenda eſt multiplex affectio, ſed ſimplex.*

Contra Manard. Cap. XV.

Manar. & Mont. opi. *QVæ ergo erit? Io. Manardus Ferrarienſis opinabatur eſſe ſolutionem continui: quam ſententiam imitari uiſus eſt Montanus; in libro, qui ſcriptus ſub Montano editus eſt; libri enim qui circunferuntur non ſunt Mont. ſed partim ſui, partim ſui diſcipuli. Mont. nihil edidit; res ab illo proditæ ita integræ erant, ut nihil limatius, nihil doctius, & quamuis affectarit Paradoxa, tamen tanta eloquentia aſtruebantur; ut uiſa ſint axiomata. ſi iam edita conſpicitis Paradoxa falſiſſima apparent: quæ uera ſunt inuenuſtè, atque ineleganter ſcripta ſunt omnia. iſti ſuæ gloriæ intendentes eam deturparunt, & profitentes eſſe Pauones Montani nihil intelligunt. Ideò oro uos, ut non imponatis illi uiro, quæ olent artis ignorantiam: ſed quæ & elegantiam, & ingeniũ acerrimum, &* Cõtra Baſſ. *peritiam ſapiunt ſua dicito: quæ minus, Pedagogis illis qui noctuæ turpes magnanimam in cathedris aquilam repreſentabant, imponito. In eo igitur libello de morbo Gallico uidetur Mont. conſentire cum hac ſententia Manardi.* Impug. *At hoc falſum eſt. quoniam in hepate, non tumoris, non ulceris, non uulneris adeſt ueſtigium, ego uolui per anathomen hoc experiri, & ſecui in uno anno pluſquam 50. homines, & nunquàm inueni ſolutionem continui in hepate. Indicatur etiam à curatione, quia non eſt curatio ſolutæ unitatis, quoniam ſoluta continuitas ſemper indicat exiccationem cum unione partium, & adſtrictione, modò adſtringentia potius obſunt, quàm proſint in Gallici curatione. ſed Mont. hac ratione mouetur, quoniam morbus incipit cum ulcere, & cum ulcere deſinit. Hoc uerum eſt de partibus exterioribus, tamen ob id non dicemus ulcus eſſe morbum Gallicum, quoniam ulcus non eſt perpetuum. defluunt pili, adeſt Gonorrhœa ſine ulcere, & tamen adeſt morbus Gallicus. ſunt ſymptomatici affectus conſequentes, tamen non eſt propria natura Gallici.*

Quòd non ſit frigida, & humida intemperies. Cap. XVI.

QVidam dicunt eſſe intemperiem frigidam, & humidam hepatis, quia abundant talia excrementa. uos uidetis robuſtiſſimos iuuenes, qui nunquàm expuunt, poſtea adeò expuere, ut ſit incredibile. Præterea uentriculus, & omnes uenæ explentur hac materia pituitoſa, ideò neceſſe eſt ut dicamus hepar pati intemperiem frigidam, & humidam. Domini ſi uentriculus eſſet locus affectus reuera potuiſſent colligere hoc, quoniam abundat pituita. Hepar frigidum, & humidum gignit ſanguinem ſapientem pituitæ naturam, non ueram pituitam, quæ gignitur in uentriculo, ſi eſt mucus gignitur à cerebro uel malè affecto, uel in quo materia multa luxuriet. non igitur ualet, abundat pituita ergo eſt intemperies frigida, & humida hepatis. Vos uidetis homines laborantes calida hepatis intemperie, & ſicciſſima, expuere lagenas pituita plenas. 3. opinio. Impugnatio.

Quòd non ſit calida, & ſicca intemperies. Cap. XVII.

ALij etiam intemperiem calidam, & ſiccam autumant. & qui Nobilioris ſunt authoritatis, iſtius ſunt ſententiæ. Aliqui addunt materiam coniunctam; aliqui non addunt. Montanus, & alij hoc tenent, & hanc intemperiem dicunt eſſe uerè morbum, à quo omnia pēdent: qua præſente omnia adſunt, & remota remouentur. Mouentur his rationibus primùm, quia naſcitur affectio cum ulceribus, & deſinit in his; hæc autem fiūt à materia acri, & erodente, quæ gignitur in hepate, quod non fit niſi hepar ſit diſtemperatum in caliditate, & ſiccitate, quoniam humor in hepate generatur. Secunda ratio, abundant excrementa copioſiſſima, quæ calida ſunt, tanta eſt copia materiæ bilioſæ, & exuſtæ, ut nihil maius, ergo hepar eſt exiccatum, & excalefactum. Tertiò in morbo hoc ſuccedit defluuium pilorum, quia eroduntur radices ipſorum, non ob ſiccitatem cutis, quia non renaſcerentur: hæc eroſio fit à phlegmate ſalſo: quod quatenus phlegma ſalſum ab hepate oritur calido, & ſicco. Videtur probabilis hæc ſententia, tamen non poſſum dicere eam eſſe ueram, ratio me mouens eſt, quoniam curatio tota toto cælo diſtat ab iſto morbo. & erubeſco quomodo docent curare calefacientibus, & ſiccantibus morbum calidum, & ſiccum? hoc contrarium eſt methodo. Sed dicent medicamenta iſta digerunt, & materiam euacuant. Hoc eſt falſum. primò quia non eſt uerum eſſe morbum cum materia. ſecundum falſum eſt, quod neceſſariò ſequitur, quòd intemperies Mont. opi. Prima cō. 2. ratio. 3. ratio. Impugnatio.

iſta foueatur à materia,& ſequatur materiam. Nam uidemus, quòd in eryſipelate eſt intemperies calida, & ſicca in parte, ſi euacuemus ſanguinem ſtatim ceſſat caliditas,& intemperies, quæ concomitabatur materiam, & dependebat à materia, & ideo euacuata materia ceſſat intemperies, quod non eſt dicendum in morbo Gallico. Sed quæ eſt iſta materia quæ morbum iſtum præceſſit? Videmus iuuenem dormientem una hora cum amaſia inſici, quæ eſt materia iſta, quæ defluit ad hepar? nulla: ergo falſum eſt per continuatam euacuationem fieri ſanationem morbi. Præterea eſt neceſſarium ꝙ ſi ſit morbus cum materia adſit tumor; quùm intemperies cum materia eſt quando materia non adeſt in uenis, ſed in loco affecto; ut uerbi gratia; in manu eſt materia dupliciter uel in uaſis, uel extra uaſa: ſi in uaſis; non facit morbum hunc: ſi extra uaſa; facit: locum autem affectum uoco propriam ſubſtantiam particularum, non uenam. iſta docentur à Gal. qui dicit, quòd ueluti ros diffunditur materia per particulas ipſas. ſi multa eſt facit tumorem, & ſic reuertemur ad primam ſententiam, quòd ſit ſolutio continui; tumor autem iſte cum intemperie calida, & ſicca eſt eryſipelas, ergo Gallicus morbus eſt eryſip. hoc eſt falſum, ergo falſum eſt eſſe intemperiem calidam, & ſiccam. Præterea curaremus ſine indicatione. Nam lignum Guaiacum, ſalſaparilia, ſuffumigium ex cinabrio, exercitatio, uictus ratio tenuiſſima, calefacientia ſunt, & ſiccantia, & tamen ſanatur hepar, & à Gallico penitus abſoluitur, ergo ratione cõtrarietatis, neceſſariò igitur concludimus, quòd affectus aut ſit frigidus, & humidus, aut non calidus, & ſiccus. Ad Rationes: incipit cum ulceribus, hoc non eſt uerum ſemper. ſed ſi fit, hoc fit quia labefactantur naturales actiones hepatis, ideò ſubnaſcitur feruor ex inconcoctione. & ſic fiunt ulcera. & ſi incaleſcit hepar ob id non eſt intemperies calida, & ſicca. Ad ſecundum accidunt excrementa bilioſa. frequentiſſimè eſt hoc, non ſemper, accidit autem hoc ex feruore excitato, tamen feruor eſt ſymptoma morbi, non autem natura morbi. Ad illud de defluuio pilorum, hoc uerum eſt, ſed non ſemper, ſed cum fit eſt propter humores acres, qui oriuntur ab hepatis intemperie, non autem ſunt morbus. At incipiente morbo Gallico ſemper opinatus ſum, ꝙ ſenſim, ac ſenſim incaleſcat, & ſiccetur hepar, hæc autem non natura morbi, ſed conſequitur de neceſſitate affectum, qui eſt cauſa feruoris, feruor eſt cauſa caliditatis, & ſiccitatis, quæ ſenſim, ac ſenſim fit. Ego quæro ab iſtis huiuſmodi caliditas, & ſiccitas hepatis eſt æqualis intemperies, uel inæqualis? ſi eſt intemperies æqualis ergo eſt ut altera Natura, non igitur erit morbus, quia morbus naturam deſtruere intendit. Per intemperiem ſiquidem æqualem intelligimus temperaturam introductam in particulam, quæ eſt uelut altera natura. Exempli gratia, hepar in iuuene eſt calidum, & humidum, in ſene frigidum, & ſiccum. iſta

Secundo de cauſ.ſymp. cap. 5.

Ad primam rationem.

Ad ſecũdã.

Ad tertiam.

Gal. 2. de ſymp.cau 5.

eſt intemperies, ſed æqualis, quia ſenſim, ac ſenſim introducta eſt. & hæc eſt illa intemperies, de qua ſæpe fit mentio: & hinc eſt, quòd naſcuntur quæſtiones in conſultationibus: clamantes digladiamur, & ſumus concordes. quis dicet temperaturam eſſe calidam, & ſiccam, aliquis uerò frigidam, & hi ad uaria reſpicientes uaria enuntiant. hic & enim innatam, ille aduenientem conſiderat temperaturam. ſi eſt intemperies inæqualis, eſt mutatio temperaturæ, quæ nondum facta eſt naturalis parti, & præter naturam eſt, & nondum æqualiter inuaſit omnes minimas particulas, & hæc eſt morbus. Quæro ego an caliditas in hepate ſit inæqualis intemperies? Gal. ſecundo de cauſ. ſymp. uolebat hanc non fieri ſine dolore, at in hepate non ſentiunt ægrotantes talem dolorem. Obiectio. *Dicent hepatis ſubſtantia non habet ſenſum, ſed ſenſus eſt in membrana exteriori.* Solutio. *Verum eſt quòd parenchima, caro illa hepatis non habet ſenſum, quia non eſt conſtans ex ſubſtantia neruoſa, non habet neruum admixtum. At ego dixi in Anathome contra alios; neruorum infinitas propagines diſſeminari per totum hepar: ergo hepatis ſubſtantia habet ſenſum.* Obiectio. *Nego conſequentiam, quia non ſufficit hoc, ſed requiritur ut diſſeminentur in ſubſtantia nerui mixti. dices ergo non ualet ratio.* Solutio. *Valet ratio, quoniam non ſolùm in morbo Gallico hepatis ſubſtantia patitur, ſed uenæ, arteriolæ, & neruuli ſibi coniuncti laborant, quoniam ſi laborat hepar, quod eſt fons, laborant exteriores actiones naturales, & communicatur per particulas illas habentes neruulos coniunctos, ergo ſi intemperies iſta inæqualis eſt, & magna, hepar ſentiet dolorem, quoniam morbus Gallicus intenſiſsimus, quia effectus intenſiſsimus, ergo in principio morbi huius ſentiri neceſſe eſt dolorem grauem; at non ſentitur, ergo non eſt intemperies inæqualis. Conſtitutum ergo ſit morbum Gallicum non eſſe intemperiem frigidam, et humidam hepatis, pariter neque calidam, & ſiccam, tamen in morbo iſto, & diuturno hepar ſenſim, & ſenſim contrahit intemperiem æqualem calidam, & ſiccam, quæ non eſt morbus, quoniam ſanamus luem Gallicam, & non remouetur intemperies. hoc autem accidit, quia ex affectu feruor oritur, hoc autem conſequens eſt morbum, non morbus.*

Quòd non ſit calida, & humida intemperies, nec putredo. Cap. XVIII.

ALij opinati ſunt hepar pati intemperiem calidam, & humidam, & huiuſmodi eſſe Gallicum, neque ſolùm hoc: ſed putredinem addunt illi intemperiei admixtam. huius ſententiæ fuit Io. Gallus uir doctiſsimus, Io. Galli opinio. *cuius opinionem ſequuti ſunt alij doctiſsimi, & grauiſsimi doctores: mouenturq; hac ratione, & dicunt morbus Gallicus eſt contagioſus, at omnes* Ratio.

huiuſmodi morbi habent putredinem, & corruptionem ſubſtantiæ illius partis, in qua eſt morbus, ergo iſte morbus habet diſſolutionem ſubſtantiæ ſecum hepatis, at in putredine ſemper adeſt caliditas, & humiditas, ideò affectio Gallica erit intemperies humida, & calida hepatis, uel eius putredo. Ratio iſta aſſumpta à putredine ratione contagij laudabilis uidetur, tamen non tanta eſt, ut nos poſsimus adhærere huic opinioni. Nam quamuis deductio huius argumentationis ſit à caliditate, & humiditate, & à putredine; tamen diſtinctiſsimæ res ſunt, ideò opus eſt dicere uel eſſe intemperiem calidam & humidam, uel putredinem: cum enim morbus ſit unus, neceſſarium eſt, ut ſit unus per unam formam, hic adeſt gemina forma, hoc non poteſt eſſe. aliud eſt putridum eſſe, aliud eſt eſſe calidum, & humidũ. Dicet quis omnia calida, & humida facilè putreſcunt; uerum eſt. Panis in ſanguinem uertitur, tamen non ſunt idem, ſed formæ diuerſæ ſunt: ſed primùm loquamur de intemperie, & dicamus morbus contagioſus eſt, concedo; contagium putredinem ſapit, concedo: at facilius putreſcit quod calidũ eſt, & humidum, concedo: ergo morbus eſt intemperies calida, & humida, nego conſequentiam, Neſcio in qua figura concludat hæc argumentatio; aliud eſt quòd ſubiectum corpus ſit calidum, & humidum, & putreſcat, & morbus fiat contagioſus, aliud eſt quòd morbus ſit calidus, & humidus, intemperies calida, & humida non eſt putredo, igitur non eſt morbus. ſed eſt cauſa morbi: exempli gratia, in materia calida, & humida fit putredo, ſi eſt alicuius membri dicitur gangræna, ſi alicuius particulæ dicuntur nomæ. quæro ſi hæc pars putreſcat quo morbo laboret? non eſt intemperies calida, & humida, hæc eſt cauſa morbi non morbus, ſi eſt contagioſus morbus, & nomæ, alias partes corrumpit, non reddit eas humidas, & calidas, ſed facit putreſcere humores, quibus putreſcentibus putreſcit pars ipſa. putreſcit hepar in morbo Gallico ergo communicatur intemperies calida, & humida, nego hoc: quia morbus iſte non eſt calidus, & humidus, communicatur natura morbi, putredo ipſa, combuſtio ignis, putredinalis, qui concipitur in humiditate calida partis præexiſtente. Præterea quomodo poterit in inſtanti introduci intemperies calida, & humida? de calida non dubito, quia citò agit, ſed de humida. nos uidebimus iuuenem ſpacio quartæ partis horæ coeuntem cum muliere infici Gallico, quomodo in tam breui tempore poteſt introduci humiditas, quæ eſt qualitas paſsiua? humectatio partium dupliciter uel per ſe, uel per accidens; per accidens fit per eliquationem, & hæc concretionem, & congelationem præexiſtentem requirit, ut ſeuum, & cera eliquantur ratione caloris, hoc non poteſt dici in hepate, quia non eſt congelatum, nec liquatur, ergo humectabitur per ſe, hoc eſt per admixtum corpus humidum, quomodo breui ſpacio temporis tanta humiditas introducetur in hepate, ut intemperetur? non poſſum ergo colli-

Impugnatio.

gere hanc opinionem eſſe ueram, ſcilicet Gallicum eſſe intemperiem calidam, & humidam. De putredine (nam qui aſſerunt eſſe intemperiem dicunt, quaſi quandam adeſſe putredinem) Videamus: in hepate duplex poteſt eſſe putredo, aut in humore exiſtēte in uaſis, aut extra uaſa, in propria ſubſtantia ſolida; quæro de qua putredine intelligunt? ſi de humorum putredine loquuntur hoc nō quærimus, ſed quærimus naturam propriæ ſubſtantiæ hepatis. ſecundò ſi in humoribus proponunt putredinem, ergo proponunt perpetuam cauſam febris, quia in uiſcere tanti momenti ſi ſunt humores putridi communicatur uapor cordi. Poſſunt dicere. inter ſigna morbi Gallici connumeratur febricula: inditium eſt igitur, quòd aliqua adeſt minera putredinis, quæ non eſt niſi in hepate. Hæc febris non eſt perpetua, nec frequens inditium huius morbi, ergo ſequitur; quòd hæc non eſt forma morbi. ſi autem uolunt putredinem eſſe in ſubſtantia nos haberemus nomas, uel ſphacelum in hepate. Hoc non dicendum ideò, non eſt putredo. eſt contagioſus morbus, ſed non ob id eſt putridus, quia non omnis affectio contagioſa, putredinem coniunctam habet, ſed propriæ ſubſtantiæ alterationem, & immutationem; iſta alteratio aut eſt materialis, aut formalis; materialis cum corrumpitur ſubſtantia, & diſſipatur: exempli gratia in ſcabie ab humore acri eroditur ſubſtantia corij, ego quæro coriū quid patitur? dico quòd patitur in ſubſtantia ratione materiei: iſta eſt una paſſio, quæ pertinet ad materiam, in Nomis patitur ipſa ſubſtantia quo ad formam, non quo ad materiam, quia corrumpitur habitus uitalis, & naturalis, denigratur uel liueſcit pars, remanet intacta caro, os, neruus, & materia, & corium ad minimum redactum non poteſt ſeruare formam corij, in ſcabie morbus eſt contagioſus, quia corrumpitur ſubſtantia corij, corpuſcula quædam educuntur, & oritur feruor colliquans corium, & exedens cutim. ſcabies non eſt putredo, quia non perit forma ſubſtantiæ partis, licet exedatur corij materia. ecce quòd omnis morbus contagioſus non eſt putridus: ille eſt putridus, in quo non pereūte materia ſubiecta perit tantùm forma materiæ remanentis, tandem poſtea perit materia. quod eſt nouum genus morbi, quod non poſſum dicere, habeo enim multa, & ideo digredi minimè ualeo. Sed addunt unum quòd iſta intemperies calida, & humida poſtea proceſſu temporis ſicca euadit, & calida: hoc poteſt probari non eſſe uerum rationibus dictis. ò Dij boni: non unus eſſet morbus, ſed duo. nos quærimus an unus morbus à principio ad finem, & hoc concludimus eſſe uerum. Quomodo ergo eadem affectio erit in principio calida, & humida: in fine calida, & ſicca intemperies? Præterea ſi hoc eſſet nunquàm ſanaretur morbus Gallicus, quia nunquàm ſuperabitur iſta intempnries? Nos per calefacientia, ſiccantia, & quæ feruorem inducunt luem hanc uincere tentamus, qui uolunt eſſe calidam, & ſiccam intemperiem ſaltem poſtea

Inſtantia.

Solutio.

ſuperarent per medicamentum refrigerans, ſed omnia deſinunt in ſuffitus, lignum Guaiacum, & ſalſamperiliam. non uideo ſaccarum uiolaceum, nec exhibitum refrigerans aliquod ipſum hepar. Haberem multas alias rationes, ſed quoniam leuiores ſunt, & à uobis ipſis excogitari poſſunt, ideò concludo affectum hunc non eſſe intemperiem calidam, & humidam, neque frigidam, & ſiccam, neque calidam, & ſiccam, quoniam hoc non poſſum indicare ex aliquo.

Quòd affectio Gallica non diſtinguatur ratione quatuor humorum. Cap. XIX.

Opin. tenẽs morbũ Gall. quadruplicem.

NEſcio quid uolunt illi, qui diſtinguere intendunt morbum hunc ratione humorum, quoniam uident in homine aliquando hos, aliquando illos abundare humores: Faciunt hi quatruplicem morbum, & non uident, ꝙ multiplicant entia ſine neceſſitate. cum autem maior pars doctiſſimorum conſentiat unum eſſe, & unius partis affectum, ideò neceſſarium eſt aſſerere non eſſe ueram ſententiam horum. Quid ergo erit? non ulcus, non tumor, non intemperies, non putredo, ergo nihil? utinam Dij hoc facerent, non enim oporteret homines excruciare, & miſeros iuuenes nunc hoc, nunc illo medicamento uexare. ideò aliquid eſt, & maximum. uideamus ergo ueram eius naturam, & modum generationis, ſed prius an ſit morbus.

An affectio Gallica Morbus ſit nec ne. & ſi morbus in quo genere. Cap. XX.

MOrbus Gallicus nouus eſt, quia nulla habetur eius mentio apud antiquiores, non à cælo delapſus, nec exurgens ab inferis, ſed per contagium ex occiduis Indijs communicatus, unã habẽs partem, quam propriè affectam dicimus, & hepar eſt. non eſt intemperies calida, & humida non calida, & ſicca, non frigida & humida, nec frigida, & ſicca, non ſolutio continui, non tumor præter naturam, non aliqua paſsio in conformatione, & numero, ut facilè quis conijcere poteſt. relinquitur ut nos inueſtigemus an morbus ſit. Nam cum omnis natura morbi aut ſit partium ſimularium, & hoc cõſiſtit in temperamento, aut partium inſtrumentaliũ, & conſiſtit in conformatione, numero, & ſitu, aut ſit communis ambobus, & conſiſtit in unitate ſoluta, cum morbus Gallicus non ſit ex iſtis, ergo non eſt morbus. Tamen credo eſſe morbum, & omnes mecum in hoc cõſentiunt. ſed quis nam erit morbus? omnis alteratio, & immutatio qualitatum naturalium lædens actiones partium morbus eſt, nã color mutatus,

Quæſtio an affectio hæc morbus ſit.

Determinat eſſe morbũ.

frigiditas,

frigiditas, & caliditas actualis nunc accedens, nunc recedens à partibus, quia non lædunt actiones non erunt morbi, ſed immutatio lædens neceſſariò eſt morbus, hæc eſt definitio Galeni, & naturæ, & eſt uelut axioma in medicina. Videamus iam quot nam ſint genera rerum in corpore humano, quæ poſſunt fieri morbi, illæ erunt à quibus naſcuntur opera in corpore naturaliter exiſtente: color cutis, quia nullam edit certam operam, ſiue mutetur, ſiue non, non eſt morbus, ſic dicendum de caliditate, & frigiditate moderata, quia ex ipſis non dependet opus. Hoc dixi ut reuocetis in mentē cauſam cur in natura morbi neceſſariò læſa actio requiritur, quia actione integra pars non erit læſa neceſſariò. Hoc ſtante uideamus quot nam ſint in particulis ipſis ad quæ conſequantur neceſſariò actiones, ego reperio tria: ſunt temperaturæ manifeſtæ, temperatura formalis, & omnia, quæ pertinent ad conformationem Prima eſt caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas. iſtæ ſunt cauſæ quarundam operationum in particulis ſiue ſint ſimplices, ſiue compoſitæ. Vnde os ſua frigiditate, & ſua ſiccitate agit. ſecundum erat harmonia reſultans ex quatuor qualitatibus, nam quando dicimus os eſſe frigidum, & ſiccum nō eſt formalis temperatura oßis, eſt proportio, quæ latet ſenſibus, quæ eſt forma oßis, ab hac oritur operatio, & hæc eſt ut os generet os. tertium genus eſt, numerus, quantitas, conformatio, figura ſcilicet collocatio particularum, & unio, & diſſolutio; iſta cauitate hoc efficimus, quod anguſtiori non poſſumus; & hoc non eſt, quod ego probem: iſta ergo tria ſunt, in quibus omnes morbi continentur; morbus Gallicus eſt morbus ergo debet contineri in uno ex his capitibus, non eſt primi generis, quia non eſt caliditas non frigiditas, non ſiccitas, nec humiditas, ſimplex nec cōpoſita, nec tertij generis, quia non eſt cōformatio &c. ergo pertinet ad ſecundum genus, hoc eſt ad formam, & ſubſtantiam rei, nam cum dico temperaturam, & harmoniam illud eſt ac ſi dicam ſubſtantiam totam. ſi igitur dantur iſti morbi ergo neceſſe eſt, ut Gallicus contineatur ſub hoc tertio genere. Sed quis dubitabit an detur hoc tertium genus cum in lib. de diff. morb. & cauſ. morb. & in principio Meth. non inueniatis hanc diuiſionem factam à Galeno de hoc ſecūdo genere, ideò uana diuiſio, & non dantur morbi iſti: Quòd dentur hi morbi in tota ſubſtantia probatur, quoniam tria genera rerum reperiuntur, & hoc probatum eſt, ꝙ autem temperatura ſit diuerſa ab illis qualitatibus conſtat ſenſu, ratione, & operibus. nam nos habemus manifeſtè hæc omnia in medicamentis. Accipite Reubarbarum, ſiccat, & calefacit. quæro ego qua ratione id facit? dicetis quia habet hanc facultatem ſiccantem, & calefacientem. poſtea educit bilem, qua ratione? non niſi ſua forma, ſua temperatura, quæ quàmuis reſultet ex contrarijs qualitatibus, in quibus uincit calidum, & ſiccum; tamen eſt diſtinctium quoddam. ut quàmuis grauis ſonus, atque

Gallicus eſt morbus a tota ſubſtātia.

Dubitatio.

Solutio.

Quod dentur morbi a ſubſtantia.

acutus contentum conſtituant, aliquando tamen ſymphonia non eſt grauis, nec acuta; ſed eſt concentus, harmonia ex graui, & acuto reſultans, ita à forma Reub. prouenit coleræ eductio, & eſt diuerſa hæc temperatura à qualitatibus. Ecce patet quòd diſtincta ſunt opera: aliud eſt ſiccatio oßis, aliud eſt generatio alterius oßis: primum à qualitate oßis, ſecundum à natura, & ſubſtantia propria originem ducit. læditur ergo forma, uel ut actio diminuatur, uel ut aboleatur, uel ut intendatur, & hic eſt morbus: ut quando caro non poteſt gignere carnem, ob corruptam formam, non ne corruptè, & deprauatè agit? non ne eſt caro illa? ecce quòd caro cum deberet generare carnem ex toto aboletur, uel carnē malam gignit, & ſic læditur actio in forma tota, ergo dantur morbi in forma; in quo conſentiunt recentiores medici, & Gal. approbauit læſiones à tota ſubſtantia, licet de hoc tertio genere mentionem non faciat; nam morbi prouenientes à ueneficijs, uenenis, & maleficis aſpectibus infiniti ſunt, & non poſſunt referri niſi ad formam, non ad qualitates, & ideo petunt diſtinctas partes, & ab aliquibus uocantur morbi in ſubſtantia, quia tota ſubſtantia laborat. at Gal. nō fecit de hoc mentionem in dictis locis, quia non cadūt ſub rationem methodi, & ideo cum ipſe Methodum inſtituere uellet omiſit. Secundò quia rarum eſt genus morbi, ideo propoſuit frequentia tantùm: non quia fuit ei ignotum, quia ſexto Methodi, & 3. de temp. hoc aſſeruit. colligo igitur quòd dantur morbi in tota ſubſtantia, & ſunt à ueneficijs, à uenenis, à maleficis aſpectibus, & per contagium. & hi morbi immanifeſti ſunt, cæteri ſunt manifeſtißimi. Poſſunt ne agnoſci? tribus inditijs, primum eſt, quia non cedunt alicui medicamento inuento ratione; quoties uidetis aliquod genus morbi tractatum à medico diligenti, in quo ex arte medicamenta applicentur, & quòd non ſanatur. Præterea alius Medicus alia tentat ſecundùm rationem, & inuanùm laborat, dicatis eſſe naturam morbi occulti conſiſtentem in tota ſubſtantia, & neſcimus eam metiri: ſecundum inditium eſt ex longa obſeruatione obſeruatum à doctißimis uiris partim ex ſua experientia, partim ex ſcriptis aliorum, partim ex hiſtorijs, dicimus in tota ſubſtantia conſiſtere peſtilentiam ipſam, uel febrem peſtis, non dico febrem peſtilentialem, ſic dicimus in tota ſubſtantia conſiſtere uenenum, uel ictum uenenatum, faſcinationes omnes, quæ fiunt puerulis. Et medici teſtantur hos morbos afficere partem nobilem uel cerebrum, uel cor, uel hepar: tertium ſignum eſt, ut non indeterminatè, nec indiſtinctè afficiat aliquam partem, ſed iſte determinatè afficit hanc, ille illam. & ita cognoſcimus analogiam, ſeu proportionem iſtius affectus in tota ſubſtantia ad aliquam præcipuè partem nobilem; & ad aliquem ſpiritum. nam tres ſunt ſpiritus, animalis, qui à cerebro, uitalis, qui à corde, naturalis, qui ab hepate (in quo ſatis dubiè propoſuit Gal.) originem ducit. Ego diuertendo non

Gal. approbat læſiones a tota ſubſtātia.

Vid. 5. ſimp. 23. & 19. bis & 18.

Signa morbi a tota ſubſt.

poſſum probare hoc, quia non eſt locus, teneo tamen quòd datur: ſi ergo aliquis morbus habet analogiam ad aliquam partem, pariter habebit analogiam ad ſpiritum illius partis, & iſte ad ſpiritum hepatis, ille ad ſpiritum cordis, uel cerebri. quòd hoc ſit uerum dicimus, quòd uenenatus morſus dicitur affectio in tota ſubſtantia alicuius uiſceris, hoc eſt cordis, perit homo ex ictu uenenato, quia ſtatim laborat cor morbo in tota ſubſtãtia, quia morbus habet analogiam ad ſpiritum uitalem. eſt hic mulier quæ ueſtitur indumentum peſte laborantis, primum quod tangitur eſt corium, primum, quod recipit ſunt uenæ, & poroſitates, afficitur primùm cor, ergo non indifferenter omnes partes. Præterea eſt iuuenis ueſtem induens phtiſici, & breuiter inficitur pulmo, quia affectio iſta habet præſcriptam illam partem nobilem. His ita conſtitutis uideamus modò an iſtæ notæ adſint in lue Gallica. & primum hæc eſt una potiſſima conditio, quòd non cedit medicamentis inuentis ratione. teſtantur medici, qui aderant in principio, qui deſperarunt in arte, cum uiderent Methodo non potuiſſe inuenire rationem curandi, & erant in maximo deſpectu medici tunc temporis apud omnes, & niſi Hiſpani illi ſuperueniſſent docti quomodo ibi morbus ſanaretur, & niſi caſu chyrurgici audaciſſimi inueniſſent Hydrargyrum adhuc rebellis eſſet morbus, adhuc ſæuiret. Præterea hepar eſt quod inficitur, & hepar eſt pars nobilis, ergo adeſt ſecunda conditio, De tertia ꝙ tantum hepar, & non aliæ partes, patet. ego uideo puerulum conceptum in utero matris ex materia Gallica, illi per ſpatium nouem menſium non eſt infectum niſi hepar, non ne potuit infici cerebrum, & cor in illa colluuie? Ergo ſciatis ꝙ Empirica eſt morbi huius curatio, cum habeat læſionem partis nobilis, & determinatæ, cumq; ſit affectus in tota ſubſtantia: Sed quidam uolunt reddere cauſam cur hepar in hoc morbo inficitur. & hæc eſt. nos uidemus ꝙ inficitur homo per contagium aut oſculo, aut coitu, aut attritu: communicatio iſta primùm fit ad uenas, quàm ad arterias, quoniam copioſiores uenæ reperiuntur, & in coitu, & frictione, aperiuntur: dilatatæ admittũt ſaniem illam, & materiam Gallicam, & quia uenæ iſtæ pertingunt ad hepar, non ad cor, ideò primò, & per ſe hepar inficitur. at arteriæ ſunt ſolidiores, nec ſunt frequentes in exterioribus, & hæc eſt ratio cur leditur primùm hepar non cor. Pulcherrimum quidem eſt hoc commentum, atque inuentio ſubtilis, & placet his, qui uolunt certas rerum reddere cauſas. ſed ego nolui credere hoc, quia ſi eſſet uerum ſequeretur, quòd in ictu uenenoſo non primò cor, ſed hepar laboraret, pariter in uſu ueſtimentorum phtiſici, & peſtilentis hominis: tamen uidemus infici cor; pulmonem labefactari. Pungitur cuticula in ictu uenenoſo, & tamen uenula aliqua perforatur, præterea uenenum epotum pertranſit per hepar, & ſæpe non lædit hepar, ſed cor, ad quod ſecundò uenit: in puerulo quem dixi nutriri in utero per nouem

Curatio Gallici Empirica eſt.

Ratio cur primum læ datur hepar.

Impug.

menſes poßibile non eſt, quòd aliquando non communicetur cordi cum ſit puer incluſus in ſacculo Gallico, ſed quia morbus hic habet analogiam ad ſpiritum, & totam ſubſtantiam hepatis, ideò hic morbus occultò modo introducitur, & eſt ex tota ſubſtantia hepar inficiens, cuius menſuram ſcire, aut uerbis explicare non poſſumus, ſicut nec etiam formarum, at actus, & paßiones in tota ſubſtantia notos dico antiquioribus, & etiam Gal. nam ſi legamus eum tertiò de temp. cap. 1. uidebimus certò, quòd dum loquitur de medicamentis inquit, quòd nullum medicamentum calefaciens, aut ſiccans, refrigerans, aut humectans agit à propria ſubſtantia, ex quo loco colligimus ꝙ dantur actiones, & paßiones, & alterationes in corporibus noſtris, quæ nihil habent commune cum temperiebus: idem 13. medi. 6. loquens de dolore inquit, quòd nos debemus tentare inuentionē medicamentorum ſedantium dolorem, ſi illud quod facit dolorem à tota ſubſtantia facit, debemus inuenire medicamentum à tota ſubſtantia ſanans. ego uideo Gal. ſupponere alterationem à tota ſubſtantia lædentem. Venenum à tota ſubſtantia facit dolorem, non quia calefaciat, aut ſiccet, uel alia qualitate aggrediatur. ideò ex his colligere poſſumus Galenum cognouiſſe alterationem, & immutationem à ſubſtantia propria, & quòd morbus Gallicus ſit in hoc genere morbi prò concluſo, & declarato habeatis: ꝙ autē habeat analogiam ad ſpiritus naturales, hoc eſt quòd primò, & ſtatim illos corrumpat, atque inficiat, probo. Niſi inficeretur primò ſpiritus ſæpe, & ſæpius non gigneretur, & tamen gignitur, Nam ego uidi homines nunquàm paſſos, ulcera, nunquàm gonorrhœam, quæro ego quomodo infectum eſt hepar, quomodo potuit pertranſire huiuſmodi affectio ad hepar? nam ſi uos dicetis infectum eſt hepar, quia infecti ſunt humores, qui ſunt circa partes, ego dicerem, quòd oporteret partes illas etiam eſſe infectas, neceſſarium eſt igitur, ut ſpirituali modo penetrarit labes ad hepar. Ego curaui quatuor, aut quinque paſſos Gallicum, gummata, & pilorum defluuiū, & dicebant nunquàm ſenſiſſe pruritum circa pudenda, nec ulcuſculum minimum, niſi ergo ipſi ſpiritus ſint primi, qui inſtrumentum proprium uiſceris, recurrētes ad proprium fontem inficiantur, ego neſcio quid dicam. Præterea homines uno coitu infecti ſunt peßimè, ita quòd ſequenti die apparuerit bubo, erant 12. ſcolares, qui duxerunt meretricem in domum quandam, ut experirentur an eius eſſet appetitus inſatiabilis. ex his tres infecti ſunt, inter quos unus fuit, qui ſemel tantùm cognouit ſcortum illud, nihil tunc apparuit in pudendo; ſequenti die ſtatim cœpit erumpere bubo, & poſtea tota barba, ſupercilia, & capilli euanuerunt, laborauit doloribus intenſißimis, cur ergo hic potuit infici ita ualidè, ut ſequenti mane hepar materiam ad pubem transfuſerit? ego non ualeo aliam aßignare cauſam, niſi quia ſpiritus ſuccenſi ſunt cum ſint agentia ualdè uelocia, ideò potuerunt inficere hepar.

Affectus a tota ſubſtantia notus Gal.

Reuocetis in mentem quomodo fieri poteſt ut medicus accedens ad lectum peſtilentis poſt duas horas grauetur eadem febre peſtilenti uix attracto aere per fauces, in quo laborans fuerit, poſt ſpatium duarum horarum uidebitis erumpentem Carbunculum ad axillas, uel inguina. Præterea quod huiuſmodi affectus primò ſpiritus inficiat uos hac ratione cognoſcere poteſtis. Nos uidemus plurimos pati intemperies hepatis, & non apparent ſigna diſsipationis ſpirituum, ut in Gallica lue. primùm enim fiunt malæ concoctiones in uentriculo, cerebro, & cæteris partibus ſimilaribus, unde hoc, niſi quia fiunt ſpirituum diſsipationes? Nam uera, & immediata inſtrumenta actionum ſunt ſpiritus, uitalium uitales, animalium animales, naturaliũ naturales. unde labefactata actio ſpiritus indicat labefactatos. Præterea ſtatim concidunt in torporem uniuerſi corporis: immutatur color faciei in Gallicis, unde eſt hoc niſi, quia diſsipati ſunt ſpiritus? præterea ceſſat appetitus coeundi. ego noui infinitos iuuenes robore uirium ualentes, atque ſemper aſtantes mentula erecta, ſatiriſcos iſtos, uix primùm Gallicum libantes decidere ex hoc appetitu, & nullam aliam ob cauſam, niſi quia diſsipati ſunt ſpiritus. Ideò colligo Gallicum eſſe affectionem hepatis in tota ſubſtantia diſsipantem ſpiritus.

De modo generationis morbi. Cap. XXI.

Ex quo modum generationis affectus colligere poſſumus. Nã fit per contagium, omnis morbus qui fit per contagium fit per communicatam ſubſtantiam, quæ communicatur uel immediato contactu corporum ſeinuicem tangentium, uel per commune corpus ambiens, ſcilicet aerem. Docebo. cum omnis morbus contagioſus ſit collocatus per totam ſubſtantiã, ideò oportet ut inficiatur tota ſubſtantia, exempli gratia in phtiſi adeſt uis iſta contactus, quoniam à pulmonibus continuò exhalat uapor, hic autem uapor ſunt corpuſcula quædam minima illius ſaniei, quæ exhalãt cum aere, & diffunduntur, per ambientem aerem, qui attrahitur ad pulmones alterius, & ſi reperiunt materiam præparatam inficiunt, & communicant morbum: idem accidit in febre peſtilenti; in morbo oculorum. fit autem contagium per contactum corporum, non per ambientem; eſt mulier laborans ſcabie, habet corium exulceratum, tangit iuuenem, ſimul corpora fricantur, fuligo exhalans à cute eius ſcabioſa inficit cutim, ſtatim repertum humorem fermentat, fermentatio facit ebullitionem, & ita fit contagium. fit etiam communicato uapore, qui attrahitur ultro citroq; in corpora noſtra, cum incaleſcunt, & extenduntur arteriæ, & uenæ. Cum igitur iuuenis cum muliere infecta dormit, ſimul ſudant, incaleſcunt corpora, fit euaporatio, quæ communicatur, cum mulier infecta eſt abſorbetur à corpore

calefactio euaporatio eius, & cũ habeat analogiam ad ſpiritus naturales, ſtatim per eos communicatur ſanies hepati: Si mulier habet pudendum infectum tunc communicatur ſanies; & ideo quidam ſtatim abluentes ſe, ab iſta calamitate liberantur, & eo magis ſi urina, uel aliquo alio abſtergente ſe mundent: ſed ſi detineatur acris ſanies ſolet præputium ulcerare, ſiue glandem, & inficere demum ſpiritus. Hinc eſt quòd tres coeunt cum Gallica, unus inficitur, reliqui uerò immunes à tanta lue liberantur. Domini ratio eſt, quia non omnibus æqualiter communicatur: ſecundò quia aliqui habent corpus priapi denſius, atque ſolidius, aliqui rarius, & mollius: tertiò quia aliquot ſunt mundiores in actu uenereo, & faciliùs, & commodiùs ſe expurgant. ſed ſciatis quòd potiſsima cauſa eſt illa communicatio, quoniam alicui plurimùm, alicui minimùm communicatur, & hoc euenit ex uoluptate fœminæ: ſi quis pulchrior eſt, & magis excitet uoluptatem mulieri, molliciesq; addatur, ille certe inficitur: alij uerò aliquando ſic, aliquando non. Hic eſt modus generationis huius affectus, modò ad cauſarum inueſtigationem properemus.

Cur ex multis coeuntibus aliqui inficiuntur, alij qui non.

De cauſis. Cap. XXII.

Cauſæ.

QVa ex cauſa oriatur Gallicus iam dicendum eſt, cum ſit certum non eſſe morbum, qui ortum ducat à cauſis communibus, ab aere, aqua, & ſole, cum non ſit epidemialis affectus: præterea cum non oriatur ex interna humorum colluuie à rebus non naturalibus facta; Verùm omnis occaſio in contagium refertur, & primùm ſunt cauſæ externæ. ſecundò internæ. inter externa eſt contactus per communicationem ſubſtantiæ, communicatio fit communicata ſanie, uel fuliginoſis uaporibus ex infecto corpore ortis, ſed non una eſt ratio extrinſeca, qua huiuſmodi ſubſtantia communicari poſsit, neque omnis pars eſt apta ad recipiendam communicationem. Partes aptæ primùm ſunt pudenda, quæ requirunt hæc duo; primùm, ut molles ſint, deinde ut per attritionem incaleſcant, & rareſiant; Hinc eſt quòd qui non admodum duri ſunt in coitu, hoc eſt qui non tardè emittunt ſemen, difficiliùs inficiuntur; qui uerò tardè illud iaculantur, faciliùs, quia incaleſcunt magis, rareſiunt partes, & præbetur aditus morbo. Præterea oportet ut pudenda ſint admodùm mollia, nam dura, & calloſa non ita facilè admittunt uaporem caliginoſum: Hinc ego inter mille homines non credo quòd uiderim duos, qui habeant detectam glandem, & præputium decurtatum, infectos Gallico. ratio eſt quoniam detectæ glandis durius corium redditur, atq; calloſius. At illos, qui oblongum habent præputium, glandemq; obductã, faciliùs infectos uidi: quia glans, & interna pars præputij mollior eſt. Præter pudendas partes additur etiam os ob molli-

Qui citius eiaculantur ſemen inficiuntur cum difficultate.

Qui detectã habent glandem difficilius inficiuntur.

tiem ipſius,& raritatem ſubſtantiæ,quæ facilè admittit ſaniem; unde oſculis,& linguæ,& ſaliuæ communicatione lues alteri infigitur. Præterea tota cutis quoties eſt rarefacta uel receperit ſcabiem Gallicam, ſi quis cum ipſo ſcabioſo dormiet, ſcabiei pruritum ſentiet, atque luis Gallicæ morſum. Hinc coitus inter extrinſecas cauſas connumeratur, ſicut exoſculatio,contactus,& fricatio. Verùm adduntur & uſus ueſtium: nam ſi quis Gallici caligas induatur Gallico inficitur; Hocq; maximè erat temporibus noſtrorum parentum,& iam agitur 20. annus, quando non ita liberè accedebãt ad Hebræos ad emenda ueſtimenta, ſed nunc non ita facilis eſt occaſio indumentorum. ſi quis uteretur caligis ſanie imbutis inficeretur certè, ſed non ita facilè: ſcio autem ego eos, qui curati ſunt à Gallico, atque eiſdem uſi ſunt calciamentis, iterum in luem incidiſſe. De ablutis non eſt timendum. Iſtæ ſunt cauſæ extrinſecæ,inter quas addatur mammillarum ſuctio. Primis temporibus credebant ex uſu uitrorum, atq; poculorum poſſe naſci affectionem iſtam. & ego locutus ſum cum ſene,qui habebat domi duos laborantes, habentes partes poſteriores ulceratas, & aſſerebat ſe infectum ob uſum eiuſdem latrinæ. Videte quanta morbi iſtius erat rabies; Hodie non eſt timendum de hoc.Inter cauſas internas connumeratur primùm uis imbecilla ſpirituum naturalium, nam non omnis communicatio ſubſtantiæ inficit.exempli gratia eſt hic laborans peſtilenti morbo, omnibus nobis cõmunicatur eadem fuligo, & tamen hic inficietur peſte, ille uerò non: huius cauſa intrinſeca eſt,non extrinſeca,quia eundem attrahimus aerem,et eſt, quia cordis ſpiritus iſtius imbecillus eſt,illius uerò robuſtus. Ita in morbo Gallico ſunt decem coeuntes cum Gallica,quorum ſex non inficiuntur,quoniam hepar habent robuſtum, & ſpiritus potentes, non facilè aptos pati, ſed paratos hoſti reſiſtere. Addatis dilatationem uaſorum,nam niſi uenæ, pori,& meatus dilatentur,nulla fiet communicatio, ut poſſit fieri trãſitus uaporibus,& saniei. Hinc eſt quòd,qui habent penem ſolidum,& durum, non ita facilè corripiuntur. Addatis accenſionem facilem humorum. ego obſeruaui quòd qui ſunt frigidioris habitus non ita facilè corripiuntur, neque frigidiores ætate ut ſenes,quia in his non facilè humores inflamman tur:ſenes coeunt fortaſsè frequentius,quàm iuuenes,& licet non ita promptè,coeunt tamen. Ego obſeruaui ſenes adeuntes meretrices publicè infectas,& nunquàm infectos, ego non poſſum dare aliam cauſam niſi quia humores non facilè incaleſcunt, quia habitus, & ætas non facilè incaleſcit. [poteſt etiam referri occaſio ad duriciem cutis, ad ſiccitatem, ad paucam quam cum eis habent fæminæ delectationẽ,ad duritiẽ glandis, & internæ cutis præputij eorum,quoniam cum in tot congreſſibus uſi ſint ſuis lanceis qũi fieri potuit,ut non obduruerint? quæ omnia in cauſa ſunt ut hoſti impetum facienti reſiſtatur.] Addatis,& ſubſtantiæ naturam,molliciem,&

Scabies.

Coitus.

Vſus ueſtiũ.

Mammillarum ſuctio.

Cauſæ internæ ſpirituũ imbecill.

Dilatatio uaſorum.

Accenſio facilis humorum.

Senes nõ ita facile inficiũtur.

Subſtantiæ natura.

Animi affectio.

lenitatem partium. Addatis ultimò animi affectionem, nam non eſt dubium, quòd ſi quis affectione intenſa, coiuerit cum muliere, et agatur amore nimio non inficiatur. [Et hæc erit fortaſſe alia cauſa cur ſenes non inficiantur ita facilè quoniam friget Venus in eis, & amor frigidis eſt infixus medullis: curis animum implicitum habent, familiæ, filiorum, atque nepotum ſollicitudine uexantur, nõ ita ut iuuenes cogitationibus expertes non niſi præſentibus uoluptatibus intenti, totos ſe bracchijs meretricum atque earum amplexibus dedunt.] Hinc eſt cur reperiamus tot maritos infectos Gallico non inficere coniuges, & è contra. conſulatis nobiliſſimos, atque excellentiſſimos uiros in praxi exercitatos. Vnde hoc? ego credo quòd prouenit ex animi paſſione: quum Adultera cognoſcit amaſiũ feruet amore, & ideò inficitur. non amat uirum, non feruet animus, non incaleſcit cum eo, ſed frigida iacet, atque moroſa. Præterea fortaſſe morſus adeſt conſcientiæ teſtans eſſe adulteram, ideò ſine amore coit, & potius timet: ob id multi credunt habere coniuges honeſtas, & caſtas, quæ tamen lue Gallica plorant. Præterea contracta eſt conſuetudo coeundi ideò in utroque deeſt affectio animi. Ego nunquàm uidi hominem Gallicum in primis nuptijs nõ inficere uxorem, quia tunc in illis primis diebus Amor adeſt. ſed in his, quæ pepererunt, in quibus antiquata eſt conſuetudo coeundi, ceſſat hæc cauſa. Videamus iam ſigna quibus morbum iſtum cognoſcere poſſimus atque ab alijs ſecernere.

De ſignis. Cap. XXIII.

Signa.

Cognita ea Gallici Natura, quæ ex conſequentibus affectibus cognoſci poteſt, atque patefacta cauſa, hoc eſt contagio, ſupereſt ut loquamur de ſignis, quibus cognoſcimus talem luem adeſſe corpori humano. Et quoniam ſigna, aut ſumuntur à natura affectionis, aut à cauſis morbi, aut à conſequentibus morbum, aut ab analogia, ſi nos naturam morbi capiamus nullo modo poſſumus cognoſcere; quoniam latens eſt hepar in penitioribus partibus. Præterea morbus eſt in ſubſtantia, ſubſtantia autem non patet ad ſenſum. ab ipſa cauſa poſſumus reuera coniectari aliquid, ſed non eſt certa, & neceſſaria cauſa, ut quoties quis coiuerit cum infecta, neceſſariò contagium ſentiat, miſerrima eſſet iuuentus, ſi hoc eſſet: aliquando centum adoleſcentes ſcortum infectiſſimum, atque turpiſſimum cauſa ioci cognoſcunt, & tamen uix unus inficitur. facit quidem, ſi cognoſcimus mulierem laboraſſe Gallico ad coniecturam, ſed non ad demonſtrationem, & ad certam fidem. ab analogia non expectemus ſigna. omnia quæ poſſunt demonſtrare continentur ſub effectibus, & conſequentibus morbum, qui ſunt duum generum, alia ſunt pura accidentia, & ſymptomata, alia ſunt morbi:

A cauſis incerta ſigna.

Ab analogia.

A ſymptomatibus.

morbi: ſymptomata ſunt, defluuium pilorum, dolores capitis, & artuum, leuiſſimæ infectiones cutis. Morbi ſunt ulcera ſæuiſſima, tumores inguinum, & aliarum partium, puſtulæ &c. quæ uelut umbra corpus, Gallicum conſequuntur. Verùm cum in morbis diuturnis dentur tempora, principium, incrementum, ſtatus, & declinatio: & cum morbus Gallicus diuturnus ſit, meritò diſtinguitur in ſua tempora. & ratione iſtius mutatæ ætatis fiunt ſymptomata propria morbi principiantis, quieſcentis &c. hac ratione ego diſtinguam omnia ſymptomata in duas partes, in illã quæ continet affectus conſequentes ad Gallicum principiatum, & in illam quæ continet affectus inueterati morbi. Prima continet hæc ſigna. ſtatim cum adoleſcens infectus eſt ſentit leuem laſſitudinem ſpontiuam omnium membrorum ſæuum morbum pronuntiantem, cum tamen prius robuſtiſſimus, & animoſiſſimus eſſet. Percipitur grauitas in corpore toto, & præcipuè à ſomno. ſentit torporem, grauitatem, ſegnitiem in uniuerſo corpore. ratio huius eſt, quia infecti ſunt ſpiritus naturales, qui ſunt immediatum inſtrumentum facultatis ſubſtentantis corpus, & ideò grauius hoc quàm antea uidetur. Præterea adeſt dolor uagus, paruus per uniuerſas partes, poſt laſſitudinem corporis nunc dolet capud, ſtatim ceſſat, aditque humerum nunc dextrum, nunc ſiniſtrum, linquit hos, reuidet crus unum, aut alterum, & ſic facit de ſingulis membris. Cauſa eſt uapor quidam, qui incipit eleuari ab hepate. nondum genitus eſt humor malus morbi, ſed ratione hepatis efferueſcentis ob communicatum morbum gignitur uapor paruus; ideo dolores ſunt uagi. Tertiò incipiente morbo, & aliquantiſper ingraueſcente, immutatur color faciei. Videbitis angelicam, uinacem, ſplendidam faciem iuuenis mutatam in deterius ſpatio trium, aut quatuor dierum. Quæ mutatio? Falloppius ignorat. ſufficit quòd ſit mutatio; toto cælo diſtat facies poſterior à priori, immutatur color, & ſpiritus oculorum. os, labia, genæ ſubuertuntur. & notate ſignum, quod poteſt explicari, & eſt quòd ſub oculis apparet circulus liuidus, qualis apparet in mulieribus menſtruatis. obſeruate an ebrius ſit, an uigilijs laborarit, an ſomno imbutus nimio, an curis uexarit animum, ſi hoc non eſt laborat morbo Gallico. Quartò ſolet ſuboriri calor inſignis in ueſtigijs manuum & pedum etiam in hieme. Hæc cauſa patet quoniam in facie animum cognoſcimus. ob ſpiritum uaporoſum, qui ortum ducit ab hepate, quo laborante laborat facies, hinc extrema hæc feruẽt, grauiter affecto uiſcere, hinc ille liuor. Quintò addatis ſomnolentiam ſæpe interruptam, & quaſi corporis inertiam. Ratio eſt ob turbulentum uaporem, qui ob contractum morbum, & feruorem, augetur. Addatis mæſtitiem, erit lætus iuuenis feſtiuus, hilaris, atque iocoſus, cras erit infectus Gallico ſubitò mæror ſuccedit. Vnde hoc? niſi quia affectio exoriens adurit ſanguinem, qui ad animum uapores tur-

Leuis laſsitudo.

Grauitas.

Torpor.

Dolor uagus.

Mutatio coloris.

Dolor i manibus & pedibus.

Somnus interruptus.

Mæror.

Febricula. Caries. bulentos euehit? Solet aliquando febricula adiungi ob feruorem circa uiſcera feruentia. ſed hoc rarò fit. Ottauò in loco eſt caries moderata, hocq; eſt ſignum Patocnomicum quaſi; quoties ergo uidetis cariem quandam Gallicam, leuem tamen, circa pudendum, & quòd occaſio præceſſerit, dicatis eſſe Gallicum morbum. quæ eſt ratio? Non poteſt ſuboriri caries, niſi duabus cauſis, aut quia ſanies pudendi fœminei ſua acredine eroſit pelliculam, uel communicato contagio hepati per ſpiritus naturales; hepar propellit eos infectos, & contagioſam ſaniem ad pudendum. de carie quomodo cognoſcitur quando eſt Gallica, & quando non eſt Gallica, dicam poſtea. Nono in loco ſuccedunt bubones moderati. coiuit adoleſcens cum fœmina, ſuperuenit torpor, mæſtitia, & poſt duos dies apparet bubo paruus, non doloroſus, non ualidè creſcens; ſignificatur, quòd morbus lenis eſt, & incipiens. Sed cauſa iſtius eſt, quoniam inguina ſunt partes emulgentes hepar, & ideò excrementa hepatis mala excernunt; hepate igitur infecto inſurgens uis eius ad repellendum ſimul, & ſemel excremētum caſu in uiſcere repertum excernit, & ita fit bubo. Vltimum ſignum eſt Gonorrhœa Gallica ſignum incipientis morbi, quæ nobis indicat iſtius Protei Naturam. Primis illis diebus per ſpatium 40. annorum, non erat defluuium pilorum; agitur iam 30. annus, quo hoc defluuium incæpit, non ſunt 25. anni, quibus obſeruata eſt Gonorrhœa Gallica. Ex quo colligimus uariam eſſe naturam morbi, & poſſumus expectare noua ſymptomata; Vtinam leuia ſint. quomodo autem hæc cognoſcenda Gonorrhœa poſtea docebo, ne hic aggregem omnia. Cauſa autem eius eſt labefactatio ſpirituum, qui regunt facultates teſtium, & ita diſſipatur robur illarum partium, & ſic non poſſunt continere ſemen, ſed continuò ſtillat. At iam progreſſi, & confirmati morbi ſigna inueſtigemus. Primùm ſunt puſtulæ in uniuerſo corpore duræ, & graues in capite, & barba. aliquando cum cruſta, aliquando non; aliquando cum ſanie, aliquando non. & ſciatis non poſſe eſſe morbum niſi ſex, aut ad minus quatuor menſium, quando huiuſmodi ſymptoma pullulat. Qui incipit hieme producet cruſtas principio æſtatis, qui uere, autumno, &c. Suboriuntur autem puſtulæ; quoniam materia infecta tranſmittitur ab hepate; ſecundò quoniā pars laborans puſtulis non benè concoquit ſua excrementa, & ideò congerit ea. Secundò ſuboriuntur ulcuſcula in pudendis calloſa, uel fiunt calloſa, quæ incæperant. Quoties uidetis ſanatam cariem, & quod remanent calli circa cicatricem, tenete eſſe confirmatum Gallicum, ideo moneo uos, ut hoc recordemini in curationibus; quoniam calli illi ſunt manifeſtiſſima, & demonſtrantia ſigna morbi confirmati. Tertiò in loco eſt uueæ mollificatio. in faucibus gurgulio dependet, quem uueam uocamus, quæ ſi humida fiat pendet, & humectat fauces: Vnde fit raucedo uocis: aperite os, quum audictis uoces iſtas raucas, & uidebitis uueam humectatam. & non eſt ca

Bubo.

Gonorrhæa

Pilorū defluuium.

Signa confirmati morbi, & primum ſunt puſtulæ

Vlcuſcula i pudendis.

Vueæ mollificatio & raucedo uocis.

tarrhus diſtillans.dicite eſſe Gallicum confirmatum. [*cauſa huius hume-ctationis eſt ſpiritus naturalis labefactatus, qui unà cum ſanguine infectus mediantibus uenis ambitum totius corporis circuit, & ideò imbecilles eius functiones ſubminiſtrat. in uentriculo prauè concoquit, ideò pituitam, in cerebro mucum, in uenis ſanguinem pituitoſum generat, quæ ſi adurantur proceſſu morbi acria fiunt, & ideò ratione huius humidæ humorum lacunæ non eſt mirum ſi uuea humectatur, ſi ratione acredinis ſanguinis ſcabies cutim infeſtat: ſi radices pilorum erodens eorundem defluuij cauſa exiſtit, palatum ulcerat, os, atque naſum, cum galea cerebri conterit, atque fons eſt, & principium multorum aliorum ſymptomatum. raucedinis autẽ uocis cauſa eſt humiditas. atque excrementa canales impedientia.*] *Quartò addite tumores glandularum in faucibus, quùm hoc eſt non dubitate de infectione Gallica iam confirmata: quoniam communicatur materia infecta capiti, quæ excernitur ab emunctorijs. Addite corruptionem palati, & dentium. quùm hæc adſunt non poſſunt reperiri gradus morbi intenſiores. Adduntur ſexto in loco dolores firmi, & clamoſi, (ut iſti dicunt;) 22. hora incipit dolor, non peruenit ad mediam noctem, & clamor percutit auras. Nam dolores iſti fiunt à uapore quoddam noxio. & maligno, qui attollitur ab hepate, & ab excremento ingeſto per malam nutritionem in particula qualibet, & præcipuè circa perihoſtia cuiuslibet partis. Præterea addatis corruptionem oſſium capitis, & bracchiorum antequàm appareat aliquod ulcus. Quomodo autem cognoſcitur os corruptum integro corio remanente dicam poſtea. Addatis 8. tumores ateromaticos, (quæ gumbata uocantur aſſumpta ſimilitudine ab arboribus quoniam in morbo Gallico creſcunt tubercula emulantia gummas arborum) fiunt autem aut quia pars ipſa non benè nutritur, & coaceruat excrementum, uel quia hepar communicat materiam infectam. Addatis. 9. in loco ulcera maligna uniuerſum corpus obſidentia, quæ exulcerant totum corium, caput, & uniuerſas partes ob copiam materiæ peccantis. Sed commune illud ſymptoma, defluuium pilorum ſæpius etiam infeſtat. Iam eſt tranſactus 40. annus, quo non radimur ob uituperium noſtrum, antea non erat defluuium pilorum, & non radebamur. Hiſpani induxere Tirannidem in Italiã, Gallicum, & barbæ longæ uſum. Caſus autem pilorum cauſa eſt materia ſalſa, & erodens. SED pulcherrima inſurgit quæſtio, animaduerſione non indigna; quare eſt, quòd pili capitis, & barbæ tantùm concidunt, & non ex alijs partibus uniuerſi corporis. ſed locus hic non requirit iſta. Addamus cruſtas quaſdam, uel callos, rhagades dictos, uel impetigines, & præcipuè in uola manuum, & planta pedum. Hæc ſunt doloroſa ualdè, adſunt enim rimæ quædam, & ulcera ſerpentia, & horum cauſa eſt materia peſſima pituitoſa ualdè exuſta, quæ cõfirmata lue ualida in hepate, oritur.*

Tumores glandularũ in faucibus.

Corruptio palati, & dẽtium.

Dolores.

Corruptio oſsium cap. & brachiorum.

Gummata.

Vlcera maligna p totũ.

Defluuium pilorum.

Imo Rex Philipp. atque Pater Carolus uerãm conati ſunt ĩtroducere Monarchiã quę primas tenet in trib. ſpẽbus gubernationum unde Ariſ. 12. me. pluralitas entium mala, unus ergo princeps. Not.

Accedit penultimò id, quod præ cæteris me ſummopere grauat, & eſt tinnitus aurium: Vltra 10 annos nunquàm audiui ab aliquo mentionem factam de hoc tinnitu: ego primus obſeruaui, iam 8. agitur annus; rari ſunt, qui huiuſmodi tinnitum non habeant in ualdè confirmato Gallico. obſeruetis diligentiſſimè hoc, cum ſcriptum non reperiatis ab alijs. hic tinnitus ſolet ob alia ſuboriri, ſed etiam fit ex Gallico. [Sed hic obſeruans effectum ſatur cauſam ſpreuit, uel fortaſſe tanquàm ex dictis hauriendam; Nos ad eam properemus. cum conſtet ab hepate uapores noxios ad capud attolli, cumq; continuò, & continuò ſubminiſtrentur, uis capitis expellens tentat per omnes debitas propellere uias, deducit ad cutim, ut ratione pororum exhalent, hinc cadunt pili ob eroſionem; demittit ad os, & ideò palatum corrumpunt, atque dentes; per nares fugat, & ideò eas ulcerant; ultimò conatu per aures tentat detrudere, cumq; flatus, uapor hic infectus ſit, atque craſſus uiolentia eiectus ſonitum facit] Vltimò ſuccedit aliquando quædam affectio, ueluti aſtma, quæ ſuperueniens indicat morbum incurabilem, non crucietis ægrum aſtmaticum, quia non ſanabitis. De his omnibus ſymptomatibus ego poſtea lenitionem, atque curationem tradam, & licet difficillima ſint, tamen polliceor me inueniſſe medicamenta, quæ certò, citò, & tutò (quantùm fieri poteſt) curant.

Aſtma.

De curatione morbi, & primùm de exercitatione. Cap. XXIIII.

Curatio.

INter cap. propoſita in hoc tractādo negotio quartum curationem morbi continet poſt cognitam affectus naturam, cauſas, atque ſigna; quæ curatio multiplex eſt, & uaria, hac præcipuè ratione; quoniam nō habet uim collocatam in Methodo ipſa, ſemper fuit empirica, quia caſus, & experientia ſimul iuncta remedia ſubminiſtrarunt: et quoniam caſu inuenta ſunt remedia uaria, ideò uariæ ſunt rationes curandi morbi. prima ratio eſt illa, leuis tamen, quæ eſt maxima corporis agitatio, & exercitatio: & hæc ualet in Iuuenibus robuſtiſſimis, qui ſolo ſudore facta ſimplici corporis expurgatione, ſanati ſunt, aut lucta, aut Iaculo, aut ſaltu, aut luſu pilæ: tantus calor creſcit, tanta diſcuſſio fit excrementorum, renouantur ſpiritus, & fiunt puriores apti ad ſuperandam labem. & hoc non eſt mirum, ſi aliquando uiſcus per ſeſe ipſum ſanat, lue nōdum radices iactas habente. Vnde febris putrida ceſſare ſolet abſque medicamento, quia nondum hæret partibus ſolidioribus. in febre ethica ſanantur corpora per medicinam, quia humectamus, & frigefacimus partes, Ita in Gallico, quando incipit & nondum hæſit in intimis particulis, fieri poteſt ut per ſe reſtituatur ſpiritus, affectio & enim illa ſpiritualis eſt. Ad rem igitur reuertamur: ſo-

Exercitatio.

lent aliqui excitato uehementiſſimo ſudore ſanari. ſed hoc tantùm fit in primo principio morbi in robuſtiſſimis corporibus, & etiam in plurimis robuſtis non ualet. ſuccedit modò ſuffumigium.

Proponitur ſuffumigium. Cap. XXV.

Alia eſt ratio empiricorum per ſuffumigia; Inuentum eſt antiquorum, ut ſuffitibus ſanemus uarios affectus. Empirici tentarunt omnia, & tandem inuenêre ſuffitum ex cinnabari præſtantiſſimum, ſæpiſſimè tamen nocet, ſed inter genera curationis connumeratur, & non dubitate, quòd ſanatur aliquando. tamen duplex eſt ſuffumigiorum ſpecies, altera benigna, altera grauis. de quibus ſuo loco. Suffumigiū.

Proponitur Hydrargyrum. Cap. XXVI.

Tertia ratio pulcherrima eſt per Hydrargyrum purum, quod abſorptum ſuperat morbum deferens excrementa ad palatum, hoc facit mihi admirationem. Tria ſunt quæ ualdè turbant mentem meam, primum magnes, ſecundum medicamentum expurgans, tertium Hydrargyron. in quo obſeruo miracula naturæ. Hydrargyro hoc parantur unguenta quæ internodijs applicata ſanant, & de hoc ſuo loco dicemus. Hæc ratio empirica eſt, quia multa ſolent incommoda ſubſequi, ſi caſu ex toto non ſanet, quoniam nunquàm inunctus uir uir remanet; affectus proritatur, & peior redditur. Hydrargyrum.

Proponitur præcipitatum. Cap. XXVII.

Quarta ratio eſt cum Hydrargyro præcipitato, in quo miraculum apparet, uos uidetis argentum uiuum conuerti in præcipitatum, in puluerem, tamen iterum poteſt in Hydrargyrum reduci: uidetur ſpecies reſurrectionis, miraculum Deo reſeruatum. hoc exemplo apud incredulos poſſumus confirmare, ut uerbo Dei ex noſtro cinere reſurgamus. plures ergo uſus iſtius præcipitati incolumes fecit. ſed hæc ratio plurima habet coniuncta incommoda. de quibus poſtea. ego docebo hæc non quòd ſemper utamini, ſed contra obſtinatos, & ut incommoda ſequentia cognoſcatis. Præcipitatū.

De curatione per Methodum, & primò de uictus ratione. Cap.. XXVIII.

Methodus. *ALij tentant Methodo rem hanc aggredi: (quamuis ab empirica principium ſit, ſubminiſtrata à caſu, & experientia) iſta eſt uera, & regia curatio, de qua primò tractare tentemus. Proponatur Iuuenis laborans morbo Gallico, & morbus adhuc creſcat, proponuntur tres indicationes tres ſcopos conſtituentes. Nam diximus morbum eſſe affectum in tota ſubſtantia hepatis, cui ſuccedit ebullitio ſpirituum, ad quam intemperies calida, & ſicca adueniat, quæ non eſt natura morbi: ſanatur morbus, & tamen relinquitur caliditas, & ſiccitas. Tertiò diximus; quòd ſtante ægritudine ſuccedit generatio excrementorũ in omnibus partibus. Hoc conſtituto prima indicatio reſpicit excrementa; ſecunda feruorem illum: tertia naturam morbi: opus ergo eſt ut nos totam affectionem auellamus, contemperemus intemperiem, & euacuemus excrementũ. ſed quoniam excrementorum copia ſolet eſſe impedimento curationi, ex ſecundo & tertio Meth. habet rationem cauſæ, ſine qua non, ideo ſine eorum euacuatione curationem aggredi non tentemus. ſecundò cum habeamus intemperiem calidam, & ſiccã, ideò eam auferamus; poſtea quàm excremẽta excreta ſunt. nondum autem factam ne fiat prohibeamus. iſta autem ratio erit methodica pænitus, empirica tantùm in curatione luis. Hoc autem fieri non poteſt niſi ita muniamus corpora, ut nihil officere poſſit, & primò caſtigemus res non naturales, quæ proſint curationi, nõ obſint: & ideò moneo uos, ut in principio ſtatim habeatis rerum non naturalium curam, quia morbus longus eſt, & ualidus, ideò oportet optima diligentia uti: inter quas primum locum habet aer, in quo non uidetur aliquid notandum, quoniã experientia docet, ut Gallico laborantes non prohibeantur ab hoc, uel illo aere, tamen aer attrahitur continuò à nobis: ideò poteſt uariare affectum. & hoc notaui ego experientia ductus, aer marinus (dummodò ſit in loco ſalubri) eſt præſtantiſſimus omnium in morbo Gallico. Crebra eſt mercatura Gallici Venetijs, ſed aer ſaluberrimus eſt, ſecus oporteret relinquere locum inhabitatum, & aliunde nouos colonos expiſcari: raro uidi adoleſcentem eũtem illuc cognoſcentem mulierem, qui nõ redeat infectus, ſed aer marinus prohibet, ut non corrumpantur homines pænitus. Romæ ſunt meretrices, ſed non adeò uiget morbus hic. At Bononiæ aer peſſimus eſt quia frigidus, & acutus, ſtatim morbus ibi petit capud, atque palatum inficit, idem Florentiæ accidit; licet ibi per aliam uiam reuertentibus ſcorta ſint infeſtiſſima. Patauinus aer mediocris, et ſalubris eſt, morbus enim non niſi hepar petit: ideò poſſum monere uos, ut, ſi amicus inficiatur Gal-*

Res non naturales. Aer. Patauinus.

lico, & fuerit in aere frigidiori, & tenuiori, moneatis, ut eat ad craſsiorē, & calidiorem, ſaluberrimum tamen: Ratio etiam ciborum habenda; ſed præcipuè detur, qui reſiſtat putredini, & impediat feruorem. Fugite fructus præter modum: quia faciunt ſanguinem frigidum quidem, ſed aptum ad ebullitionem, ueluti muſtum ſanguinis, quoniam aquoſus eſt. Carnes humidas fugiant. peſsimæ ſunt agninæ. ſuillæ carnes humidæ ſunt, ſed non adeò, ut piſces, & agninæ, ſed tamen ita proritant morbum, ut mirum ſit: non dico ſalitas carnes, ſed recentes; quoniam adminiſtratur hepati humor fouens morbum. fugiendi piſces in lacunis nati. Veruecinæ, & uitulinæ, hædinæ etiam bonæ ſunt. addo auiculas. Arietinæ, caprinæ, & bouinæ, peſsimæ; & in ſumma tàm carnes, quàm piſces ſaliti à menſa Gallicorum profliganda. Inter illa, quæ comeduntur, ſi quod noxium eſt; tria ſunt, quæ principem locum obtinent. Cæpe communes, cæpe aſcalonitides, quas ſcalognas uulgò appellamus, & allia. Nihil magis proritat, præter coitum, his tribus. Radices Rauani addite; ſed nō adeo crudeles ſunt: creſcit lichenes, tinnitus aurium, uidetur ardere hepar, itaque facite, ut fugiant iſthæc ueſtri ægri. Vſus aromatum bonus eſt, & malus. eſt bonus ueluti Garyophyllum, Nux moſcata, cardamomum, cinnamomum, & ſimilia habentia uim roborandi uiſcera, quia abſumunt excrementa. Verùm quia aliquandò fit nimia ebullitio in hepate, ideò non nimis laudo. ſed ſi uentriculus laboret date parùm piperis non in puluerem contracti, ſed tamen craſſo modo confracti: ſi autem adſint ulcera circa ſedem, abſtinebitis ab omnibus aromatibus, & pipere. Præterea panis ſit optimus. ſed unum uidetur conſiderandum, an biſcottum Panem exhibere debeamus nec ne? aliqui dāt in principio; aliqui in exhibitione decocti, aliqui nolunt, ut aliquo modo dentur panes iſti; & dicunt primùm, quòd non conficitur talis panis; eſt duræ concoctionis, ſi fugimus carnes bouinas ob difficilem concoctionem, ergo & hunc. Præterea ſiccat humorem naturalem, & abſumit, inutilis ergo eſt hic panis. Tamen ego alterius ſum, & fortaſſe melioris ſententiæ, non quòd panem biſcottum neceſſariò demus in principio; mihi probaretur, ſi etiam daretur, quia non uideo ſequi aliquod incommodum. Quòd difficiliùs conficiatur, uerum eſt, ſed ſi benè fricetur dentibus, facillimè poteſt concoqui. accipite panem biſcottum, & ponatis in humido, uidete an humidum abſorbeat; qui potibus oblectantur ſolent facere offam optimam, mollem, & teneram, ut facillimè abſorbeatur cum pane biſcotto, quia meliùs, & citiùs emollitur. Dico tamen, quòd non debemus durum præbere biſcottum ſine alio; ſed ſi poſtea bibatur faciliùs digeritur, quoniam per duplicem coctionem uiſcidum abſumitur, quod eſt in triticea farina. Hinc Ariſtot. quærit in problematibus cur piſces pingues, & carnes ſemper aſcendunt per fauces,

Cibus. Fructus. Carnes. Piſces. Salita. Cæpe. Allia. Rauani. Radices. Aromata. Garyophyllum. Piper. Panis an biſcoctus exhibendus. Prima ratio. ratio ꝙ non dandus ſit. 2. ratio. Ad primā. 21. ſect. probl. 8.

& diù ſunt in uentriculo? Reſpondet, quia adeſt tenacitas ipſa, quæ in pane iſto ſuperata eſt per duplicem coctionem, uis uidere? quia faciliùs fit maceratio: Ideò colligo ſi benè emollitus ſit panis biſcottus, quòd bene concoquitur; Ad ſecundam rationem dico uel ſumitur ut alimentum, uel ut medicamentum: ſi agit ut alimentum, humectabit corpus humiditate, quæ magis ſicca eſt, quàm illa, quæ reſultat ex humidiori pane: ſed illa humiditas præſtātiſſima eſt, quia inde reſultāt ſpiritus, & humores minus apti ad ebullitionem, & ad fouendum morbum. ſi uerò ut medicamentum propinetur; ergo abſumet humiditatem præter naturalem, non naturalem, ſicut facit lignum Guaiacum. ſed quid de uino dicendum? uinum calidum, & robuſtum inimicum eſt Gallicis, ideò exhibeatur impotens, & imbecillè, quod à Galeno oligophoron dicitur; & ſi poſſent bibere aquam, bonum eſſet. Fercula ſint ex illis, quæ ſine obſtructione refrigerant. ſpinachia, lactucæ, piſces petroſi, fercula ex hordeo, ex zea. Acetaria ex cicorio, ex cicerbita. Feniculi radix coquatur cum his. Aſparagi lacuſtres dulces boni, montani amari inimici: acetum bonum, & omnia non calefacientia, dūmodo uentriculum non offendant, bona ſunt.

Ad ſecūdā.
Vinum.
Fercula:
Acetaria.
Leon. uult cicerbitā eſſe ſonchon Dioſ.

De Motu, & quiete ſomno, animi paſſ. excrementis. Cap. XXIX.

IN inſtituenda recta ratione rerum, quæ quidem non naturales ſunt, quæ ue impedimento eſſe poſſunt medicamentis adhibendis cum explicauerimus ordinem in uictus ratione ſcilicet cibo, & potu, & aere eligendo, relinquitur ut de motu, & quiete loquamur. Quies ſemper noxia eſt, niſi excrucientur partes & doleant artus. ſemper motus oportunus eſt. Cum autem duplex ſit motus, alter, qui ſatis eſt ad excitandum calorem uiſcerum, alter uiolentus, qui fit, aut luſu pilæ, aut ſaltu, aut iaculatione: ſi fieri poſſit, ut ſumentes lignum Guaiacum obambulent per talamum, præſtantiſſimum erit, dummodò conſiſtere poſſint: Motus uiolentus erit contrarius, quoniam ualdè reſoluit calorem innatum. Somnus longus, quamuis faciat ad concoctionem excrementorum, tamen malus eſt; quia replet capud, & laxat omnes artus: & licet poſt aſſumptum ſyrupum matutinum, & ueſpertinum concedamus ſomnum, tamen exceptis illis temporibus uigiliæ oportunæ ſunt, quoniam ſiccant, & feruorem extingunt. Sed animi paſſiones, & immutationes notandæ. Qui læti ſunt, qui derident morbum (licet cadat his barba, & capilli) quibus nunquam animus affligitur, hi duplo citius ſanantur; quia uiget tunc calor naturalis: contrà mœrores, moleſtiæ, timores excruciant homines, & impediunt medicinarum actiones. Vnde quùm furioſos, deſperatos uideo ægros ſemper malum profero in-

Quies & motus.
Locus emēdatus.
Somnus.
Animi paſſio.

ſero iudicium de his; quia producitur longo tempore morbus. At conceſſus amicorum, concentus, ſonus, animiq; tranquillitas faciunt multùm pro ſanitate recuperanda. Habenda quoque excrementorum ratio, ne uapor efferatur ad capud; ideò cliſteribus, aut glandibus lenimus aluum. De excrementis ſeminalibus not, quòd quidam ſunt, qui niſi coiuerint nunquàm ſanantur, tamen rari hi ſunt. Et ideò omnibus mandate, ut caueant à uenere; quia omnia proritantur: & ſi poſſem meminiſſe, exemplorum, numerus eſſet infinitus eorum, qui curati à morbo Gallico poſt quindecim dies coeuntes, exacerbato morbo cruciati ſunt. Excremēta. Semen.

,, *[Huius effectus cauſam modò hilares adeamus, ſi uerus eſt, quoniam fortaſſe dubitamus; ſunt qui niſi coiuerint, non liberantur, & ſunt ſalaces, robuſtiſſimi iuuenes, atque optimè refecti poſt potum decocti. An quia uenenum quaſi eſt ſemen retentum, & lætos iuuenes reddit coitus moderatus? hilaritas autem neceſſariò requiritur his, qui citam, & tutam quærunt ſanationem, & natura liberata ab eo, quod eam grauabat, fortior reddita, reliquias morbi fugat? an quia dictum eſt exercitationem principiatum propellere morbum; quia auget calorem naturalem, & hinc coitus (ſi moderatus ſit) idem facit, & propterea unitus ſuſcitatus, affectus reliquias expellit. At ſæpius proritatur morbus, ſi liberatus a Gallico quamprimùm adit ſcortum; quoniam Natura continuatis medicamentis, Ieiunijs longis, potu aquæ, ciboq; tenuiſſimo labefactata, coitu duplo imbecillior reddita, non poteſt quod reliquum eſt morbi, propellere, Natura enim ſanat, non medicus, nec medicamenta. & eò magis, ſi coitu utantur immoderato; ſpiritus enim, & calor innatus ſupra modum reſoluitur, humidumq; radicale, quo natiuus alitur calor exiccatur. Dubito autem an uerum ſit, ſanatos à morbo Gallico poſt 25. dies redeuntes ad coitum exacerbato morbo infeſtatos eſſe. Coitus enim ſolus per ſe, (ſi homo liberatus eſt ex toto) non poteſt luem illam introducere. quare enim introduceret? an quia homo imbecillus eſt, emaciatus, cruciatus? at multi morbi imbecilliorem reddunt, emaciant magis, cruciant grauius nec in eundem ſemper regreditur morbum, poſt quorum ſanationem (ſi coeat) non inficitur Gallico. ſed dices corpora hæc ſunt neutra regreſſus. ideò facilius poſſunt in eundem morbum redire ob inordinatum coitum, uel alias ob cauſas, antequàm ex toto, & ſincerè conualeſcant. Dico quòd in morbis, qui contagio tantùm diſſeminantur, ſicut eſt Gallicus, non accidit hoc; cum enim uir liberatur ab his ex toto non timet ampliùs eorum reditum, ſed alterius morbi aduentum, ut ſi quis poſt guaiaci decoctum aſſumptum (ut in omnibus ferè euenit) inordinato uictu utatur, fient inconcoctiones, obſtructiones, & alia parientia morbos, ut febres, ulcera, tumores præter naturam, & id genus ſimilia. ſi coiuerit ſequetur uirium ingens labefa-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

„ ſtatio, quæ lædens actiones morbus erit, uentriculi imbecillitas, atque ſpirituum diſsipatio, non morbi Gallici reuerſio: nam ſi quis poſt epotum uenenum Theriaca, aut antidoto aliquo liberatus, inordinata utetur uictus ratione, immoderatè coiuerit non iterum uenenata illa qualitas introducetur; hæc enim ſemel ablata iterum redire non poteſt abſque noua aſſumptione ueneni: ſed ſi ex illis lædentur operationes alios ſequi morbos, neceſſe eſt. Hæc uolui dixiſſe, non ut uerum uero addam, ſed, ut per tranſcenam occurrentia tranſcribendo, ſilentio non præteream] de illis taceo, qui dum curantur coeunt, quoniam duplatur morbus.

De Euacuatione materiæ. Cap. XXX.

HIs ita conſtitutis deueniemus ad primum ſcopum propoſitum, qui erat, ut euacuaremus materiam præſentem: habemus morbū in ſubſtantia, cum quo feruor adiungitur; ex quo intemperies calida oritur, & excrementoſa; ideò euacuemus primò humores. & ita not. quòd omnis tractatio morbi Gallici, debet ab hac auſpicari. & Empirici etiam id faciunt. Humores autem præſentes cum peccent uel in qualitate, uel in quantitate, uel in utroque. diligenter ergo obſeruandum. Nam ſi peccant in quantitate ſecabimus uenam tantùm; ſed rarum eſt, ut non peccent etiam qualitate. Cùm igitur euacuādū corpus primò ſecamus uenam, lenitione tamē alui præcedente, uel per caſsiam, uel per ſerū uel per ſyr. roſ. ſol. ſecamus autem uenam, ut primò temperemus ebullitionem in hepate, ſecundò ut imminuamus materiam alterandam medicamentis, & euacuandam: Tertiò cum morbus ſit per contagium, & inficiat hepar, ad quod fit concurſus humorum, fiet reuulſio à partibus intrinſecis ad extrinſecas. Dimitto magnitudinem morbi. Hæc tria ſunt, quæ indicant nobis ſectionem uenæ: & ſecanda eſt uena in cubito dextro propter rectitudinem uiſceris. Sed not. quòd ſæpè non poſſumus uti tali euacuatione; quoniam in principio morbi, ut plurimùm, ſolēt adeſſe bubones, qui cum ſint facti propter fluxionem ex hepate expellente ad ſua emunctoria, ideò ſecando uenam diuertimus materiam à bubonibus ad uiſcera, & ſic ſtatutum eſt ab omnibus, quòd non ſecetur, ne recurrat iterum materia per hepar, ideò ſunt Medici, qui nunquàm auderent ſecare uenam præſente bubone, cum uiderint ſectam uenam fuiſſe cauſam deliteſcendi bubones, ex quo incrementum ſecutum eſt morbi, & exacerbatio. Ego ſemper fui iſtius ſententiæ, quòd mediocria probabiliora ſunt ualidis, & intenſis. Quòd non debeamus unquam ſecare non dixerim, quoniam ego uidi effectus mirabiles ex ſectione uenæ præſente bubone. quia ſtatim bubones rebelles non potentes uenire ad capud cæperunt ſuppurari. Præterea parui incrementum accepēre, & concoctio-

Sectio uenę.

An ſecanda uena ſi adſunt bubones.

Opin. aliorum.

Opin. propria.

nem tuberculi, & abſceſſus. aliquandò uiſi ſunt delituiſſe. Cum hæc ego ui deam, ideò aliquandò ſeco uenam, aliquandò non. Videatis bubonem ſi adhuc fluxio ſit, nè ſecetis uenam, quoniam dum natura eſt in motu, & ten tat uacuationem per loca conuenientia, debemus auxiliari, non impedire: Cum ergo natura per emulgentia tentet uacuationem, ideò ne eius opera retardemus, non ſecanda eſt uena. ſed ſi ceſſauit fluxio, uenite audacter ad ſectionem, & nõ dubitate; quoniam ego infinita habeo experimenta in hac materia; Imò expectate celeriorem maturationem, & noua fiet fluxio. Qua ratione? quia cum per ſectionem uenæ exoneremus hepar à materia in maſſa exiſtente, ſecundò cum demus impetum in materia; tertiò cum fer uor ceſſare incipiat, tunc uires creſcunt hepatis, & facit maiorem expulſionem: concoquuntur etiam bubones facillimè; quoniam concoctio illa, neceſſarium eſt, ut fiat ratione caloris alterantis, & immutantis; ſed cum in bubonibus materia fluens ſit frigida, ſolet hærere partibus, ut ſiri; ſiri au tem difficilè putreſcunt; ſi ſecamus uenam retrahitur aliqua ex parte ma teria craſſa, ita quòd pars tenuis ſanguinis calida concurrit ad locum, & calefacit materiam frigidam, & uapores gignit, uapores ſuffocati putredinem pariunt, & ſic tubercula per ſectionem uenæ memini eſſe maturata; Ego quando primus uolui facere hanc ſectionem fui diſcors cum Excellentiſſimo huius Gymnaſij doctore. Clàm curaui ſecandam, & ſtatim ſecuta eſt maturatio. Sed quandò cognoſcemus fluxionem non addeſſe? Ex colore, dolore, & incremento bubonis. Tribus diebus obſeruemus bubonem, & mandemus, ut obambulent uel in talamo, uel extra domum: ſi à prima die ad tertiam nihil creuerit bubo, fluxio non adeſt: quia ſi adeſſet, fieret incrementum; fluxio enim eſt ad partem imbecillem ſubſtantia, Natura, conſuetudine: ſubſtantia rara eſt, ſunt ſiquidem glandulæ aptæ ad receptionem. Natura, frigida: Conſuetudo, quoniam ſolet accipere. ergo non adeſt fluxio. Secundò obſeruate dolorem: ſi interea dum quieſcit æger, adeſt dolor non dubitandum eſt, quòd aliquid fluat adhuc: Idem de colore. ſi erit ſemper ruber tribus diebus ibi eſt calor multus faciens ad actionẽ, & tunc non ſecemus uenam, niſi tanta ſit fluxio, ita magnus tumor fiat, ut timeamus ſucceſſuram aliquam corruptionem: hoc autem rarum eſt. ego in toto temporis curriculo uix ſemel, aut bis habui occaſionem iſtam: cum non adeſt fluxio ſecate baſilicam dextri lateris audacter.

[Margin: 1. Aph. 21.]

[Margin: Signa indicantia adeſſe fluxionẽ in bubone.]

calefactio euaporatio eius, & cũ habeat analogiam ad ſpiritus naturales, ſtatim per eos communicatur ſanies hepati: Si mulier habet pudendum infectum tunc communicatur ſanies; & ideo quidam ſtatim abluentes ſe, ab iſta calamitate liberantur, & eo magis ſi urina, uel aliquo alio abſtergente ſe mundent: ſed ſi detineatur acris ſanies ſolet præputium ulcerare, ſiue glandem, & inficere demum ſpiritus. Hinc eſt quòd tres coeunt cum Gallica, unus inficitur, reliqui uerò immunes à tanta lue liberantur. Domini ratio eſt, quia non omnibus æqualiter communicatur: ſecundò quia aliqui habent corpus priapi denſius, atque ſolidius, aliqui rarius, & mollius: tertiò quia aliquot ſunt mundiores in actu uenereo, & faciliùs, & commodiùs ſe expurgant. ſed ſciatis quòd potiſſima cauſa eſt illa communicatio, quoniam alicui plurimùm, alicui minimùm communicatur, & hoc euenit ex uoluptate fœminæ: ſi quis pulchrior eſt, & magis excitet uoluptatem mulieri, molliciesq; addatur, ille certe inficitur; alij uerò aliquando ſic, aliquando non. Hic eſt modus generationis huius affectus, modò ad cauſarum inueſtigationem properemus.

Cur ex multis coeuntibus aliqui inficiuntur, alii qui non.

De cauſis. Cap. XXII.

Cauſæ.

QVa ex cauſa oriatur Gallicus iam dicendum eſt, cum ſit certum non eſſe morbum, qui ortum ducat à cauſis communibus, ab aere, aqua, & ſole, cum non ſit epidemialis affectus: præterea cum non oriatur ex interna humorum colluuie à rebus non naturalibus facta; Verùm omnis occaſio in contagium refertur, & primùm ſunt cauſæ externæ. ſecundò internæ. inter externa eſt contactus per communicationem ſubſtantiæ, communicatio fit communicata ſanie, uel fuliginoſis uaporibus ex infecto corpore ortis, ſed non una eſt ratio extrinſeca, qua huiuſmodi ſubſtantia communicari poſſit, neque omnis pars eſt apta ad recipiendam communicationem. Partes aptæ primùm ſunt pudenda, quæ requirunt hæc duo; primùm, ut molles ſint, deinde ut per attritionem incaleſcant, & rarefiant; Hinc eſt quòd qui non admodum duri ſunt in coitu, hoc eſt qui non tardè emittunt ſemen, difficiliùs inficiuntur; qui uerò tardè illud iaculantur, faciliùs, quia incaleſcunt magis, rarefiunt partes, & præbetur aditus morbo. Præterea oportet ut pudenda ſint admodùm mollia, nam dura, & calloſa non ita facilè admittunt uaporem caliginoſum: Hinc ego inter mille homines non credo quòd uiderim duos, qui habeant detectam glandem, & præputium decurtatum, infectos Gallico. ratio eſt quoniam detectæ glandis durius corium redditur, atq; calloſius. At illos, qui oblongum habent præputium, glandemq; obductã, faciliùs infectos uidi: quia glans, & interna pars præputij mollior eſt. Præter pudendas partes additur etiam os ob molli-

Qui citius eiaculantur ſemen inficiuntur cum difficultate.
Qui detectã habent glandem difficilius inficiuntur.

tiem ipſius, & raritatem ſubſtantiæ, quæ facilè admittit ſaniem; unde oſculis, & linguæ, & ſaliuæ communicatione lues alteri infigitur. Præterea tota cutis quoties eſt rarefacta uel receperit ſcabiem Gallicam, ſi quis cum ipſo ſcabioſo dormiet, ſcabiei pruritum ſentiet, atque luis Gallicæ morſum. Hinc coitus inter extrinſecas cauſas connumeratur, ſicut exoſculatio, contactus, & fricatio. Verùm adduntur & uſus ueſtium: nam ſi quis Gallici caligas induatur Gallico inficitur; Hocq; maximè erat temporibus noſtrorum parentum, & iam agitur 20. annus, quando non ita liberè accedebāt ad Hebræos ad emenda ueſtimenta, ſed nunc non ita facilis eſt occaſio indumentorum. ſi quis uteretur caligis ſanie imbutis inficeretur certè, ſed non ita facilè: ſcio autem ego eos, qui curati ſunt à Gallico, atque eiſdem uſi ſunt calciamentis, iterum in luem incidiſſe. De ablutis non eſt timendum. Iſta ſunt cauſæ extrinſecæ, inter quas addatur mammillarum ſuctio. Primis temporibus credebant ex uſu uitrorum, atq; poculorum poſſe naſci affectionem iſtam. & ego locutus ſum cum ſene, qui habebat domi duos laborantes, habentes partes poſteriores ulceratas, & aſſerebat ſe infectum ob uſum eiuſdem latrinæ. Videte quanta morbi iſtius erat rabies; Hodie non eſt timendum de hoc. Inter cauſas internas connumeratur primùm uis imbecilla ſpirituum naturalium, nam non omnis communicatio ſubſtantiæ inficit. exempli gratia eſt hic laborans peſtilenti morbo, omnibus nobis cōmunicatur eadem fuligo, & tamen hic inficietur peſte, ille uerò non: huius cauſa intrinſeca eſt, non extrinſeca, quia eundem attrahimus aerem, et eſt, quia cordis ſpiritus iſtius imbecillus eſt, illius uerò robuſtus. Ita in morbo Gallico ſunt decem coeuntes cum Gallica, quorum ſex non inficiuntur, quoniam hepar habent robuſtum, & ſpiritus potentes, non facilè aptos pati, ſed paratos hoſti reſiſtere. Addatis dilatationem uaſorum, nam niſi uenæ, pori, & meatus dilatentur, nulla fiet communicatio, ut poßit fieri trāſitus uaporibus, & ſaniei. Hinc eſt quòd, qui habent penem ſolidum, & durum, non ita facilè corripiuntur. Addatis accenſionem facilem humorum. ego obſeruaui quòd qui ſunt frigidioris habitus non ita facilè corripiuntur, neque frigidiores ætate ut ſenes, quia in his non facilè humores inflammantur: ſenes coeunt fortaßè frequentius, quàm iuuenes, & licet non ita promptè, coeunt tamen. Ego obſeruaui ſenes adeuntes meretrices publicè infectas, & nunquam infectos, ego non poſſum dare aliam cauſam niſi quia humores non facilè incaleſcunt, quia habitus, & ætas non facilè incaleſcit. [poteſt etiam referri occaſio ad duriciem cutis, ad ſiccitatem, ad paucam quam cum eis habent fœminæ delectationē, ad duritiē glandis, & internæ cutis præputij eorum, quoniam cum in tot congreßibus uſi ſint ſuis lanceis qui fieri potuit, ut non obduruerint? quæ omnia in cauſa ſunt ut hoſti impetum facienti reſiſtatur.] Addatis, & ſubſtantiæ naturam, molliciem, &

Scabies.

Coitus.

Vſus ueſtiū.

Mammillarum ſuctio.

Cauſæ internæ ſpirituū imbecill.

Dilatatio uaſorum.

Accenſio facilis humorum.

Senes nō ita facile inficiūtur.

Subſtantiæ natura.

Animi affectio. *lenitatem partium. Addatis ultimò animi affectionem, nam non eſt dubium, quòd ſi quis affectione intenſa, coiuerit cum muliere, et agatur amore nimio non inficiatur. [Et hæc erit fortaſſe alia cauſa cur ſenes non inficiantur ita facilè quoniam friget Venus in eis, & amor frigidis eſt infixus medullis: curis animum implicitum habent, familiæ, filiorum, atque nepotum ſollicitudine uexantur, nõ ita ut iuuenes cogitationibus expertes non niſi præſentibus uoluptatibus intenti, totos ſe bracchijs meretricum atque earum amplexibus dedunt.] Hinc eſt cur reperiamus tot maritos infectos Gallico non inficere coniuges, & è contra. conſulatis nobiliſſimos, atque excellentiſſimos uiros in praxi exercitatos. Vnde hoc? ego credo quòd prouenit ex animi paſſione: quum Adultera cognoſcit amaſiũ feruet amore, & ideò inficitur. non amat uirum, non feruet animus, non incaleſcit cum eo, ſed frigida iacet, atque moroſa. Præterea fortaſſe morſus adeſt conſcientiæ teſtans eſſe adulteram, ideò ſine amore coit, & potius timet: ob id multi credunt habere coniuges honeſtas, & caſtas, quæ tamen lue Gallica plorant. Præterea contracta eſt conſuetudo coeundi ideò in utroque deeſt affectio animi. Ego nunquàm uidi hominem Gallicum in primis nuptijs nõ inficere uxorem, quia tunc in illis primis diebus Amor adeſt. ſed in his, quæ pepererunt, in quibus antiquata eſt conſuetudo coeundi, ceſſat hæc cauſa. Videamus iam ſigna quibus morbum iſtum cognoſcere poſſimus atque ab alijs ſecernere.*

De ſignis. Cap. XXIII.

Signa. *Cognita ea Gallici Natura, quæ ex conſequentibus affectibus cognoſci poteſt, atque patefacta cauſa, hoc eſt contagio, ſupereſt ut loquamur de ſignis, quibus cognoſcimus talem luem adeſſe corpori humano. Et quoniam ſigna, aut ſumuntur à natura affectionis, aut à cauſis morbi, aut à conſequentibus morbum, aut ab analogia, ſi nos naturam morbi capiamus nullo modo poſſumus cognoſcere; quoniam latens eſt hepar in penitioribus partibus. Præterea morbus eſt in ſubſtantia, ſubſtantia autem non patet ad ſenſum. ab ipſa cauſa poſſumus reuera coniectari aliquid, ſed non eſt certa, & neceſſaria cauſa, ut quoties quis coiuerit cum infecta, neceſſariò contagium ſentiat, miſerrima eſſet iuuentus, ſi hoc eſſet: aliquando centum adoleſcentes ſcortum infectiſſimum, atque turpiſſimum cauſa ioci cognoſcunt, & tamen uix unus inficitur. facit quidem, ſi cognoſcimus mulierem laboraſſe Gallico ad coniecturam, ſed non ad demonſtrationem, & ad certam fidem. ab analogia non expectemus ſigna. omnia quæ poſſunt demonſtrare continentur ſub effectibus, & conſequentibus morbum, qui ſunt duum generum, alia ſunt pura accidentia, & ſymptomata, alia ſunt morbi:*

A cauſis incerta ſigna. Ab analogia. A ſymptomatibus.

morbi: ſymptomata ſunt, defluuium pilorum, dolores capitis, & arctuum, leuiſsimæ infectiones cutis. Morbi ſunt ulcera ſæuiſsima, tumores inguinum, & aliarum partium, puſtulæ &c. quæ uelut umbra corpus, Gallicum conſequuntur. Verùm cum in morbis diuturnis dentur tempora, principium, incrementum, ſtatus, & declinatio: & cum morbus Gallicus diuturnus ſit, meritò diſtinguitur in ſua tempora. & ratione iſtius mutatæ ætatis fiunt ſymptomata propria morbi principiantis, quieſcentis &c. hac ratione ego diſtinguam omnia ſymptomata in duas partes, in illã quæ continet affectus conſequentes ad Gallicum principiatum, & in illam quæ continet affectus inueterati morbi. Prima continet hæc ſigna. ſtatim cum adoleſcens infectus eſt ſentit leuem laßitudinem ſpontiuam omnium membrorum ſæuum morbum pronuntiantem, cum tamen prius robuſtiſsimus, & animoſiſsimus eſſet. Percipitur grauitas in corpore toto, & præcipuè à ſomno. ſentit torporem, grauitatem, ſegnitiem in uniuerſo corpore. ratio huius eſt, quia infecti ſunt ſpiritus naturales, qui ſunt immediatum inſtrumentum facultatis ſubſtentantis corpus, & ideò grauius hoc quàm antea uidetur. Præterea adeſt dolor uagus, paruus per uniuerſas partes, poſt laßitudinem corporis nunc dolet capud, ſtatim ceſſat, aditque humerum nunc dextrum, nunc ſiniſtrum, linquit hos, reuidet crus unum, aut alterum, & ſic facit de ſingulis membris. Cauſa eſt uapor quidam, qui incipit eleuari ab hepate. nondum genitus eſt humor malus morbi, ſed ratione hepatis efferueſcentis ob communicatum morbum gignitur uapor paruus; ideo dolores ſunt uagi. Tertiò incipiente morbo, & aliquantiſper ingraueſcente, immutatur color faciei. Videbitis angelicam, uiuacem, ſplendidam faciem iuuenis mutatam in deterius ſpatio trium, aut quatuor dierum. Quæ mutatio? Falloppius ignorat. ſufficit quòd ſit mutatio; toto cœlo diſtat facies poſterior à priori, immutatur color, & ſpiritus oculorum. os, labia, genæ ſubuertuntur. & notate ſignum, quod poteſt explicari, & eſt quòd ſub oculis apparet circulus liuidus, qualis apparet in mulieribus menſtruatis. obſeruate an ebrius ſit, an uigilijs laborarit, an ſomno imbutus nimio, an curis uexarit animum, ſi hoc non eſt laborat morbo Gallico. Quartò ſolet ſuboriri calor inſignis in ueſtigijs manuum & pedum etiam in hieme. Hæc cauſa patet quoniam in facie animum cognoſcimus. ob ſpiritum uaporoſum, qui ortum ducit ab hepate, quo laborante laborat facies, hinc extrema hæc feruẽt, grauiter affecto uiſcere, hinc ille liuor. Quintò addatis ſomnolentiam ſæpe interruptam, & quaſi corporis inertiam. Ratio eſt ob turbulentum uaporem, qui ob contractum morbum, & feruorem, augetur. Addatis mæſtitiem. erit lætus iuuenis feſtiuus, hilaris, atque iocoſus, cras erit infectus Gallico ſubitò mæret; ſuccedit. Vnde hoc? niſi quia affectio exoriens adurit ſanguinem, qui ad animum uapores tur-

Leuis laſsitudo. Grauitas. Torpor. Dolor uagus. Mutatio coloris. Dolor i manibus & pedibus. Somnus interruptus. Mæror.

Febricula.
Caries.

*bulentos euehit? Solet aliquando febricula adiungi ob feruorem circa ui-
ſcera feruentia. ſed hoc rarò fit. Ottauò in loco eſt caries moderata, hocq́;
eſt ſignum Patocnomicum quaſi; quoties ergo uidetis cariem quandam
Gallicam, leuem tamen, circa pudendum, & quòd occaſio præceſſerit, dica-
tis eſſe Gallicum morbum. quæ eſt ratio? Non poteſt ſuboriri caries, niſi
duabus cauſis, aut quia ſanies pudendi fæminei ſua acredine eroſit pellicu-
lam, uel communicato contagio hepati per ſpiritus naturales; hepar propel
lit eos infectos, & contagioſam ſaniem ad pudendum. de carie quomodo co-
gnoſcitur quando eſt Gallica, & quando non eſt Gallica, dicam poſtea. No-*

Bubo.

*no in loco ſuccedunt bubones moderati. coiuit adoleſcens cum fæmina, ſu-
peruenit torpor, mæſtitia, & poſt duos dies apparet bubo paruus, non dolo
roſus, non ualidè creſcens; ſignificatur, quòd morbus lenis eſt, & incipiens.
Sed cauſa iſtius eſt, quoniam inguina ſunt partes emulgentes hepar, & ideò
excrementa hepatis mala excernunt; hepate igitur infecto inſurgens uis
eius ad repellendum ſimul, & ſemel excremẽtum caſu in uiſcere repertum*

Gonorrhæa

*excernit, & ita fit bubo. Vltimum ſignum eſt Gonorrhæa Gallica ſignum
incipientis morbi, quæ nobis indicat iſtius Protei Naturam. Primis illis
diebus per ſpatium 40. annorum, non erat defluuium pilorum; agitur iam*

Pilorũ de-
fluuium.

*30. annus, quo hoc defluuium incæpit, non ſunt 25. anni, quibus obſeruata
eſt Gonorrhœa Gallica. Ex quo colligimus uariam eſſe naturam morbi, &
poſſumus expectare noua ſymptomata; Vtinam leuia ſint. quomodo autem
hæc cognoſcenda Gonorrhœa poſtea docebo, ne hic aggregem omnia. Cauſa
autem eius eſt labefactatio ſpirituum, qui regunt facultates teſtium, &
ita diſsipatur robur illarum partium, & ſic non poſſunt continere ſemen,*

Signa confir
mati morbi,
& primum
ſunt puſtulæ

*ſed continuò ſtillat. At iam progreſsi, & confirmati morbi ſigna inueſti-
gemus. Primùm ſunt puſtulæ in uniuerſo corpore duræ, & graues in capi-
te, & barba. aliquando cum cruſta, aliquando non; aliquando cum ſanie,
aliquando non. & ſciatis non poſſe eſſe morbum niſi ſex, aut ad minus qua-
tuor menſium, quando huiuſmodi ſymptoma pullulat. Qui incipit hieme
producet cruſtas principio æſtatis, qui uere, autumno, &c. Suboriuntur
autem puſtulæ; quoniam materia infecta tranſmittitur ab hepate; ſecundò
quoniã pars laborans puſtulis non benè concoquit ſua excrementa, & ideò*

Vlcuſcula i
pudendis.

*congerit ea. Secundò ſuboriuntur ulcuſcula in pudendis calloſa, uel fiunt
calloſa, quæ incæperant. Quoties uidetis ſanatam cariem, & ꝙ remanent
calli circa cicatricem, tenete eſſe confirmatum Gallicum, ideo moneo uos, ut
hoc recordemini in curationibus; quoniam calli illi ſunt manifeſtiſsima, &*

Vueæ molli
lificatio &
raucedo uo
cis.

*demonſtrantia ſigna morbi confirmati. Tertiò in loco eſt uueæ mollifica-
tio. in faucibus gurgulio dependet, quem uueam uocamus, quæ ſi humida
fiat pendet, & humectat fauces: Vnde fit raucedo uocis: aperite os, quum
auditis uoces iſtas raucas, & uidebitis uueam humectatam. & non eſt ca*

tarrbus diſtillans.dicite eſſe Gallicum confirmatum. [cauſa huius humectationis eſt ſpiritus naturalis labefactatus, qui unà cum ſanguine infectus mediantibus uenis ambitum totius corporis circuit, & ideò imbecilles eius functiones ſubminiſtrat. in uentriculo prauè concoquit, ideò pituitam, in cerebro mucum, in uenis ſanguinem pituitoſum generat, quæ ſi adurantur proceſſu morbi acria fiunt, & ideò ratione huius humidæ humorum lacunæ non eſt mirum ſi uuea humectatur, ſi ratione acredinis ſanguinis ſcabies cutim infeſtat: ſi radices pilorum erodens eorundem defluuij cauſa exiſtit, palatum ulcerat, os, atque naſum, cum galea cerebri conterit, atque fons eſt, & principium multorum aliorum ſymptomatum. raucedinis autẽ uocis cauſa eſt humiditas atque excrementa canales impedientia.] Quartò addite tumores glandularum in faucibus, quùm hoc eſt non dubitate de infectione Gallica iam confirmata: quoniam communicatur materia infecta capiti, quæ excernitur ab emunctorijs. Addite corruptionem palati, & dentium. quùm hæc adſunt non poſſunt reperiri gradus morbi intenſiores. Adduntur ſexto in loco dolores firmi, & clamoſi, (ut iſti dicunt;) 22. hora incipit dolor, non peruenit ad mediam noctem, & clamor percutit auras. Nam dolores iſti fiunt à uapore quoddam noxio. & maligno, qui attollitur ab hepate, & ab excremento ingeſto per malam nutritionem in particula qualibet, & præcipuè circa perihoſtia cuiuslibet partis. Præterea addatis corruptionem oſſium capitis, & bracchiorum antequàm appareat aliquod ulcus. Quomodo autem cognoſcitur os corruptum integro corio remanente dicam poſtea. Addatis 8. tumores ateromaticos, (quæ gumbata uocantur aſſumpta ſimilitudine ab arboribus quoniam in morbo Gallico creſcunt tubercula emulantia gummas arborum) fiunt autem aut quia pars ipſa non benè nutritur, & coaceruat excrementum, uel quia hepar communicat materiam infectam. Addatis. 9. in loco ulcera maligna uniuerſum corpus obſidentia, quæ exulcerant totum corium, caput, & uniuerſas partes ob copiam materiæ peccantis. Sed commune illud ſymptoma, defluuium pilorum ſæpius etiam infeſtat. Iam eſt tranſactus 40. annus, quo non radimur ob uituperium noſtrum, antea non erat defluuium pilorum, & non radebamur. Hiſpani induxere Tirannidem in Italiã, Gallicum, & barbæ longæ uſum. Caſus autem pilorum cauſa eſt materia ſalſa, & erodens. SED pulcherrima inſurgit quæſtio, animaduerſione non indigna; quare eſt, quòd pili capitis, & barbæ tantùm concidunt, & non ex alijs partibus uniuerſi corporis. ſed locus hic non requirit iſta. Addamus cruſtas quaſdam, uel callos, rhagades dictos, uel impetigines, & præcipuè in uola manuum, & planta pedum. Hæc ſunt doloroſa ualdè, adſunt enim rimæ quædam, & ulcera ſerpentia, & horum cauſa eſt materia peſſima pituitoſa ualdè exuſta, quæ cõfirmata lue ualida in hepate, oritur.

Tumores glandularũ infaucibus.

Corruptio palati, & dẽtium.

Dolores.

Corruptio oſsium cap. & brachiorum.

Gummata.

Vlcera maligna p totũ.

Defluuium pilorum.

Imo Rex Philipp. atque Pater Carolus uerum conati ſunt ĩtroducere Monarchiã quę primas tenet in trib. ſpẽbus gubernationum unde Ariſ. 12. me. pluralitas entium mala. unus ergo princeps. Not.

Accedit penultimò id, quod præ cæteris me ſummopere grauat, & eſt tinnitus aurium: Vltra 10 annos nunquàm audiui ab aliquo mentionem factam de hoc tinnitu: ego primus obſeruaui, iam 8 agitur annus; rari ſunt, qui huiuſmodi tinnitum non habeant in ualdè confirmato Gallico. obſeruetis diligentiſſimè hoc, cum ſcriptum non reperiatis ab alijs: hic tinnitus ſolet ob alia ſuboriri, ſed etiam fit ex Gallico. [Sed hic obſeruans effectum ſatur cauſam ſpreuit, uel fortaſſe tanquàm ex dictis hauriendam; Nos ad eam properemus. cum conſtet ab hepate uapores noxios ad capud attolli, cumq; continuò, & continuò ſubminiſtrentur, uis capitis expellens tentat per omnes debitas propellere uias, deducit ad cutim, ut ratione pororum exhalent, hinc cadunt pili ob eroſionem; demittit ad os, & ideò palatum corrumpunt, atque dentes; per nares fugat, & ideò eas ulcerant; ultimò conatu per aures tentat detrudere, cumq; flatus, uapor hic infectus ſit, atque craſſus uiolentia eiectus ſonitum facit] Vltimò ſuccedit aliquando quædam affectio, ueluti aſtma, quæ ſuperueniens indicat morbum incurabilem, non crucietis ægrum aſtmaticum, quia non ſanabitis. De his omnibus ſymptomatibus ego poſtea lenitionem, atque curationem tradam; & licet difficillima ſint, tamen polliceor me inueniſſe medicamenta, quæ certò, citò, & tutò (quantùm fieri poteſt) curant.

Aſtma.

De curatione morbi, & primùm de exercitatione. Cap. XXIIII.

Curatio.

INter cap. propoſita in hoc tractãdo negotio quartum curationem morbi continet poſt cognitam affectus naturam, cauſas, atque ſigna; quæ curatio multiplex eſt, & uaria, hac præcipuè ratione; quoniam nõ habet uim collocatam in Methodo ipſa, ſemper fuit empirica, quia caſus, & experientia ſimul iuncta remedia ſubminiſtrarunt: et quoniam caſu inuenta ſunt remedia uaria, ideò uariæ ſunt rationes curandi morbi. prima ratio eſt illa, leuis tamen, quæ eſt maxima corporis agitatio, & exercitatio: & hæc ualet in Iuuenibus robuſtiſſimis, qui ſolo ſudore facta ſimplici corporis expurgatione, ſanati ſunt, aut lucta, aut Iaculo, aut ſaltu, aut luſu pilæ: tantus calor creſcit, tanta diſcuſſio fit excrementorum, renouantur ſpiritus, & fiunt puriores apti ad ſuperandam labem. & hoc non eſt mirum, ſi aliquando uiſcus per ſeſe ipſum ſanat, lue nõdum radices iactas habente. Vnde febris putrida ceſſare ſolet abſque medicamento, quia nondum hæret partibus ſolidioribus. in febre ethica ſanantur corpora per medicinam, quia humectamus, & frigefacimus partes, Ita in Gallico, quando incipit & nondum hæſit in intimis particulis, fieri poteſt ut per ſe reſtituatur ſpiritus, affectio & enim illa ſpiritualis eſt. Ad rem igitur reuertamur: ſo-

Exercitatio.

lent aliqui excitato uehementiſſimo ſudore ſanari. ſed hoc tantùm fit in primo principio morbi in robuſtiſſimis corporibus, & etiam in plurimis robuſtis non ualet. ſuccedit modò ſuffumigium.

Proponitur ſuffumigium. Cap. XXV.

Alia eſt ratio empiricorum per ſuffumigia; Inuentum eſt antiquorum, ut ſuffitibus ſanemus uarios affectus. Empirici tentarunt omnia, & tandem inuenêre ſuffitum ex cinnabari præſtantiſſimum, ſæpiſſimè tamen nocet, ſed inter genera curationis connumeratur, & non dubitate, quòd ſanatur aliquando. tamen duplex eſt ſuffumigiorum ſpecies, altera benigna, altera grauis. de quibus ſuo loco. Suffumigiũ.

Proponitur Hydrargyrum. Cap. XXVI.

Tertia ratio pulcherrima eſt per Hydrargyrum purum, quod abſorptum ſuperat morbum deferens excrementa ad palatum, hoc facit mihi admirationem. Tria ſunt quæ ualdè turbant mentem meam, primum magnes, ſecundum medicamentum expurgans, tertium Hydrargyron. in quo obſeruo miracula naturæ. Hydrargyro hoc parantur unguenta quæ internodijs applicata ſanant, & de hoc ſuo loco dicemus. Hæc ratio empirica eſt, quia multa ſolent incommoda ſubſequi, ſi caſu ex toto non ſanet, quoniam nunquàm inunctus uir uir remanet; affectus proritatur, & pejor redditur. Hydrargyrum.

Proponitur præcipitatum. Cap. XXVII.

Quarta ratio eſt cum Hydrargyro præcipitato, in quo miraculum apparet, uos uidetis argentum uiuum conuerti in præcipitatum, in puluerem, tamen iterum poteſt in Hydrargyrum reduci: uidetur ſpecies reſurrectionis, miraculum Deo reſeruatum. hoc exemplo apud incredulos poſſumus confirmare, ut uerbo Dei ex noſtro cinere reſurgamus. plures ergo uſus iſtius præcipitati incolumes fecit. ſed hæc ratio plurima habet coniuncta incommoda. de quibus poſtea. ego docebo hæc non quòd ſemper utamini, ſed contra obſtinatos, & ut incommoda ſequentia cognoſcatis. Præcipitatũ.

De curatione per Methodum, & primò de uictus ratione. Cap.. XXVIII.

Methodus.

ALij tentant Methodo rem hanc aggredi: (quamuis ab empirica principium ſit, ſubminiſtrata à caſu, & experientia) iſta eſt uera, & regia curatio, de qua primò tractare tentemus. Proponatur Iuuenis laborans morbo Gallico, & morbus adhuc creſcat, proponuntur tres indicationes tres ſcopos conſtituentes. Nam diximus morbum eſſe affectum in tota ſubſtantia hepatis, cui ſuccedit ebullitio ſpirituum, ad quam intemperies calida, & ſicca adueniat, quæ non eſt natura morbi: ſanatur morbus, & tamen relinquitur caliditas, & ſiccitas. Tertiò diximus, quòd ſtante ægritudine ſuccedit generatio excrementorũ in omnibus partibus. Hoc conſtituto prima indicatio reſpicit excrementa; ſecunda feruorem illum: tertia naturam morbi: opus ergo eſt ut nos totam affectionem auellamus, contemperemus intemperiem, & euacuemus excrementũ. ſed quoniam excrementorum copia ſolet eſſe impedimento curationi, ex ſecundo & tertio Meth. habet rationem cauſæ, ſine qua non, ideo ſine eorum euacuatione curationem aggredi non tentemus. ſecundò cum habeamus intemperiem calidam, & ſiccã, ideò eam auferamus, poſtea quàm excremẽta excreta ſunt. nondum autem factam ne fiat prohibeamus. iſta autem ratio erit methodica pænitus, empirica tantùm in curatione luis. Hoc autem fieri non poteſt niſi ita muniamus corpora, ut nihil officere poßit, & primò caſtigemus res non naturales, quæ profint curationi, nõ obſint: & ideò moneo uos, ut in principio ſtatim habeatis rerum non naturalium curam, quia morbus longus eſt, & ualidus, ideò oportet optima diligentia uti: inter quas primum locum habet aer, in quo non uidetur aliquid notandum, quoniã experientia docet, ut Gallico laborantes non prohibeantur ab hoc, uel illo aere, tamen aer attrahitur continuò à nobis: ideò poteſt uariare affectum. & hoc notaui ego experientia ductus, aer marinus (dummodò ſit in loco ſalubri) eſt præſtantißimus omnium in morbo Gallico. Crebra eſt mercatura Gallici Venetijs, ſed aer ſaluberrimus eſt, ſecus oporteret relinquere locum inhabitatum, & aliunde nouos colonos expiſcari: raro uidi adoleſcentem eũtem illuc cognoſcentem mulierem, qui nõ redeat infectus, ſed aer marinus prohibet, ut non corrumpantur homines pænitus. Romæ ſunt meretrices, ſed non adeò uiget morbus hic. At Bononiæ aer peßimus eſt quia frigidus, & acutus, ſtatim morbus ibi petit capud, atque palatum inficit, idem Florentiæ accidit; licet ibi per aliam uiam reuertentibus ſcorta ſint infeſtißima. Patauinus aer mediocris, et ſalubris eſt, morbus enim non niſi hepar petit: ideò poſſum monere uos, ut, ſi amicus inficiatur Gal-

Res non naturales.

Aer.

Patauinus.

lico, & fuerit in aere frigidiori, & tenuiori, moneatis, ut eat ad craſsiorē, & calidiorem, ſaluberrimum tamen: Ratio etiam ciborum habenda; ſed præcipuè detur, qui reſiſtat putredini, & impediat feruorem. Fugite fructus præter modum: quia faciunt ſanguinem frigidum quidem, ſed aptum ad ebullitionem, ueluti muſtum ſanguinis, quoniam aquoſus eſt. Carnes humidas fugiant. peſsimæ ſunt agninæ. ſuillæ carnes humidæ ſunt, ſed non adeò, ut piſces, & agninæ, ſed tamen ita proritant morbum, ut mirum ſit: non dico ſalitas carnes, ſed recentes; quoniam adminiſtratur hepati humor fouens morbum. fugiendi piſces in lacunis nati. Veruecinæ, & uitulinæ, hædinæ etiam bonæ ſunt. addo auiculas. Arietinæ, caprinæ, & bouinæ, peſsimæ; & in ſumma tàm carnes, quàm piſces ſaliti à menſa Gallicorum profliganda. Inter illa, quæ comeduntur, ſi quod noxium eſt; tria ſunt, quæ principem locum obtinent. Cæpe communes, cæpe aſcalonitides, quas ſcalognas uulgò appellamus, & allia. Nihil magis proritat, præter coitum, his tribus. Radices Rauani addite; ſed nō adeo crudeles ſunt: creſcit lichenes, tinnitus aurium, uidetur ardere hepar, itaque facite, ut fugiant iſthæc ueſtri ægri. Vſus aromatum bonus eſt, & malus. eſt bonus ueluti Garyophyllum, Nux moſcata, cardamomum, cinnamomum, & ſimilia habentia uim roborandi uiſcera, quia abſumunt excrementa. Verùm quia aliquandò fit nimia ebullitio in hepate, ideò non nimis laudo. ſed ſi uentriculus laboret date parùm piperis non in puluerem contracti, ſed tamen craſſo modo confracti: ſi autem adſint ulcera circa ſedem, abſtinebitis ab omnibus aromatibus, & pipere. Præterea panis ſit optimus. ſed unum uidetur conſiderandum, an biſcottum Panem exhibere debeamus nec ne? aliqui dāt in principio; aliqui in exhibitione decocti, aliqui nolunt, ut aliquo modo dentur panes iſti; & dicunt primùm, quòd non conficitur talis panis; eſt duræ concoctionis, ſi fugimus carnes bouinas ob difficilem concoctionem, ergo & hunc. Præterea ſiccat humorem naturalem, & abſumit, inutilis ergo eſt hic panis. Tamen ego alterius ſum, & fortaſſe melioris ſententiæ, non quòd panem biſcottum neceſſariò demus in principio; mihi probaretur, ſi etiam daretur, quia non uideo ſequi aliquod incommodum. Quòd difficiliùs conficiatur, uerum eſt, ſed ſi benè fricetur dentibus, facillimè poteſt concoqui. accipite panem biſcottum, & ponatis in humido, uidete an humidum abſorbeat; qui potibus oblectantur ſolent facere offam optimam, mollem, & teneram, ut facillimè abſorbeatur cum pane biſcotto, quia meliùs, & citiùs emollitur. Dico tamen, quòd non debemus durum præbere biſcottum ſine alio; ſed ſi poſtea bibatur faciliùs digeritur, quoniam per duplicem coctionem uiſcidum abſumitur, quod eſt in triticea farina. Hinc Ariſtot. quærit in problematibus cur piſces pingues, & carnes ſemper aſcendunt per fauces,

Cibus. Fructus. Carnes. Piſces. Salita. Cæpe. Allia. Rauani. Radices. Aromata. Garyophyllum. Piper. Panis an biſcoctus exhibendus. Prima ratio ratio ꝙ non dandus ſit. 2. ratio. Ad primā. 21. ſect. probl. 8.

& diù ſunt in uentriculo? Reſpondet, quia adeſt tenacitas ipſa, quæ in pane iſto ſuperata eſt per duplicem coctionem, uis uidere? quia faciliùs fit maceratio: Ideò colligo ſi benè emollitus ſit panis biſcottus, quòd bene concoquitur; Ad ſecundam rationem dico uel ſumitur ut alimentum, uel ut medicamentum: ſi agit ut alimentum, humectabit corpus humiditate, quæ magis ſicca eſt, quàm illa, quæ reſultat ex humidiori pane: ſed illa humiditas præſtãtiſſima eſt, quia inde reſultãt ſpiritus, & humores minus apti ad ebullitionem, & ad fouendum morbum. ſi uerò ut medicamentum propinetur; ergo abſumet humiditatem præter naturalem, non naturalem, ſicut facit lignum Guaiacum. ſed quid de uino dicendum? uinum calidum, & robuſtum inimicum eſt Gallicis, ideò exhibeatur impotens, & imbecillè, quod à Galeno oligophoron dicitur; & ſi poſſent bibere aquam, bonum eſſet. Fercula ſint ex illis, quæ ſine obſtructione refrigerant. ſpinachia, lactucæ, piſces petroſi, fercula ex hordeo, ex zea. Acetaria ex cicorio, ex cicerbita. Feniculi radix coquatur cum his. Aſparagi lacuſtres dulces boni, montani amari inimici: acetum bonum, & omnia non calefacientia, dũmodo uentriculum non offendant, bona ſunt.

Ad ſecũdã. Vinum. Fercula: Acetaria. Leon. uult cicerbitã eſſe ſonchon Dioſ.

De Motu, & quiete ſomno, animi paſſ. excrementis. Cap. XXIX.

IN inſtituenda recta ratione rerum, quæ quidem non naturales ſunt, quæ ue impedimento eſſe poſſunt medicamentis adhibendis cum explicauerimus ordinem in uictus ratione ſcilicet cibo, & potu, & aere eligendo, relinquitur ut de motu, & quiete loquamur. Quies ſemper noxia eſt, niſi excrucientur partes & doleant artus. ſemper motus oportunus eſt. Cum autem duplex ſit motus, alter, qui ſatis eſt ad excitandum calorem uiſcerum, alter uiolentus, qui fit, aut luſu pilæ, aut ſaltu, aut iaculatione: ſi fieri poſſit, ut ſumentes lignum Guaiacum obambulent per talamum, præſtantiſſimuum erit, dummodò conſiſtere poſſint: Motus uiolentus erit contrarius, quoniam ualdè reſoluit calorem innatum. Somnus longus, quamuis faciat ad concoctionem excrementorum, tamen malus eſt; quia replet capud, & laxat omnes artus: & licet poſt aſſumptum ſyrupum matutinum, & ueſpertinum concedamus ſomnum, tamen exceptis illis temporibus uigiliæ oportunæ ſunt, quoniam ſiccant, & feruorem extingunt. Sed animi paſſiones, & immutationes notandæ. Qui læti ſunt, qui derident morbum (licet cadat his barba, & capilli) quibus nunquam animus affligitur, hi duplo citius ſanantur; quia uiget tunc calor naturalis: contrà mœrores, moleſtiæ, timores excruciant homines, & impediunt medicinarum actiones. Vnde quùm furioſos, deſperatos uideo ægros ſemper malum profero in-

Quies & motus. Locus emẽdatus. Somnus. Animi paſſio.

ſero indicium de his; quia producitur longo tempore morbus. At conceſſus amicorum, concentus, ſonus, animiq́; tranquillitas faciunt multùm pro ſanitate recuperanda. Habenda quoque excrementorum ratio, ne uapor efferatur ad capud; ideò cliſteribus, aut glandibus lenimus aluum. De excrementis ſeminalibus not, quòd quidam ſunt, qui niſi coiuerint nunquàm ſanantur, tamen rari hi ſunt. Et ideò omnibus mandate, ut caueant à uenere; quia omnia proritantur: & ſi poſſem meminiſſe, exemplorum, numerus eſſet infinitus eorum; qui curati à morbo Gallico poſt quindecim dies coeuntes, exacerbato morbo cruciati ſunt. [Huius effectus cauſam modò hilares adeamus, ſi uerus eſt, quoniam fortaſſe dubitamus; ſunt qui niſi coi uerint, non liberantur, & ſunt ſalaces, robuſtiſſimi iuuenes, atque optimè refecti poſt potum decocti. An quia uenenum quaſi eſt ſemen retentum, & lætos iuuenes reddit coitus moderatus? hilaritas autem neceſſariò requiritur his, qui citam, & tutam quærunt ſanationem, & natura liberata ab eo, quod eam grauabat, fortior reddita, reliquias morbi fugat? an quia dictum eſt exercitationem principiatum propellere morbum; quia auget calorem naturalem, & hinc coitus (ſi moderatus ſit) idem facit, & propterea unitus ſuſcitatus, affectus reliquias expellit. At ſæpius proritatur morbus, ſi liberatus a Gallico quamprimùm adit ſcortum; quoniam Natura continuatis medicamentis, Ieiunijs longis, potu aquæ, ciboq́; tenuiſſimo labefactata, coitu duplo imbecillior reddita, non poteſt quod reliquum eſt morbi, propellere, Natura enim ſanat, non medicus, nec medicamenta. & eò magis, ſi coitu utantur immoderato; ſpiritus enim, & calor innatus ſupra modum reſoluitur, humidumq́; radicale, quo natiuus alitur calor exiccatur. Dubito autem an uerum ſit, ſanatos à morbo Gallico poſt 25. dies redeuntes ad coitum exacerbato morbo infeſtatos eſſe. Coitus enim ſolus per ſe, (ſi homo liberatus eſt extoto) non poteſt luem illam introducere. quarè enim introduceret? an quia homo imbecillus eſt, emaciatus, cruciatus? at multi morbi imbecilliorem reddunt, emaciant magis, cruciant grauius nec in eundem ſemper regreditur morbum, poſt quorum ſanationem (ſi coeat) non inficitur Gallico. ſed dices corpora hæc ſunt neutra regreſſus. ideò facilius poſſunt in eundem morbum redire ob inordinatum coitum, uel alias ob cauſas, antequàm extoto, & ſincerè conualeſcant. Dico quòd in morbis, qui contagio tantùm diſſeminantur, ſicut eſt Gallicus, non accidit hoc; cum enim uir liberatur ab his ex toto non timet ampliùs eorum reditum, ſed alterius morbi aduentum, ut ſi quis poſt guaiaci decoctum aſſumptum (ut in omnibus ferè euenit) inordinato uictu utatur, fient inconcoctiones, obſtructiones, & alia parientia morbos, ut febres, ulcera, tumores præter naturam, & id genus ſimilia. ſi coiuerit ſequetur virium ingens labefa-

Excremẽta.

Semen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM. EXTRA

„ ſtatio, quæ lædens actiones morbus erit, uentriculi imbecillitas, atque ſpi-
„ rituum diſsipatio, non morbi Gallici reuerſio: nam ſi quis poſt epotum ue-
„ nenum Theriaca, aut antidoto aliquo liberatus, inordinata utetur uictus
„ ratione, immoderatè coiuerit non iterum uenenata illa qualitas introdu-
„ cetur; hæc enim ſemel ablata iterum redire non poteſt abſque noua aſſum-
„ ptione ueneni: ſed ſi ex illis lædentur operationes alios ſequi morbos, neceſ
„ ſe eſt Hæc uolui dixiſſe, non ut uerum uero addam, ſed, ut per tranſcenam
„ occurrentia tranſcribendo, ſilentio non præteream] de illis taceo, qui dum curantur coeunt, quoniam duplatur morbus.

De Euacuatione materiæ. Cap. XXX.

HIs ita conſtitutis deueniemus ad primum ſcopum propoſitum, qui erat, ut euacuaremus materiam præſentem: habemus morbũ in ſubſtantia, cum quo feruor adiungitur; ex quo intemperies calida oritur, & excrementoſa; ideò euacuemus primò humores. & ita not. quòd omnis tractatio morbi Gallici, debet ab hac auſpicari. & Empirici etiam id faciunt. Humores autem præſentes cum peccent uel in qualitate, uel in quantitate, uel in utroque. diligenter ergo obſeruandum. Nam ſi peccant in quantitate ſecabimus uenam tantùm; ſed rarum eſt, ut non peccent etiam qualitate. Cùm igitur euacuãdũ corpus primò ſecamus uenam, lenitione tamẽ alui præcedente, uel per caſsiam, uel per ſerũ uel per ſyr. roſ. ſol. ſecamus autem uenam, ut primò temperemus ebullitionem in hepate, ſecundò ut imminuamus materiam alterandam medicamentis, & euacuandam: Tertiò cum morbus ſit per contagium, & inficiat hepar, ad quod ſit concurſus humorum, fiet reuulſio à partibus intrinſecis ad extrinſecas. Dimitto magnitudinem morbi. Hæc tria ſunt, quæ indicant nobis ſectionem uenæ: & ſecanda eſt uena in cubito dextro propter rectitudinem uiſceris. Sed not. quòd ſæpè non poſſumus uti tali euacuatione; quoniam in principio morbi, ut plurimùm, ſolẽt adeſſe bubones, qui cum ſint facti propter fluxionem ex hepate expellente ad ſua emunctoria, ideò ſecando uenam diuertimus materiam à bubonibus ad uiſcera, & ſic ſtatutum eſt ab omnibus, quòd non ſecetur, ne recurrat iterum materia per hepar, ideò ſunt Medici, qui nunquàm auderent ſecare uenam præſente bubone, cum uiderint ſectam uenam fuiſſe cauſam deliteſcendi bubones, ex quo incrementum ſecutum eſt morbi, & exacerbatio. Ego ſemper fui iſtius ſententiæ, quòd mediocria probabiliora ſunt ualidis, & intenſis. Quòd non debeamus unquam ſecare non dixerim, quoniam ego uidi effectus mirabiles ex ſectione uenæ præſente bubone. quia ſtatim bubones rebelles non potentes uenire ad capud cæperunt ſuppurari. Præterea parui incrementum accepère, & concoctio-

Sectio uenç.

An ſecanda uena ſi adſunt bubones.

Opin. aliorum.

Opin. propria.

nem tuberculi,& abſceſſus. aliquandò uiſi ſunt delituiſſe. Cum hæc ego uideam, ideò aliquandò ſeco uenam, aliquandò non. Videatis bubonem ſi adhuc fluxio fit, nè ſecetis uenam, quoniam dum natura eſt in motu, & tentat uacuationem per loca conuenientia, debemus auxiliari, non impedire: 1. Aph. 21. *Cum ergo natura per emulgentia tentet uacuationem, ideò ne eius opera retardemus, non ſecanda eſt uena. ſed ſi ceſſauit fluxio, uenite audacter ad ſectionem, & nō dubitate; quoniam ego infinita habeo experimenta in hac materia; Imò expectate celeriorem maturationem, & noua fiet fluxio. Qua ratione? quia cum per ſectionem uenæ exoneremus hepar à materia in maſſa exiſtente, ſecundò cum demus impetum in materia; tertiò cum feruor ceſſare incipiat, tunc uires creſcunt hepatis, & facit maiorem expulſionem: conçoquuntur etiam bubones facillimè; quoniam concoctio illa, neceſſarium eſt, ut fiat ratione caloris alterantis, & immutantis; ſed cum in bubonibus materia fluens ſit frigida, ſolet hærere partibus, ut ſiri; ſiri autem difficilè putreſcunt; ſi ſecamus uenam retrahitur aliqua ex parte materia craſſa, ita quòd pars tenuis ſanguinis calida concurrit ad locum, & calefacit materiam frigidam, & uapores gignit, uapores ſuffocati putredinem pariunt, & ſic tubercula per ſectionem uenæ memini eſſe maturata; Ego quando primus uolui facere hanc ſectionem fui diſcors cum Excellentiſſimo huius Gymnaſij doctore. Clàm curaui ſecandam, & ſtatim ſecuta eſt maturatio. Sed quandò cognoſcemus fluxionem non addeſſe? Ex colore, dolore, & incremento bubonis. Tribus diebus obſeruemus bubonem,* Signa indicantia adeſſe fluxionē in bubone. *& mandemus, ut obambulent uel in talamo, uel extra domum: ſi à prima die ad tertiam nihil creuerit bubo, fluxio non adeſt: quia ſi adeſſet, fieret incrementum; fluxio enim eſt ad partem imbecillem ſubſtantia, Natura, conſuetudine: ſubſtantia rara eſt, ſunt ſiquidem glandulæ aptæ ad receptionem. Natura, frigida: Conſuetudo, quoniam ſolet accipere. ergo non adeſt fluxio. Secundò obſeruate dolorem: ſi interea dum quieſcit æger, adeſt dolor non dubitandum eſt, quòd aliquid fluat adhuc: Idem de colore. ſi erit ſemper ruber tribus diebus ibi eſt calor multus faciens ad actionē, & tunc non ſecemus uenam, niſi tanta ſit fluxio, ita magnus tumor fiat, ut timeamus ſucceſſuram aliquam corruptionem: hoc autem rarum eſt. ego in toto temporis curriculo uix ſemel, aut bis habui occaſionem iſtam: cum non adeſt fluxio ſecate baſilicam dextri lateris audacter.*

De præparatione humorum. Cap. XXXI.

Humorum præparatio. SEcta uena pro ratione uirium præparandi ſunt humores : ſed in principio morbi non ſemper adeſt eadem humorum miſcellanea ſicut in fine, in quo pituita adeſt, & exuſta materia. Voco autem excrementum in principio non ſolum Gallici, ſed repertum in habitu factum alia de cauſa; & eſt pituita ipſa : ideò oportet præparare, primùm per illa, quæ uim habent attenuandi, & detergendi, atque exobſtruendi, & ita ad ſyrup. huius facultatis deſcendamus : ſed ego obſeruaui (cum opus ſit accelerare ne morbus firma iaciat fundamenta) uſum relinquendum communem in exhibitione ſyr. tantùm matutina hora. ſed ſoleo exhibere electuarium aliquod cum ſyr. Matutina hora, & ante cænam per duas horas: Exhibeo ego ante ſyr. coclear electuarij, uel ad caſtaneæ quantitatem, & in hoc obſeruo non ſolùm, quæ faciunt ad attenuationem, & digerendi uim habent, ſed exhibeo ea, quæ habent antidoti naturam, ut ſemper robur uiſcerum tuear. & quamuis infinita ſint antidota, tamen quando frigidi humores, & pituita alteranda ſunt, utor calidioribus. ſi humores calidi ſint; utor frigidioribus. in ſyrup. ergo ad præparandam pituitam primùm accipio mell. roſ. oximel. ſimpl. ana unc. s. ſyrup. de cicor. unc. i. decoct. cicor. beton. fumiter. quantum ſufficit. hæc ſunt detergentia, & incidentia. Antidota ſunt huiuſmodi, ſcordij, unc. iiij. admiſceo ſcordium huic decocto, quia habet uim roborandi, & conſeruandi hepar. Pro elect. ego accipio ſaccari bo rag. roſati, bugloſſati ana. unc. i. Mithridaticæ confect. drach. i. miſceo, & ita exhibeo quotidie quantitatem auellanæ, uel caſtaneæ matutina hora immediatè ante ſyrup. ueſpertina hora ante cænam per duas horas : aliquando loco electuarij has pillulas do. ſucci concreti ſcordij, ſucci concreti cicor. & cum parte Mithridaticæ confec. efficio pill. ponderis drac. s. ego impediui hoc genere medicamenti defluuium pilorum : ſoleo aliquando in iſta pill. admiſcere pulu. lig. guaiaci, uel corticis eius, & ita cum ſuccis, uel ſaccaris illis addo.

Syrupi.

Electuarii.

Pillulæ.

De Medicamentis euacuantibus pituitam. Cap. XXXII.

Vacuantia pituitam. TAndem apparentibus ſignis concoctionis adhibeo medicamenta euacuantia, quæ ſunt agaricum, turbit, hermodactilus, & coloch. & hæc in uſu ſunt apud omnes. ſed duo poſtrema potiſſima ſunt. Vnde Empirici puro hermod. puluere utuntur cum iure, uel uino dulci, & felici cum ſucceſſu. Vnde pill de hermodact. pill fetidæ, pill. cochiæ ſimplices ſine uera-

Hermodact. pulais.

tro optimæ ſunt. Præſtantiſſima autem eſt hiera pachij. Facta prima eua cuatione oportet iterum euacuationem aggredi,& in hoc caſu ego non ſoleo nouos dare ſyr. ne grauem ægrotantes; ſed aut lingendum liquorem, aut electuarium ſolùm exhibere. aliquando ſyr. de fumot. comp. mel roſ. & oximel ſimul mixta quantitate trium,aut quatuor coclearium matutina hora, & ueſpertina ante cænam duabus horis cum electuario dicto: & cum iterum præparauerim iterum euacuo, ut dictum eſt. Pil.uariæ. Hiera.

De alterantibus, & euacuantibus bilem. Cap. XXXIII.

Verùm ſi materia iſta non pituitoſa exiſtat,ſed bilioſa quid agẽdum? ſi uidemus bilioſum habitum, urinas, fecesq; citrinas, prægreſſæ ægritudines à bile ortum duxerint, ſanguis ſit tenuis, tunc oportet bilem educere. & ut faciliùs id fiat ſolemus præparantia exhibere, quia raró accidit,ut non ſint obſtructiones, & dum materia egreditur ſolet excoriare,& dyſenteriam producere. Interea dum uolumus corpus præparare oportet propoſitam naturam antidoti recordari, & ideò frigida in hoc requiruntur, cum ſyr. de fumot. de cicor. cum illo de pomis ſolemus admiſcere ſonchum,quia malignitatem hepatis ſedat:his addimus decoct.ex fumot. & ex citri ſemine, & cortice factum. Præparato corpore deuenimus ad purgationem, quæ per ſe patet,ex medicamento ducente bilem. Reubarb. præſtantiſſimum eſt; & quamuis calefaciat hepar quia tamen roborat,ideò ex eius infuſione,& ſyr. uiol.uel roſ.ſol.conficimus pharmacum:Poſtea iterum eiſdem ſyr. præparamus,atq; iterum purgamus, ſed ſolemus aſcẽdere ad ſcamon cum infuſ.reubarb.& caſtigamus,cum elect.de pſillio,uel de ſucco roſ.& cum ſyr.roſ.ſol. propinamus. Sed ego ſemper in morbo Gallico ſoleo uti rebus,quæ ex roſis conſtant. ſi uolumus elect. demus de ſucco roſ. uel roſatum Meſu. ſi uolumus ſolutiuum, demus roſaceum. Præparantia bilem. Purgantia. Reubarb. Roſæ.

De elect. bili conferente. Cap. XXXIIII.

Elect.

At electuarium quod eſt? ſolemus accipere ſaccar.roſ. ſaccar.uiol. ana unc.iij.& addimus pulueris corallorum rub. pulu. ebor. pulu. ſem citri ana.drach.i.ſucci concreti ex ſoncho ſucci conc.ſcordij ana.ſcrop. ij. his conficimus elect.& exhibemus matutina hora cum ſyrup. ueſpertina ante cænam per duas horas.& hæc de elect. ad bilem conferente dicta ſint iam ad melancoliam tranſeamus.

De melãco-lico humo-re.

De præparantibus melanc. Cap. XXXV.

VErùm ſi caſu fiat (ut plurimùm accidit) quòd materia uacuanda ſit humor melancolicus exiſtens ex habitu corporis in principio, in progreſſu uerò propter hepar infectum. Montan.d. quòd ſi habemus morbum, in quo ſit feruor, & intemperies calida, & ſicca, & humores craßi, & toſti, poſſumus duo efficere, primùm attenuare, & incidere, & aptos reddere ad euacuationem, ſecundò poſſumus diluere, & concoquere.d. primùm diluendus eſt humor, poſtea attenuandus; quoniam attenuatio fit ſiccantibus: & ideò ſi primò fieret, humor aut augeretur, aut fermentaretur, & ſic morbus augeretur, & ideò Hipp. ubi loquitur de oximelite, dicit quòd acetum uel attrahit in molem humorem melancolicum, uel generat illum: hoc medicamentum eſt attenuans, ſiccans, & frigidum, quantò magis læderet ſi eſſet calidum, & ſiccũ? Ideò laudat Montanus, ut in morbo, in quo melancolicus humor abundat primò diluamus humorem, poſtea attenuemus, demum euacuemus. Quomodo autem concoquendus humor iſte? per concoctionem intelligimus rem non ordinariam, nam præparatio humorum, attenuatio, &c. eſt concoctio, de hac non loquimur, ſed intelligit Mont. concoctionem, ideſt eliquationem, & dilutionem: Quomodo autem eliquantur humores iſti? ueluti omnia alia ab arte. quædam enim à uiolento calore ueluti metalla: quædam ab humido calore, & tenuißimo, & eſt quoddam genus metalli, quod talcum uocatur, ſi hoc eſſet in fornace uitraria per ſpatium trium menſium non eliquaretur, & uocatur à Plin. Talconium, tamen balneo mariæ eliquamus ductum in puluerem. [Sed

3.de rat.uic. in ac. in ultima parte.

Talcum.

„ poſtquàm Talci huius mentio facta eſt, eius naturam, atque deſcriptionem
„ hauriamus: cauſamq́; inueſtigemus cur humido calido liquetur, non humi-
„ do frigido, aut calido ſicco? hoc autem faciemus, quò res uerè, & per cau-
„ ſam, non ſophiſtico modo ſciantur. Ideò altiuſculè repetentes, quæ ab Ar.
„ 4. meteo.cap.de eliquatione, & congelatione dicta ſunt capiamus, Alchi-
„ miſtarum, atque metallicorum opiniones non aſpernantes, qui operibus,
„ ſenſu, & experimentis penitiùs rem indagarunt. Dicimus ergo quòd quæ-
„ cunque à calido coagulantur ab humido diſſoluuntur, hæc autem terrena
„ ſunt. ut ſal, & nitrum, quæ fuere à calido coagulata, puta à Sole, licet de
„ his dubitet Ar. quæ uerò à frigido coagulantur, igne liquantur, & ut plu-
„ rimùm, aquæ potiùs ſubijciuntur, hæcq́; ſunt aurum, argentum, æs &c. De
„ adamante dubitatur, qui igni poſitus frigidus ſemper manet, & reſiſtit, &
„ tamen à frigido congelatus eſt, apparet enim glacies quædam. at hoc eſt,
„ aut quia pori eius adeò compreßi ſunt, ut ignis quantumuis ſubtilißimus
„ penetrare non poßit, aut quia ſulfure caret (ut Alchimici tenent) & ideò

accenſa flamma non poteſt pabulum habere, quo mediante uiſcera eius penetret. Hinc eſt d. Ar. quòd later coagulatus à calido non poteſt ab humido diſſolui, anguſtia enim pororum impedit introitum aquæ ad interiora lateris. habet autem later anguſtos poros. quia calor agens in materiam eius conuertit humidum in uapores, qui per poros arctos exhalāt, per quos non poteſt aqua introduci, quia craſſior. Modò ad Talcum deueniamus; cuius deſcriptionem non uidi apud aliquem; ego eam inueni cum calcinatione, præparatione, & multiplici eius condimento in manuſcripto codice D. Petri Agathi mei Genitoris patrui, ſolertis naturalium ac ſupernaturalium rerum inueſtigatoris, ſecretorumq; Naturæ mirabilis inuentoris, cuius opera plurima apud me extant, plurima tempus atque Italiæ calamitates abſtulerunt. Dicit ergo: Talcus eſt lapis terreus duum generum Lunæ, atque Solis. lucidiſſimus, foliatus, naturaliter compactus ex mercurio, & flore terræ ſine ſulfure, cuius folia minuta, ex parte utraque ſunt perlucida, peruia, ſubtiliſſima, quæ motu digitorum uelut in arenam minutiſſimam reſplendentem rediguntur. quid hoc dici poteſt explicatiùs? ecce quòd ad uiuum ponit ante oculos. Hæ ſunt notæ talci, multa ſubdit alia pro lapide Philoſophorum: quæ, quia non faciūt ad rem, ideò omittenda cēſui. Nec omnes particulas deſcriptionis declarabo, ſed tantùm eas aſſumam, quæ pro cauſæ faciunt inuentione: hic fuit fortaſſe illius ſententiæ, quam uiſus eſt ſequi Alb. Auic. & Hermes, quòd metalla fiunt ex argento uiuo, tanquàm ex ſanguine menſtruo, & ſulfure, tanquàm ex ſemine uiri: ſed quia Talcus non eſt uerum metallum completum ideò d. eſſe lapidem terreum abſque ſulfure. liquatur ergo balneo Mariæ, ideſt humido calido. humido, quia à calido fit, & terminatur, & ab eo congelatur, unde humidum eius abſumptum eſt, & comminutus in arenulam redigitur: at oportet humidum calidum eſſe; quia anguſti eius ſunt pori; hinc ſplendor, hinc lux, quia ſuperficies leuigata compreſſa; modò calidum ſtrictos aperit poros, & dat aquæ uiam, ut in intimas partes penetret, eum liquefaciat; lateri autem aqua non ſufficit calida, quia uiolento calore abſumptum eſt humidum conuerſum in uapores, & arctiſſimæ relictæ ſunt uiæ, ex quibus trāſitus non patet aquæ; Hinc prouerbium uulgatum exijt de eius ablutione, quoniam ſuperficies tantùm abluitur; interna humorem non ſentiunt. adde quòd ſicciſſimo exiſtente latere, cumq; diù ignis in eo laborarit, ſicut in calce ſeruatur minera ignis, atque ueſtigium flammæ, & hinc eſt quòd in calce accenſio fit, atq; ebullitio in latere, quoties ſupra ea proijcitur aqua; quia quaſi ſeminarium ignis relictum erat in eis, & in illa ſiccitate latebat; ſunt ergo ueluti flammulæ latentes, quæ liquefieri non poſſunt. At calx liquefit, dico quòd humido diſſoluitur, atque calido in ſe excitato, cauſa eſt humidum in ea, & tenacitas penitùs conſumpta, quæ corpora ter-

" mino conſiſtunt ſuo,& amiſſa alienum quærunt; in latere continuans illud
" humidum lentum,quo later conſiſtit,& eſt,atque uelut anima eius exiſtit
" (ut dicit Ariſt. 21. ſect. probl. 12.)relinquitur,& denſius,& compactius
" redditur;nec adhuc ad calcinationem uenit,& hæc eſt cauſa propter quam
" difficilè frangibilis eſt, & mænia ex hoc compacta, bellicis tormentorum
" ictibus reſiſtunt. Hæc dicta ſint breuiter, ut ingenia aliorum excitentur,
" non ut profitear eſſe nouarum cauſarum inuentor,arcanorumq; perſcruta-
" tor: Hæc relinquo Gardano, qui nouit arcana æternitatis. modò ad rem noſtram deſcendamus] ſicut ergo in metallis è terræ uenis exhauſtis, ita in humoribus noſtris uidere licet. melancolici humores à magno calore aſſantur,non eliquantur:at à tenui calore attenuantur, atque liquantur:hoc autem primùm fit per rationem uictus calefacientem,& humefacientem: inter humectantia ſunt carnes teneræ,ptiſana ordeacea,& ex zea, & tritico: ſed quia ptiſana refrigerat; ideo oportet cinnamomum admiſcere. Vinum pauciferum,oligophoron, & ſubdulce facit calorem concoquentẽ. frictiones moderatæ cum inunctis manibus ol. amigd. dulc. Aliquando fouendus uentriculus fomento tepido,ol. maſtic. uel uino dulci, in quo decoctum ſit camem. & folia maluarum,& flor. borag. Potiones etiam ſint huiuſmodi:eſt ſyr. de duabus radicibus ſine aceto:hic calefacit, nulla ratione ſiccat. ſyr. biſantinus ſimpl. ſyr. de pomis pariter ſimpl. decocta autem ſint, quæ non ſiccent,& erunt ex liquiritiæ radice,ex borag. bugloſſ. capill. uen. cicor. & endiu. iſta poſſunt fouere,& excitare calorem moderatum, ut nulla fiat aſſatio. Hoc facto cum credimus eliquatos humores, tunc uenimus ad præparantia uera,quæ habent uim attenuandi, & tunc mutandi ſyrup. ſumimus enim ſyr. de fumoterræ compoſitum, & ſi nolumus hunc accipimus biſantinum compoſitum:ſyr. Sabor Regis præſtans erit Præterea non dimittemus uſum elect. quod conſtabit ex ſaccaro bugloſſato, boraginato, atque roſato æquis portionibus ſumptis ad unc. ij puluer. ſcord. drac. ij. ſucci concreti ſonchi drach. i. ſpecierum Diarod. Abb. ſcrop. iiij.

Victus ratio in humore melácolico · *Vinum.* · *Frictiones.* · *Syrupi.* · *Decoct.* · *Electuar.*

De euacuantibus humorem melancolic. Cap. XXXVI.

Exhibito ſyr. atque facta præparatione euacuamus per medicamentũ educens melancolicum humorem. ſed potiſſimæ res purgantes ſunt ſena, epithymum, & elleborus niger: Nos habemus hanc fælicitatem in his regionibus,quoniam abundat Elleb. niger. Habemus inter compoſita quædam præſtantia,ueluti cõfectionem amech. elect. diacatolicon,& elect. lenitiuum,quæ lenia ſunt medicamenta. Pillul. præparatis ex lapide lazuli. Braſſauolus præceptor meus fælici cum ſucceſſu utebatur. Habemus

Vacuantia melanc.

electuar.

electuar. Indum maius, & minus. Habemus uarias ſpecies hieræ; ſed pil lul. cochiæ præparatæ cum ueratro habent principatum in hoc; & ſemper bis, aut conf. amech utimur. Montanus uti erat uir ſummi ingenij; ita excogitauit compoſitionem ſyrup. qui uulgò dicitur ſyr. Montani, in euacuanda materia Melancolica. ſyr. hic impreſſus eſt in tractatu de morbo Gallico. ſed uti omnia ſcripta eius corrupta ſunt, ita deſcriptio huius ſyr. non habet artem, non doſes: Vt igitur habeatis deſcriptionem, qualem ego ab ipſo fonte uberrimo habui, uobis eam communico. Exhibemus huiuſmodi ſyrup. ſine moleſtia exeuntibus domo. ſolemus enim dare quinque, aut ſex ſyrup. qui aluum mouent. Recipe ergo mirabol. omnium ana unc s. contundantur craſſo modo, & infundantur in 7. lib. aquæ fumit. & quandò uolumus medicamentum robuſtius, ſolemus accipere ſuccum fumit. depuratum pondere 7. lib infunduntur ſpatio 24. horarum: additur polipodij, fol. ſenæ, epithym. ana unc. i. liquir. raſæ, gariophi. ſemin. citri. ana drach. ij. cortic. elleb. nigri unc. s. ego aliquandò ſoleo admiſcere agarici drach. i s. aliquando hermod. unc. s. prout mihi uidetur quòd ſit urgens phlegma; ſi non eſt phlegma dimitto hæc. Quæ omnia ſimul bulliunt ad conſumptionem medietatis, colantur, & leuiter exprimuntur, & diuiditur in 6. ſyrup. totum decoctum, & unicuique adiungimus ſyrup. de fumot. unc. i s ſyrup. de cortic. citri unc. s. ita ut ſex ſint unciæ decoct. & duæ ſyrup. aliquando ego accipio decoct. unc. V. ſyr. roſ ſol. unc. ij. ſed ſincera deſcriptio Montani prima fuit. Vos poteſtis exhibere ſine dubio hoc medicamentum: ſcio aliquos damnare: ſed hi malè faciunt; quia ex hoc nullum ſequitur incommodum. Braſauolus, qui experimenta plurima ſemper habebat, ſolebat ad euacuandos humores melancolicos in Gallico conficere uinum ſolutiuum: Ego præter dicta communia mentionem facio iſtorum, quæ magiſtralia ſunt; opus enim eſt ſemper Medicum habere aliqua recondita, & ego eo libentiùs uobis communico, quò mihi cariora exiſtunt. Vini huius deſcriptio eſt iſta. Recip. fol. ſenæ, & folliculorum ſenæ ana lib. ij. polipod. unc. 6. mirab. omnium ana unc i. agarici, Rhabarbari ana unc. i. s. macis, maſticis ana unc. s. gummi arab. ligni aloes ana drach. iij. fumiterræ, epithymi an. unc ij. corticum bellebori nigri unc. ij. s. zingib. drach. 5. Hæc ſimul miſce, & teruntur, & infunduntur in ſufficienti quantitate uini albi dulciſſimi; &, ſi non habetis aliud, ſumite maluaticum, & infundite per 24. horas. poſtea addimus foliorum borag. bugl. roſar. florum uiol. flor. mali citri ana unc. s. poſſul. lib. ij. coriand. præparatorum unc. ij. Hæc ſimul parùm bulliũt, poſtea colatur uinum, & uaſe uitreo obturato ſeruatur, & quotidie aſſumatur ciathus matutina hora ante cibum 4. horis, exit domo æger, & habet aluum ſolutam. hoc autem fit per aliquot dies: Sed ſolet accidere, quòd poſt illas in principio euacuationes uincitur morbus leui alteratione, & ideò non ueni-

Syr. Mont. corrupte habetur deſcriptus.

Syr Mõt. deſcrip. itegra.

Vinum ſolutiuum.

Vinum Braſau. ad hum. mel.

Electuar.

mus ad lignum guaiacum, ſed exhibemus elect. hoc per 30. dies. accipe ſaccar.borag.roſ.bugloſſ. uiolati ana unc.iij.ſucci ſcord.ſucci cic.concr.an. drach.i.mithridati optimi drach.ij. ſpecierum diarod. abb. ſpecierum diatr.ſandal. ana drach. i. s. corti. guaiac. puluerizati. unc. s. ſyr. roſ. recentis quantùm ſuff.miſce in mortario,& tunde diligenter, & ita paratur elect.quod exhibetur matutina hora, quando ſurgit à lecto quãtitate unius auellanæ:& multi ſanati ſunt, & expertus ſum in quamplurimis: at quia multoties fallit, aut quoniam inueteratus eſt morbus, & confirmatus, aut alia de cauſa, ideò ad ueram antidotum deſcendere oportet, quod quidem lignum eſt Guaiacum, in qua ratione curationis oro uos ut oculis, atque attentis auribus aſtetis.

In quo proponitur uera antidotus. Cap. XXXVII.

Guaiacum. *IN morbo Gall. facta euacuatione, alteratis uiſceribus, atque exhibito ſyrup.uel uino præparato, ualidè expurgato corpore, & elect.roborato, ut dictum eſt, ſi uidemus confirmatum morbum debemus uenire ad uerã, & certam uiſcerum alterationem, & hoc eſt, quod poßit immutare hepar, & reſtituere. Medicamẽtum hoc eſt decoctum ligni ſancti uel guaiaci, quod caſus inuenit, experientia confirmauit. inſtituta dieta per tenuißimam uictus rationem, & potu decocti, in quo eſt uis attenuans, & facultas ſuperans morbum. Fuere quidam boni uiri, qui cum uidiſſent uim guaiaci, &* Contra recentiores. *tenuißimum uictum, credidere, quòd totum, quod agit medicamentum agit exiccando, digerendo, & ſudorem prouocando, & ſic æquè ſiccabit, & digeret aliud genus ligni. & ita aliqui tentarunt decoct.ligni iuniperi, aliqui ligni ex pinu uetuſtiori, alij ex cupreſſo, teda, cedro, radicibus aceris, ſanaſſeq; affectum.* Ludus. *Ego uidi aliquos curatos ligno fagi, qui coniecti in triremes atque inſtituta uictus ratione tenuißima, laborantes ex toto liberantur. ſed iſte non eſt uſus medicus, ſunt nugæ omnes, quòd guaiacum ſanet, quia ſiccet, uel digerat; uidemus enim, quòd nullum aliud lignum, præter indicum facit hoc, quod quærimus; qui rectè curare uolunt aſſumãt guaiacum, non ut ſudorem tantùm cieant, & ſiccent ſolùm, ſed ut tota ſubſtantia tanquàm antidotus morbum expellant: uideamus igitur quidnam ſit hoc lignum. ſecundò quas facultates habet. tertiò quot generum ſit, quartò quomodo eligendum, quintò qua ratione exhibendum decoctum factum ex hoc ligno.*

Vbi examinatur iuniperus, & ſoluuntur problemata quædam: Cap. XXXVIII.

Iuniperi põderatio.

SEd poſtquam facta eſt Iuniperi mentio; nolui in medio cap. aliquid addere, ne curſum lectionis impediam: ſed obiter hæc paucula dicenda occurrunt in hoc cap. incluſa, quæ curioſi uideant, atque rerum cupientes cognoſcere cauſas, tetrici uerò, ac alijs negotijs fortaſſe maioribus impediti currant ſine his. Scribit Scalig. in lib. quem ad Gardan. ſcribit exerc. 180. cap. 19. Grandiorem Iuniperum, quæ Cedrum maximè æmulatur, Harar uocant Arabes, Afri nominant Ettaleb. eius medulla in Numidia, candida: in Aethiopia, nigra: in Libia, purpurea, qua in ſcobem comminuta dicuntur Afri Medici feliciſſimo ſucceſſu uice Gaiaci ad morbum Indicum profligandum uti: Aliud etiam præſtãtiſſimum remedium inuenit hominum curioſitas, atque mali acerbitas: quòd qui eo laborant, in Africa non niſi remedijs ſanantur: ſi in Numidiam, aut in Nigriticam ſeſe conferant Aethiopiam ſolius cæli beneficio ſine ullis medicamentis conualeſcere dicuntur. Et ne gratis hoc dixiſſe uideamur (ut plurimi faciunt meri recitatores Hiſtoriarum) utriuſque addere liceat rationes, atque prius ſubtilitates quaſdam in medium proferre. Iuniperi decoctum ſalutare eſt, in quod ſucci ſanè traiectio facta eſt, ramenta (iudice Dioſ.) necant deuorata. Idem fit in colochintide; multũ enim pinſendam, & cribrandam tenuiſſimo in cerniculo iubent ne homines enecet: è contra Hiuchæ ſuccus lethalis; farina ſalubris: porri ſuccus pernicioſus; porrum ipſum editur ſine noxa. Videamus omnium iſtorum cauſas. ſi morbus Gallicus eſt inficiens hepar à tota ſubſtantia, Iuniperus eum non niſi qualitate occulta, & ſubſtantia propria ſanat: licet ſui ſiccitate, & ui excalfactoria dici poſſit humores illos putridos fouentes morbum, naturæq; obſiſtentes temperare, quemadmodum enim humiditas mater eſt putredinis, ita ſiccitas ei reluctatur: an quia acris eſt, & erodit humores illos putres, & digerit ex Dioſ. lib. 1. Plin. lib. 16. cap. 25? an quia carioſam ſenectam non ſentit, atque tanta eius cum igne familiaritas, ut multi aſſerant ex Iunipero factos carbones tanta eſſe ui, ut per annum integrum ignem ſeruent incorruptum? fortaſſe Prometheus fur ſolaris ignis auxilio Mineruæ huiuſmodi ligni facula uſus eſt, & ueſtales uirgines abſque labore ignem annuum his carboribus ſeruabant. at ignis erodit omnia, conterit quæcunque ei afferuntur, ita decoctum iuniperi oblatum humorem putrem reſecat, exedit, atque uincæmiat. Decoctum autem ſalubre eſt, Ramenta lethalia, ratio eſt haud abſimilis ei, quæ in coloquintidis apparatu circumfertur; ſi enim optimè non trituratur, & cribratur hæret, atque ulcerat: ſic iuniperi ſcobes ob ſicci-

" tatem adhærendo ſuffocat. ſuccus autem hiucæ, & porri interficit: ratio " pendet à duplici cauſa: una eſt partium tenuitas; unde eſt facilitas penetra " tionis, altera eſt libera qualitas, & facultas ad nocendum in ſucco ipſo, po- " ſteaquam ſoluta eſt ſocietas, quam inierat cum parte terreſtri, quæ pars " eius ferocitatem cohibebat qualitate aduerſa, quemadmodum eius craſſi- " tudine tardabat celeritatem: At quare eſt quòd Afri tranſeuntes in Nu- " midiam, aut Nigriticam Aethiopiam ſolius cæli beneficio à lue Gallica li- " berantur? an quia Numidæ hodie. Arabes dicti incolentes mediterraneas " Africæ oras, montibus aſſueti, Nomades dicti à Plin. lib. 5. cap. 3. & 34. à " permutandis pabulis circumferentes domos plauſtris ductilibus (unde ua- " gi dicuntur, uagabundis enim populationibus dediti ex equo, & lancea ſo- " lis uectigalia hauriunt) currunt ſemper, ſemper armis uacantes in regio- " nibus illis calidioribus ſudant, atque continuò laborant, & ideò, ſi exerci- " tatione liberamur ab huiuſmodi morbo, tranſeuntes in Numidarum acie- " bus, ubi non niſi exercitati, non niſi graues uiuunt prouincias adeuntes, poſ " ſibile eſt, ut ab hoc morbo liberentur. Præterea in Nigriticam Aethio- " piam accedentes ſub æquatore, & zona torrida poſitam liberantur à lue " iſta, quia caliditas aperit poros, ex quibus diſſlant uapores putridi. Hinc " eſt quòd Neapoli & in Iapigiæ regionibus calidioribus non ita ſæuit mor " bus, ſicut Patauij, atque in alijs frigidioribus locis, inde enim diſſlant ua- " pores à materia putrida eleuati, non congeruntur, non ſimul coaceruātur, " ſicut his, ubi frigiditate ſtipante, & cutim denſante intus detinentur, con- " tinuò creſcunt, uniuntur ualidiùs, agunt fortiùs, obſident uiſcera, atque ero " dunt; neque homines ita citiùs in regionibus frigidis aduertunt hoc morbo " laborare; quia malum intus occluditur, diù ſeruatur, medullis infigitur, & " eius curam non habent, niſi quandò radices firmas iecit, & robur habet ui " rium ualidiſſimum, ita ut facilè, quouis remedio ſuperari non poſſit. Ad- " ditur etiam quòd Neapoli, ubi prius apparuit mitior fortaſſe redditus eſt, " & magis naturæ familiaris; aut quia ibi meretricum fugiunt amplexus, " & non ſunt ita ſcortis dediti, ſicut alibi? Hæc problematicè, & probabi- " liter dicta ſint, non demonſtratiuè, quia curſim non eſt poſſibile demon- " ſtrare. modò ad ligni indici examen deſcendamus, & de hoc iſthæc dicta " ſufficiant.

De Natura ligni Gaiaci. Cap. XXXIX.

Gaiacum.

PRimò ergo de Natura Gaiaci loquamur. Vno excepto Io. Gallo, atq; Conſaluo ouido, omnes alij ignorarunt eius naturam. Io. Gallus ſcripſit de uſu ligni ſancti; Conſaluus fuit Hiſpanus nobilis, qui ſcripſit hiſtoriam Indiarum Hiſpano Idiomàte ad CAROL. V. hic erat doctus, & acu-

mine ingenij excellens. Communis eſt opinio quòd lignum hoc ſit una planta, cum geminas eſſe conſtet: Non una eſt arbor, ſed duæ ſunt, & diſtinguntur in propria Patria uarijs nominibus, & id, quod ſoleo dicere lignum nouum, & lignum uetus referatis ad duas ſpecies. Vna eſt, quæ uocatur in propria regione Guaiaan, nos Guaiacum, uel Gaiacum uocamus, & eſt lignum ex una ſpecie. habemus præterea palum ſanctum, uel lignum ſanctum, quod differt à priore, & adſunt notæ, effectus, ſapor, guſtus diuerſiſſima; quoniam autem palus ſanctus deſijt ferri ad nos, ideo doleo non poſſe nobis oſtendere. Qualis eſt arbor Guaiacus? à Conſaluo ita deſcribitur primò in ſummario cap. 86. ſecundò in hiſtoria integra lib. 10. cap. 1. eſt (inquit) arbor altiſſima, & maxima, quæ ad Iuglandis altitudinem pertingit, aliquando paulò minor eſt: cortice prædita eſt pullo, & uiridi macula maculato, ita ut ſubalbidus ſit color: Folia habet Arbuti. (plantam hanc uidere poteſtis in collibus iſtis, nos utimur faſcibus ad ignes, & quando exornant ædes pro nuptijs, uel ſacris; frons eſt ueluti lauri, corbero appellant: & producit fructus rubros, qui comeduntur à pueris) fructus luteos profert per maturitatem, qui ſunt ueluti gemini lupini ſimul coniuncti (ego habui hos fructus à quoddam Monaco) lignum duum, ponderoſum, & in media ſubſtantia nigrum, circumquaque ſubalbidum. Hæc eſt uera deſcriptio illius ſcriptoris, qui fuit in Indijs, & ea quæ uiderat literis mandauit. conferatis hanc cum deſcriptione Io. Leonis Aphricani, qui in ultima parte deſcriptionis loquitur de ligno Gallico, quo utuntur Aphricani, & eſt lignum habens folia ſpinoſa, uti Iuniperus, unde colligo eſſe ſpetiem cedri, & ſi ſanat, ſanat digerendo morbum, non quòd uerè ſanet: ſecundũ lignum eſt Palum ſanctum toto cælo diſtans à priori. Arbor iſta eſt magnitudinis Fraxini non uaſtiſſimæ, folia habet Arnogloſſi folijs ſimillima, ita pleniora, ita pinguia, & tamen craſſiora, & breuiora, Flores luteos producit, quos ſaccaro condire ſolent, & ſoluunt aluum: figuram non potui cognoſcere, nam à Mercatore donatum mihi eſt uaſculum cum his floribus; aſſumebam manè coclear, & ſoluebant aluum bis, & ter: fructus rotundi ſunt iuglandum nucum forma, aliquando magnitudine, craſſitudine præueniunt nucum iuglandum maiorem; cortex eſt coloris cinericij, & æmulatur fraxinum, in interna parte color pullus. Habemus igitur Gaiacum, & lignum ſanctum, quanuis in conſultationibus indifferenter ſumamus has arbores; & licet eadem ſit uis utriuſque, ſciatis tamen, quòd in alijs morbis diuerſæ ſunt facultates; & primò authoritatem Conſalui teſtor, ſecundò experientiam. Refert Conſaluus quòd quanuis uſus utriuſque ligni ſit ad Gallicum, tamen lignum ſanctum habet maiores uires ad alios morbos. Præterea ego ſuperioribus diebus obſeruaui, quòd in podagra, in articularibus morbis, & in iſchiatico affectu, atque

Not. contra recentiores.

Gaiaci deſcriptio.

Lignum ſanctum & eius deſcriptio.

in roboratione uentriculi parum, aut nihil prodeſt Guaiacum, & prius obſeruaui, quòd palum ſanctum nimis præſtans eſt in his, & in arctuum etiam doloribus. Iam non inuenitur lignum indicum ſanctum, & ideò ne miremini ſi medici tantùm tribuunt ligno Guaiaco, & eo utuntur in omnibus morbis forſan docti experientia, iam 20. annis ſuperioribus, quando lignum ſanctum copioſum erat, iam non amplius de illo affertur, aut parùm: Guaiacum facit quidem aliquid ad hos morbos. ſed non plenè: in ligno ſancto non adeſt color niger, credebant ſuperiores, quòd pars nigra eſſet uetuſta; alba noua arboris: ſed decipiuntur, & ego deceptus ſum cum his; at poſtea cum adhibuerim diligentiam, & fuerim in loco, ubi uidi ſtrues magnas horum lignorum, potui obſeruare omnia, & ſic cognoui etiam differentiam inter lignum Guaiacum, & ſanctum. Ego uidi fruſtrum Guaiaci paruum, & habebat nigrum interius, contrà uerò uidi craſsitudine mea lignum ſanctum nō habens nigrum in ſe, ideò dico eſſe naturas lignorum diuerſas. ſemper in Guaiaco eſt nigredo in medio, circumquaque adeſt color ſubalbibus, ſapor amarus cū acredine quadam, in Gaiaco continetur pinguedo, parua tamen, ut ex ipſa oleum educere poſsimus: Hæ ergo ſunt notæ Gaiaci: nigredo in medio, ſubalbida circumſtantia intercurrentibus lineis ſubnigrioribus, ſapor amarus, acredo quædam, & in eo pinguedo contenta. Notæ pali ſancti. tota ſubſtantia flaua eſt, odor ſuauis certè, pinguedo copioſiſsima, ita ut duplicatum oleum extrahamus, ſapor acer magis, & minus amarus; undę decocta pleniora, pinguiora, & acriora ualdè; ſentimusq́; ſuauem odorem: Talis eſt Natura lignorum. At habemus uetuſtum, & nouum. ſi Guaiacum uetus, cortex craſſus, truncus magnus, amaror, & acredo parua. Iuueneſcentis inditia ſunt amaror maior, & inſignior acredo, et amplitudo trunci tenuis, & gracilis: quod dico de Guaiaco, intelligo etiam de ligno ſancto; ſed magis pingue, magis acre, & minus flauum eſt iuueneſcens ſanctum lignum. nos tenerrimum accipere ſolemus, & ita in Indicis regionibus accipere ſolent ex tenera arbore. Verùm quoniam ex his arboribus una ſpecies defertur ex inſula Hiſpaniola, uel ex inſula Beata, quæ diſtant à noſtra regione, altera defertur ex inſula Diui Ioānis; ideò ligna rancida fiūt; quia nauigationes longæ, igitur non poſſumus uti recentioribus lignis, & quoniam uirtus magis ſeruatur in arbore maiori, ſemper eligere ſolent lignum maius. Nunquàm utemur in Italia Guaiaco, quod non fuerit ab arbore reſectum ante quatuor, aut quinque annos, & ideò ſemper maiorem truncum laudamus. ſed Not. in primis diebus ſolebant exhibere tantùm lignum, & non erat uſus corticis, repertum eſt poſtea corticem habere maiorem uim exiccandi, & ideò mercatores cæpère corticis mercaturam facere, quoniam cortex plurimi uenditur, nam lignum uno Mocenico uenditur pro ſingula libra, cortex duobus; propterea lignum ob defectum

Not. de hoc oleo loquitur ſcalig. ad Gar. exer. 161.

Pali ſancti notæ.

Electio ligni ſancti.

tegmenti corrumpitur, & ex hoc non habemus Guaiaci decoctionem bonam. iſti mercatores excoriant lignum, ſicut cætera: Quoties ergo cum cortice habere poteſtis, capite; quia in eo adeſt maior uis, quàm in excoriato.

An Guaiacum notum Antiquis. Cap. XL.

SVnt aliqui, qui opinati ſunt antiquos de hoc locutos, & uoluère eſſe inuentum Arabum, & lignum Auic. quod Karon appellat, & d. eſſe lignum indum, uocat quinetiam Kallem: confirmant hoc, quia huiuſmodi medicamentum facit ad affectus articulorum ſicuti Guaiacum. Decepti ſunt hi à uoce ligni Indi. Nam temporibus Auic. non patebat hæc india occidentalis. Et quamuis Mattheolus, & alij ſcripſerint ex Taprobane, & Calechut deferri, tamen quicquid ligni habuimus in Italia, delatum eſt ex Hiſpanis Caſtilienſibus ab Indijs occiduis. Nunquàm Luſitani lignum Indicum ex Calechut aſportarunt; Erat igitur lignum Auic. ex Indijs orientalibus, non tamen eſt Guaiacum, nec palus ſanctus. Aliqui uoluère eſſe lignum deſcriptum ab Auic. quod Heſldeen, uel heſtebdehen uocat: Alij ſunt qui uelint eſſe Ebenum, & iſti non ualdè decipiuntur: minus decipiuntur in Gaiaco, at in Palo errant penitus; quia Ebenus nigra eſt: palus eſt lignum flauum. at in Gaiaco adeſt nigredo, fundum petit aquæ ſicuti Ebenum; ergo idem ſunt. Sed hi etiam delinquunt: quoniam Ebenus (excepto cortice) tota nigra eſt, ebenus facillimè maceratur in aqua, faciliùs igne deſtruitur, & odorem fragrantem mittit, in Gaiaco non eſt intenſa nigredo, difficilè maceratur ob pinguedinem ſuam, & non niſi ſpacio 24. horarum, at ebeni fruſtra magna per 10. horas: fetet Gaiacum ſi aduratur, præterea difficiliùs uritur. Hac ratione huiuſmodi fui ſententiæ, quòd hoc lignũ ignotum fuerit antiquioribus Arabibus, atque Græcis, ſicut nec morbus Gallicus notus. Montanus credebat Guaiacum naſci in noſtris regionibus, & uolebat eſſe arborem, quam Eganum uocant; quia in medio eſt nigredo, & circumquaque ſubalbidus color. ſed quia non habet amarorem, & acredinem, hoc non obſtat (dicebat) quia hoc eſt ratione ſoli effeminati noſtri, in quo naſcitur. Sed grauiter delinquit Mont. Videte folia Egani, ſunt folia trifolij. cortex non habet eundem colorem: magnitudo ligni diuerſa: fructus Gaiaci ſunt ueluti gemini lupini: in egano eſt ueluti quædam ſiliqua, ideò diſtant, & forma, & figura, & toto cælo. propterea non uenite in hanc hæreſim uos habere Gaiacum. Sed quænam eſt arbor hæc? eſt Laburnum Plin. & Vitruuij, & domini conſentit deſcriptio, & appellatio, qua nocatur hæc arbor in Italia: Bononiæ, & Mutinæ Lauorno dicitur Planta Egani: Reuertamur igitur ad noſtrum inſtitutum, & dica-

2. lib. tra. 2. ca. 384.

2. li. trac. 2. ca. 335.

Ebenus an ſit Gaiacum

Impug.

Mont. credebat guaiacũ naſci in Italia.

Impug.

mus, quòd uera curatio affectionis propoſitæ erit per decoctum ligni Indici, cuius duplex ſpecies, altera quæ eſt Guaiacum: altera, quæ eſt palus ſanctus; & quòd utrunque æqualiter facit ad morbum Gallicum profligandum: ſed in reliquis affectibus frigidis articulorum, & uentriculi imbecillitate præſtantius eſt Guaiaco lignum ſanctum, ita fortaſſe dictum ob ſanctos, & miros effectus, qui ab eo deriuant: ſed ambo à propria ſubſtantia ſanant Gallicum, cæteros autem ſedant morbos ſudorem excitando ſuperfluas humiditates exiccando, digerendo, atque hepar, & uentriculum roborando. Videamus modò, quæ ſint qualitates, & uires eorum.

De qualitatibus & uiribus ligni Indici. Cap. XLI.

Amaritudo ligni. Acredo. Mordicatio. Calefacit lignum & uétriculum roborat.

PRimùm ſi deradamus, ſtatim duo percipiemus, amarorem quendam, quo explebitur totum os, deinde acredinem inſignem, quæ ſtimulat palatum: Tertiò ſi decoquamus in aqua decoctum primùm amareſcit in ore, ſecundò mordicat, tertiò ſi ulcera abluimus ualde pungit, & mordicat. Quartò ſolet calefacere ſtrenuè uentriculum labefactatum. & eſt hæc cõmunis opinio, & experimentum meum. Ita enim calefacit, quòd ſi in intemperiebus calidis detur, fouet, & auget intemperiem. Ideò Guaiacum colligimus calidum eſſe; nam omnia amara neceſſariò calida ſunt; & ſi frigida ſint amara, illa conſtant ex duabus partibus, quarum altera, quæ eſt in ſuperficie amara, & calida eſt; frigida autem latet, & plures ſunt partes latentes, quàm manifeſtæ, ideò refrigerat, at in Gaiaco multæ ſunt partes amaræ, & non tantùm ſuperficiales, nam prima decoctione amarum eſt, in ſecunda remanet amaritudo: & propter hanc rationem aſſero totum amarum, & per conſequens calidum. Acria omnia calida ſunt, ut in pluribus, At in guaiaco ſemper acredo adeſt in primo, ſecundo, & tertio decocto ergo calidum eſt. præterea uſus confirmat, quia calefacit. ſed in quo gradu? eſt ualdè calidum: & quamuis quidam dicant eſſe temperatum; eo quòd ſanat homines à multis morbis calidis, & frigidis, calidos tepore ſuo, frigidos etiam tepore ſuo dicunt morbos profligare; Decipiuntur tamen iſti, & cerebrum non habent, cum teſtentur medicamẽtum amarum, mordax, eſſe moderatum. ſi Galeni artem callerent, id non dicerent; nos uidemus amarorem, ergo adeſt materia ſuffocata calida multa; abhorret ſenſus, ideò eſt calidum in principio tertij gradus, uel in ſecundo finiente. Calidum igitur ſit. Præterea nos uidemus, quòd medicamentum hoc ualdè ſiccat, ſæpe enim capimus decoctum guaiaci, & madefacimus linteolum, quo inungimus ulcera, & puſtulas non ſolùm Gallica, & ſanantur. Ego uidi in lippitudinibus, & perturbationibus oculorum, & lachrimas, & fluxiones deſiiſſe

Gradus caliditatis ligni.

Lignum ſiccat.

ſiiſſe

uiſſe ob decoctum Guaiaci, & maximè corticis: ergo medicamẽtum eſt ſiccans in eodem gradu. at in cortice maior adeſt uis ſiccandi, ueluti caliditas aliquantiſper cedit, maior enim eſt in ligno, quàm in cortice: in cortice ſiccitas maior, ſed hic exceſſus ita paruus, ut inſenſibilis ſit. Inter omnes alias facultates habet, quòd ſanat Gallicum, non quia ſiccet, aut calefaciat, ſed quoniam ligni natura talis eſt; Nam ad id, quod à tota ſubſtantia lædit requiritur medicamentum à tota ſubſtantia ſanans. Hanc ſubſtantiam ſolus Deus ſibi reſeruauit, nos cognoſcere non poſſumus. Cortex ſiccior.

An lignum indicum ualeat ad alias infirmitates. Cap. XLII.

AN uerò omnes morbos ſanet nec ne? ego credo quòd hoc medicamentum ſit bonum ad alias affectiones, cum tota ſubſtantia agat. Exempli gratia ego uideo antiquos uſos ſcamonio ad expurgandum, & etiã ad exiccandum, ſquama æris ad expurgandum corpus, & etiã ad detergendum, ſiccandum, excalefaciendum. Idem dico de Veratro albo, & Nigro ad expurgandum humorem melancolicum, & ad calefaciendum. altera facultas pendet à toto temperamento, altera uenit ab elemento prædominante. Idem dico de hoc ligno, quàmuis faciat ad Gallicum expellendum à tota ſubſtantia, tamen quoties ſiccandum, roborandum capud, & uentriculus, medicamentum eſt præſtantiſſimum; ſed tamen non probo, quòd in omnibus morbis tribui poſſit. Ego ſanaui uertiginoſos, podagricos, dolores articulorum patientes, roboraui uentriculum, & capud: & ſi hoc poteſt facere iua artetica, reſina terebentina, poteſt etiam hoc decoctum. ſed ego magis probo lignum ſanctum quàm Guaiacum, quia habet pinguedinem maiorem, & uim fortiorem. Hæc ſint ſatis de hiſtoria, ſpeciebus, loco, & facultatibus ligni. Videamus iam uſum Scamon. Squama æris. Veratrum.

De modo utendi ligno indico. Cap. XLIII.

VTuntur autem ualdè uario modo, alij puluerem exhibent, & conficiunt confectionem ex ſaccaro, & pul. alij faciunt paſtillos, & pillul. alij electuaria parant. alij flores exhibent ſaccaro conditos, quia habent uim ſoluendæ alui. alij germina tenerrima ſaccaro præparant, alij ſyrupum ex ſucco foliorum inde delatum uſui habent; alij radicem magnoperè probant: & ex hoc colligimus medicamẽtum hoc habere in ſubſtantia ſua neſcio quid temperati reſpicientis humores corporis humani quòd flores ſoluant aluum, ego teſtis ſum; quia à Laurentio Piſcobaldo (dum eſſem Piſis) habui uaſculum ex floribus huiuſmodi; color erat luteus cum amarore de- Flores aluũ ſoluunt. Syrup. ex foliis. Radix.

uicto à ſaccaro, ſicuti fit in roſis & borag. Omnes autem, qui ibi ſcripſerunt, ubi folia uiridia habentur, teſtantur quòd ſuccus foliorum plantæ exhibitus celerrimè ſanat; & ſemper ſoluit aluum. Ideò non malè faciunt, qui continuatis per pharmacum factis expurgationibus, dum bibitur decoctum, ſanant ægros, licet quidam dicant, quòd impeditur actio ligni, imò cū nos habeamus lignum uiride bonum erit admiſceri aliquid: propterea Empirici decoctum Guaiaci miſcent cum uacuantibus. præterea Mattheolus, Braſau exhibent quoddam genus uini cum ligno hoc. ſed de his aliàs. aliqui ſunt qui exprimunt ex teneris germinibus ſuccum: Hiſpani aliquando ſyr. deferunt. Alij contendunt in radice efficaciſſimam adeſſe uim, & ita decoctum parant, alij utuntur tantùm cortice, & ſunt Empirici noſtrorum temporum. Bonus eſt uſus, ſed potior ligni. Ego credo maiorem uim ineſſe ligno; quoniam ego uideo, quod in omnibus fermè uegetātibus facultas potiſſima ſolet reperiri in humido radicali, & unctuoſo, quod reperitur in eo, quod oleum appellamus: cumq; in ligno copioſum contineatur hoc oleum, ergo copioſior uis in illo, quam in alio: illa expurgant magis, quia recentia ſunt; ſi haberemus lignum recens idem faceret: præterea in uſu ligni ſi unctuoſum lignum capimus, citiùs intentum aſſequimur: ergo uires in oleoſa ſubſtantia continentur. Reperitur etiam uis in radicibus, ſed hæ pluri moſcatent excremento, quia terræ infixæ, & ex his pabulum non adhuc ita benè digeſtum, ſicut in ramis attrahitur. Vtamur ergo ligno.

Nota q̄ iter exhibēdum lignū pharmaco purgādum.

Vinū ligni.

Ligno uis maior q̄ cortici.

Quale lignum ſit eligendum. Cap. XLIIII.

CVm igitur conſtitutum ſit ex ligno uſum præſtantiſſimum, neceſſarium eſt, ut ueniamus ad modum utendi ligno: in quo hæc obſeruare debetis: primùm quale lignum, & qualis cortex eligendus, ſecundò præparationem, tertiò modum exhibendi, quartò rationem uictus in exhibendo ligno. Primùm ad electionem non eſt dubitandum, quòd debemus præſtantius eligere, & eſt palus ſanctus, uel lignum ſanctum, hoc eſt flauum pingue, nullam nigredinem habens. ſi hoc habere non poſſumus accipiamus Guaiacum, cuius maior eſt copia. In unaquaque autem ſpecie mediocre præſtantius eſt. Nos habere poſſumus ex antiqua, mediocri, & iuueneſcente arbore. Mediocre lignum erit, quod non erit totum nigrum, nec maiori ex parte album, non tenue, non craſſum. ego eligo mediocre, quia magis uiget unctuoſitas in mediocri, quam in ſeneſcente. In iuueneſcente, quàmuis maior ſit, eſt tamen excrementoſa. Præterea debemus præſtantiſſimum eligere ratione morbi. in ualentiſſimo ualentiſſimum eligimus, ut ſi affectus inueteratus capimus palum ſanctum mediocrem. ſi mitis morbus poſſumus mitiori ligno uti in genere, & etiam in

Electio ligni

ſpecie. Præterea habenda ratio ætatis, nam in ſene utimur ſeneſcente planta, in robuſto mediocri. Quartò pro tempeſtatibus anni ſolemus eligere lignum, in frigida enim ut potè hieme, calidiori, acriori, & amariori, (hoc autem ſenſu percipimus) æſtate utemur minus acri, & minus amaro, uel ex ueteri, uel iuueneſcente arbore. Quæ autem ſunt notæ, ut nos perfectum habeamus? Eligimus ſemper ex uetuſta arbore Guaiaci, quod habeat magnam quantitatem nigri, ſit craſsiſsimum, cortex ſit craſſus, & ita hærens ligno, ut uix ferro ſeparari poſsit, & quoties uidetis corticem facilè ſeparari à ligno (quoniam maceratum eſt lignum aqua ſalſa) peſsimum eſt in mediocri ligno, mediocria ſint omnia Sed curetis, ut abradatur portiuncula ligni, & inter abradendum, ſi non percipitis odorem ligni, dicatis eſſe uetuſtiſsimum, uel corruptum. Tertium ſignum eſt, ut dùm abraditur pingue uideatur, ita ut præ pinguedine ſcobina gliſcat. Quartò guſtetis raſuram, & ſi mordicat ſtatim fauces, & poſtea amaritudinem ſentiatis præſtans eſt Præterea admoueatis ſcobinam, uel ſerram, ſi lignum habet poros manifeſtos, & dum limamus apparent foramina parua, & ſuperficies non remanet æqualis, & plena, peſsimum eſt; hinc decoctum clarum fit, non amarum, non acre. Addatis quòd ſit ualdè ponderoſum. Præterea non habeat in parte albedinem, quæ non inclinet in pullum colorem, & recurrentes uenæ per partem albam non ſint nigræ, ſed ſubuirentes liuore infectæ, quia ſecus eſſet corruptionis inditium. Experimentum demum ligni eſt ut abradamus, raſum coquamus. ſi decoctum turbulentum, ualdè amarum eſt, & acre, bonum eſt. Corticis notæ ſunt primum, ut ſit ex mediocri, uel antiqua arbore, malus cortex ex tenuiori ramo: cognoſcimus autem ſi ex arbore annoſa ſit, uel mediocri, quia habet fruſtra magna, & canales nimium patentes: ſecundò requiritur, ut cortex ſit ualdè craſſus; tertiò, ut ſit ualdè durus: quartò, ut in interna ſuperficie uideatur ueluti niger cinericio inſperſo colore. Talis color eſt color præſtantis corticis, ſi frãgatur uidetur niger, at non ut Ebenus. Iſta ſunt corticis optimi indicia. ſed notate unum. ſuperioribus annis Hiſpani detulere corticem, qui erat ſimilis in exteriori, & interiori parte cortici Guaiaci: ſed cortex hic non uidebatur ueſtire plantam maiorem, quàm quæ duobus digitis ſimul iunctis comprimi poſsit: Hic cortex ita exiccat, ut ad tabem homines reducat, & propterea Venetijs, Florentiæ, & Ianuæ fuit interdictus, & dubito ne cum cortice bono miſceatur; Timete ergo illum diabolicum corticem, & abigite etiam corticem tenuioris Guaiaci cum eo: ſi canalis eſt anguſtus expellite, & non dubitate Gaiaci bonum corticem ex tenui trunco proijcere, ut ægros ueſtros tutò, & ſine noxa ſanetis. iſtæ ſunt notæ, quibus nos debemus huiuſmodi corticem eligere. Iam ad præparationem ipſam deſcendamus.

Notæ ligni optimi.

Corticis notæ,

Not. corticis adulteratio.

De præparatione ligni. Cap. XLV.

Cognita ligni Indici Natura, propoſita etiam electione, qua poſſimus præſtans cognoſcere, atque ad uſus eligere, ſequitur, ut ad ſecundum capud aſcendamus, quod ad præparationẽ pertinet: Morbus Gallicus poſt alterationem uniuerſi corporis requirit antidotum Guaiacum ſcilicet: Ex quo aliqui, corticẽ; aliqui, radices; alij, ligna accipiunt. Nos quia non habemus ſyluas huius ligni, ligno ſancto, trunco, & cortice tantùm utimur, ex quibus fit decoctum, ſed potiſſimùm ligno, cuius uſus uarius, uaria etiam eſt præparatio, ſicuti accidit medicamentis alijs: aliquandò facimus decoctum ſimplex, & purum, aliquandò compoſitum, ſic etiam ligni decoctio quædam ſimplex, quædam compoſita. ſimplici utimur in leui incipiente Gallico: ſecundò in imbecillis corporibus: at in Gallico compoſito, recidiuam paſſo, inueterato, & in robuſto corpore ſolemus uti compoſita decoctione, ac uaria. Primùm loquamur de ſimplici decoctione: hæc ſolet fieri duplex, & ita conſtitutum, & poſitum in conſuetudine eſt apud omnes medicos: & rari ſunt, qui ſemper bis non coquant: & ita faciunt primùm decoctum, quod ſyrupum uocant, ſecundum uerò, quod Potum pro prandio, & cœna appellant. Verùm aliqui tres parant decoctiones, tamen dimittamus hoc, quod non eſt in conſuetudine: loquamur de certo, & frequenti uſu. Iſtud decoctum fit primùm præparando lignum, quæ præparatio fit per comminutionem ligni, ut poſſit optimè macerari, & decoqui. Sed non eadem ratione comminuitur lignum. In *aliquot locis aſcia, (ſicut uos uidetis in ligno uerzino) in fruſtra ſecant minima; alij apponunt lignum torno, & cum inſtrumento cædente comminuunt: ſunt aliqui, qui ſerrando ſenſim in minutiſſimas particulas reddunt: ſunt qui ſcobina pectinaria: uos uidetis iſtos, qui faciunt pectines oſſeos, habent ſcobinam aſperiorem, qua collimamus lignum, & eſt lima lata quatuor digitis. & ita comminuitur lignum. Præſtantior harum præparationum quæ eſt? Dico illam meliorem, quæ præparat lignum ad maturationem, ſecundò quæ non corrumpit lignum, & quæ breui temporis ſpacio terminatur. Illa quæ eſt in uſu Venetijs, qua limatur lignum, præſtantiſſima eſt ratio, quia citò agit, quia minutiſſimè limat. Præterea quodammodo præparat lignum ipſum. Hoc inſtrumentum ſcobinam uocant, eo quòd ſcobem ligni faciat; uulgò, ſcoffina dicitur. Hic Patauii ſolent uti pectinariorum inſtrumento, ſed non placet: Interea dum ſcobina comminuimus, lignum accipit teporem quendam, quo fit, ut quaſi fermentetur: cum limatur lignum conſpicite aceruum ſcobis creſcentem ueluti aceruum formicarum, ſi imponitis manum teporem percipitis ſuauiſſimum. Hac ratione comminuto ligno, duplo turbidior, duplo acrior fiet de-*

Præparatio duplex.

Simplex decoctio duplex.

Comminutio ligni uaria.

Melior præparatio eſt per ſcobinã.

coctio, quàm ex alio ligno aliter comminuto: Hæc ergo ſit prima præparatio ligni: ſequitur modò, ut de ipſa decoctione tractemus.

De decoctione ligni. Cap. XLVI.

Decoctio.

FActa hac præparatione deuenimus ad decoctionem. In qua notare debetis, quòd communis hæc eſt ratio, ut pro qualibet uncia ligni limati detis libram aquæ 12. unciarum. Verùm tamẽ eſt, quòd ſi habeamus negotium cum tenero adoleſcente, calido habitu, & æſtate, tunc ſolemus pro qualibet uncia ligni accipere lib. unam cum dimidia aquæ; ſed ut plurimùm ſtata eſt conſuetudo, ut pro qualibet unciæ libram aquæ capiamus, at in conficiendo decocto ſolemus accipere lib. 1. ligni, & 12.ª lib. aquæ, niſi fuerit æſtas, quando non poteſt ſeruari ſyr. & tunc capimus ligni unc. 6. aquæ lib. 6. Hieme lib. 1. cum dimidio ligni, aquæ uerò lib. 18. in mediis temporibus lib. 1. ligni. & lib. 12. aquæ.

Maceratio.

Sed aſſumptam ſcobem ligni oportet macerare per 24. horas aliquandò tamen magis, aliquandò minus. Solent noſtri ſeplaſiarii macerare lignum in aqua frigida, ſed non placet. obſeruate differentiam inter decoctum, in quo maceratur lignum in aqua frigida, & in quo maceratur in aqua calida, nam duplò acrius, & amarius, atque turbidius erit decoctum, in quo lignum maceratum fuerit in aqua calida: Macerate ergo in calida, ita ut ferueat: Præterea obturetis optimè uas, quod collocetis in loco, ubi ſint furfures, & ſepelliatur uſque ad medium in furfuribus, nam hac ratione ſeruat diù calorem; deinde operiatur uas pannis linteis, ut fiat maceratio optima, & decoctum bonum:

Vaſa in quibus paratur decoctum.

Notanda eſt etiam ratio uaſorum. Aerea non laudo; quoniam cum decoctũ pingue ſit, & omne oleum alteret æs, acquiret malam qualitatem, & malum ſaporem: ideò aut habeatis lapideum uaſculum quod defertur ex lacu Lario, uel Comenſi, & dicuntur uulgò lauezzi, aut ollas teſtaceas nitro obductas: Præterea uaſa ænea ſtamno oblinita optima ſunt: Præterea uaſa uitrea perfecta eſſe ſolent. Sed not. quòd decoctio iſta dupliciter fieri poteſt, aut duplici uaſe, aut ad ignem ſiccum: conſuetudo, facilitas, ægeſtas obtinuere, ut plurimùm conficiamus ad ignem ſiccum: abundantia, & commoditas inuenit, ut coquatur in duplici uaſe, hoc eſt, ut uas decoctionis ponatur in caldario pleno aqua repleto quinctiam palea, ne fiala uacillet, & hæc eſt uera ratio decoquendi, quoniam tunc fit uera elixatio quaſi naturalis, ex calore humido.

Dubitatio.

Aliqui dicunt decoctum fieri dilutius hoc modo.

Solutio.

iſta non ſunt dicenda: exemplo poſſumus hoc reprobare aquarum multarum in balneo mariæ paratarum, quæ præſtantiores ſunt; nam per aduſtionem nõ fit melius decoctum, ſed per maiorem eliquationẽ, atque mixtionem, quæ a calido humido in balneo accidunt mariæ, neque

partes unctuoſæ, aut calidæ ligni ita diſſoluuntur, igitur decoctum meracius, turbidius, acrius, amarius, & ideo hunc uſum magis laudo, quàm in ſicco igne. Diligentiores coquunt in uitreo uaſe, & fœlicisſimo ſucceſſu; quia fit purisſimum decoctum ſine corruptione, & ſapore aliquo: Præterea cum uaſa illa ſint anguſtiora non multa fit exhalatio, & idcò magis elixatur, & concoquitur lignum, igitur in eligendo uaſe eligite habens anguſtisſimum os, & ſemper coquatis cum operculo ſatis comprimente ne ita

Norma faciendæ decoctionis. *facilè abſumatur aqua, & euaneſcat: Coquitur decoctum hoc lento igne. Primùm ſolemus lignis excitare ſeruorem; quùm incipit feruere, parua flammula carbonum utimur, ereptis lignis; ſed continuata debet ſuccedere ebullitio Bulliat ad conſumptionem medietatis; hoc eſt ex uſu communi: Verùm ſi requirimus maiorem exiccationem, & uim medicamenti ualidiorem, deſcendimus ad conſumptionem duarum tertiarum: ſi minus exiccans quærimus, & dilutius, uenimus ad conſumptionem unius tertiæ; Ita quòd primo modo remanent ſex libræ; ſecundo, quatuor: tertio, octo: Hæc eſt norma faciendæ decoctionis; quæ ſolet aliquandò refrigerari antequàm coletur, aliquandò bulliens colatur panno mundo, & ſpiſſo, ne lignum turbet decoctum: ſed non multùm refert an frigidum, an calidum coletur, niſi timeamus uaſis prauum ſaporem, ſin minus linquite. Hoc eſt primùm decoctum. at inter coquendum ſpuma colligenda eſt ad uſum, qui*

2. decoctio. *patefiet. Secunda decoctio fit hoc modo: Accipimus idem lignum, neque amplius maceramus, & in eadem quantitate aquæ decoquimus: & conſuetudo obtinuit, ut bulliat ad conſumptionem tertiæ partis, ex 12. lib. reliquuntur octo, ſed in hoc ſecundo decocto ſolemus augere quantitatem aquæ, quoniam aliquandò addimus 18. lib. aquæ, aliquandò 15. hoc ſolemus facere quando bibaculum ægrum habemus, qui uult quatuor, & quinque ciathis explere ſitim: ſecundò augemus doſim aquæ, ſi fuerit æſtas, quoniam coguntur ægri tunc bibere inter cœnam, & prandium: Præterea quandò habemus habitum calidiorem, & quandò calida tempeſtas adeſt. quùm igitur 18. lib. aquæ capimus remanent 12. quùm capimus 15. remanent 10. & hoc eſt in prandio, & cœna bibendum: Alij ſolent addita noua aqua li-*

3. decoctio, *gno eidem facere tertium decoctum, quod fit pro ablutione manuum & faciei. aliquot ſunt, qui conſuetudinem habent attrahendæ aquæ per nares pro ablutione muci, uel alterius ulceris: alii abluunt ulcera aliarum partium. aliquot habent rhagades in ſede, aliquot hemorroides, in hoc caſu hoc tertio utimur decocto. Notate tamen, quòd aliqui medici exhibent primũ decoctum etiam pro prandio, & cœna, & ita unum tantùm faciunt, ſed hoc raro eſt, & quando uolunt nimis exiccare. Vnum addo ſolemus in emaciatis corporibus, in imbecillis uiribus præparare lignum cum iure carnis uitulinæ, pulli, aut hædi, quod ius non ſit pingue, & ſic eodem modo coqui-*

tur : & neceſſarium eſt ſcire hoc. Et hæc de ſimplici decoctione dicta ſint, modò ad compoſitas tranſeamus.

De compoſitis decoct. ligni. Cap. XLVII.

D*Ecoquitur lignum Indicum non ſolùm ſimplici ratione dicta, ſed etiã uario modo miſcetur, & componitur : ſed primò ſimpliciora, deinde compoſita magis proponam : Magis ſimplex decoctum eſt ex cortice, ligno; & aqua tantùm, & hoc utuntur probatiores medici, quando uolũt habere decoctum robuſtum. Ratio conſiciendi hæc eſt. ut accipiamus eandem quantitatem ligni, & eandem aquæ, & addamus corticem, qui nõ habet quantitatem determinatam, aliquandò enim eſt duarum, aliquandò trium, aliquandò quatuor unciarum pro libra 1. ligni, at pro ſemuncia corticis addimus lib iiij. aquæ : exempli gratia, lignum erit unius lib. & duæ unciæ corticis ; aquæ lib 16. quandò uolumus robuſtius medicamentum, capimus ligni lib. 1 cort. unc. 6. aquæ lib. 18. uerùm contundimus corticem in puluerem non tenuiſſimum : & poſtea maceramus 24. horis. coquimus ad conſumptionem tertiæ partis, & eadem ratione, qua dictum eſt in ſimplici decoct. In aliquot locis parant huiuſmodi decoctum cum uino. Hic non eſt in uſu, at in Hetruria multis in locis. Huiuſcemodi decoctio hoc modo paratur. Recipe ſcobis Guaiaci lib. 1. corticis eius lib. ſemis; aquæ lib 18. infundantur hæc ſecundum artem, bulliant ad cõſumptionem duarum tertiarum, ita ut ſex lib. relinquantur decocti, hoc facto addunt tres lib. uini potentis albi, ſubdulcis. Habent apud Ligures uinum præſtantiſſimum in hoc caſu, quod appellant Raceſia, & eſt genus iucundiſſimi uini, & uinoſi; ſed habet hanc notam, ut ſuperet omnia genera uinorum in excipiendam qualitatem, & ſubſtantiam medicamentorum. Apud inſubres & in tota Gallia tranſpadana uſque ad Pedemontanã regionem habent uernaciam uinum robuſtum: in partibus, quæ circa Romam, & in Neapolitano agro habẽt uinum Neapoli delatum dictum Greco di Somma. Habemus nos Romaniam. Maluaticum non eſt bonum: corrumpitur enim citò, & non admittit medicamenti qualitatem: additur igitur uini lib. 3. & poſt ebullitionem unicam eripitur ab igne, & ſeruatur pro ſyrupo. poſtea fit ſecunda decoctio uſque ad medietatem; & additur uinum, ut ſupra, quod exhibetur pro prandio, & cœna : & illud quod additur pro potu non habet certam normam. ſi uolumus ſuauiorem addimus maiorem copiam uini : Aliqui infundunt lignum in uino, & faciunt totum decoctum ex uino ; ſed hoc peſſimum eſt ; quia uinum non eſt apta materia ad macerationem: Præterea in longa ebullitione amarorem quendã acquirit, & hac ratione laudo communem uſum macerandi in aqua, & demùm*

Decoct ex ligno & cortice.

Decoctum cum uino.

additur uinum hoc,uel illud. Vinum autem additur dupliciter,uel ut ſatisfaciat medicamentum,uel ut non acceſcat,aut remaneat in uentriculo. aliquandò accidit,ut totum decoctum expuatur, ideò ut citius penetret additur uinum. ſed ſi poteſt fieri ſine uino præſtantius eſt. Habemus quinetiam compoſitius medicamentum : eſtq;. ligni Guaiaci lib. 1. corticis lib. ſemis,aquæ lib. 18. macerantur hæc ſecundum artem, deinde bulliunt ad conſumptionem tertiæ partis, poſtea addimus Cardui benedicti,cuius frequens eſt uſus * Chamedryos, Betonicæ, Pentaphili ana manip. 1. Iterum bulliunt ad medietatis conſumptionem,ita ut totum decoctum non ſit pluſquàm 6. lib. poſtea addimus uini lib.iii. & poſt unicam ebullitionem colamus,& exprimimus. Eſt alius modus. Recipe idem lignum,eundem corticem,& eandem quantitatem aquæ,macerantur, bulliunt, eodem modo, deinde additur Roriſmar. feniculi, ſtecados, betonicæ ana manip. 1. ſemi. aniſ. Vnciam 1. bulliunt iterum ad conſumptionem dimidiæ partis, ut relinquantur. 6. lib. & tunc adduntur tres lib. uini modo dicto. Vltimò conficimus alio modo. Recipe eandem quantitatem ligni,& corticis,& addimus,poſt macerationem,& ebullitionem, radicum enulæ campanæ, radicum alteæ, radicum ſiccatarum iridis ana unc. 1. capill. ueneris,liquiritiæ, ſtecados, ana unc. ſemis : bulliunt ſimul ad conſumptionem medietatis, & demùm adduntur lib. iii. uini, & fit eodem modo, iſta ſunt decocta in uſu apud Empiricos,& alios medicos: Qui ſolent hæc exhibere non faciunt ſecundùm decoctum, ſed parant uinum ex Guaiaco,quod propinant in prandio,& cœna,& hoc modo parant. Recipe ligni indici lib. 4. corticis pulueriz. lib. ii. capill. uener. cetrach, florum cordial. radic. bugloſſ. foliorum cicor. ana lib. 1. ſaccari lib. iiii. uini albi maturi,ſtomatici, impotentis lib. 150. ponuntur medicamenta omnia in aliquo uaſe ligneo,& accipitur uinum, & feruidum redditur, & poſtea in cadum illum infunditur, ubi macerantur per tres dies clauſo cado ; poſtea diligentiſſimè colato, & ſeruato pro potu in menſa lymphato cum decocto ſimplici ſecundo, aut etiam puro, utimur pro potu. & ægri bibunt felici cum ſucceſſu ex conſilio probatiſſimorum medicorum, Præceptor meus Braſſ. & Mattiolus ſolent in his decoctis admiſcere medicamenta purgantia, & Venetijs fœminæ, & Tonſores ſolent uti his. Admixtio medicamentorum purgantium in ſyr. non diſplicet ; non utor tamen continuò : quia non eſt tutum medicamentum : ſi enim Guaiacum recens, uel ſuccus foliorum ſoluit uentrem, & ſanat ; ergo poſſumus in ſyr. ſoluentia medicamenta admiſcere : ideò, ſi ægri leuiter ferunt, atque uentriculus, laudo : Mouet me hæc ratio : lego enim in hiſtorijs, quòd non omnes Indi capiunt ſuccum foliorum ratione ſolutionis alui ; & idcò ſolent ipſi ſiccare lignum, & parare decoctum ea ratione, qua nos paramus : igitur hac ratione & probo, & improbo medicamenta

[Margin notes:]
Tertia decoctionis ſpēs compoſita magis.

* De hac Dioſc. lib. 3. c. 111. Plin. 24. cap. 15.

4. ſpecies decoctionis.

Quinta ſpēs decoctionis

Vinum ex Guaiaco pro potu.

Mixtio ligni cū purgantibus an bona.

menta ſoluentia cum ſyr. medicam̃ta purgantia mixta cum decocto, quod bibimus pro prandio, & cæna, ſunt diabolica; eſt enim admixta ſena, hermodactili &c. fugite hæc medicamenta. Ad rem igitur rediens laudo in ſyr. admixta ſoluentia, quorum normam, atque modum quærite apud Mattiolum. Habemus ultimum decoctum pro puerulis, & lactentibus: Nam ſæpè naſcuntur pueri infecti, uel ſolent à nutricis lacte infici. in eo caſu primùm nos ſolemus mederi Nutrici, ut illa decoctum accipiat: ſecundò duo facimus pueris. Primùm eſt quoniam exhibemus iuleb factũ ex decoct. Guaiaci. & ita Recip. guaiaci tenerrimi unc. iiij. aquæ gra. lib. iiij. infunduntur, maceratur ſecundum artem, & coquitur ad cõſumptionem duarum tertiarum, poſtea colamus, & accipimus medicamentum hoc, & cum ſufficienti ſaccaro conficimus iuleb. Vtimur autem aqua graminis; ut ratione aquæ, ligni non ſuccreſcant uermes ratione ſaccari naſcentes: Præterea ſecundò facimus decoctum ex Guaiaco ſimpliciſſimum, & deſtillamus in balneo Mariæ, & iſtam aquam dulcem exhibemus pueris bibendam. iſtæ ſunt rationes præparandorum decoctorum; in quibus notate quòd omnia conueniunt in morbo Gallico; at ego non utor, nec utar, niſi ſimplici illo decocto, aut compoſito cum cortice, uel cum uino, uel ſine uino. ego propoſui uaria decocta, quibus nunquàm utor; at quæ cum uino fiunt, quia inflammant, rarò utor. Ego ſi quid immuto eſt, quia loco aquæ communis, ſumo aquam cicorij, uel ſonchi pro temperando hepate calido, & aliquandò incoquo ſimul ſonchum, uel cicor. aliquandò ſoleo in ultima decoctione admiſcere paſſulas pro ſuauitate Itaq; ſciatis, quòd in morbo Gallico ſimplex decoctio præſtantiſſima, reliquis utantur reliqui medici, mihi non placent.

Vltimum decoctum pro pueris.

Secunda aqua pro pueris.

In quibus ægritudinibus utemur prædictis decoctis. Cap. XLVIII.

Vſus ſum iſtis decoctis, ſed non in morbo Gallico. & primò ego utor illa ultima decoct. compoſita in aſtmate, in deſtillatione frigida à capite, atque in maximo lapſu uentriculi. reliquis nunc in cephalea ex materia frigida; nunc in epilepſia, addita peonia; aliquandò in Iſchiade penultimo, & antepenultimo decocto. utor aliquandò in paraliſi, & in lippitudine oculorum, In fiſtulis lachrimalibus, & in ſumma in omni refrigeratione uentriculi, in refrigeratione articulorum, & podagricis affectibus ab intemperie frigida, uſus ſum huiuſmodi decoctis ſatis fælici cum ſucceſſu. Decoctum uerò ſimpliciſſimum dico facere ſemper ad morbum Gallicum incipientem, non rebellem: in inueterato in uſu eſſe compoſitum ex ligno, & cortice, aliquandò cum uino, aliquandò ſine uino:

concluſum ergo ſit, hoc, atque reliqua decocta compoſita, potius facere ad alios morbos frigidos uentriculi, cerebri, & articulorum, q̃ ad morbũ Gallicum; idq́; fit quãdò aquæ ſulfureæ non poſſunt: & quamuis (iuvenes optimi) non uideatis factam mentionem omnium iſtorum in conſultationibus; hoc eſt, quia recurrimus ad Thermas, tanquàm ad ſacras anchoras. uerùm quia poteſtis eſſe in locis, ubi hæ ſacræ aquæ deſunt, ideo docui uos, ut loco balneorum ſubſtituatis. ſequitur modò tractatio, quo tempore ſit decoctio iſta propinanda.

De tempore, quo exhibendum decoctum. Cap. XLIX.

Ver. *SEd quo tempore exhibendum decoctum? oportuniſsimum eſt Ver: quamuis enim nos calorem, ſudorem, & multam digeſtionem deſideremus; tamen nimius eſt calor æſtatis, reſoluta ſunt corpora, atque imbecilla quare medium ueris, & principium æſtatis oportuniſſimum tempus eſt:* Autumnus. *ſecundò eſt Autumnus: Aeſtas, & hiems importuna ſunt, altera propter calorem nimium, altera propter frigiditatem; ſed ſi ex his eligere deberem, eligerem hiemem; fugite caniculares dies: habemus Hippocauſta hieme, quibus temperatè calefacimus talamos. primo ergo in loco uer, ſecundò autumnus, tertiò hiems, quartò in loco æſtas. modò ad locum tranſeamus.*

De loco. Cap. L.

NOn in omni loco poſſumus exhibere decoctum. Antiqui ultra 50. annos ſolebant carceribus detrudere ægros, in loco clauſo, atque umbris cimmeriis obducto, & macerabant 40. diebus oſſa, & totum hominem: Benè agebant adeò ſæuus, adeò ferus, adeò immitis erat morbus: uerùm cum mitior ſit factus, non ita debent eſſe ſeueri Medici, Ideò nos exponimus in Talamo ſicciori, non expoſito uentis, munitis feneſtris papiro; pariter fores non ſemper clauſæ ſeruantur: præterea concedimus ægro domum exire, dummodò uenti ſileant, pluuiæ & nebulæ ſerenum, atque tranquillum aerem non perturbent; & præcipuè ſi æger mærore afficiatur: ſequitur, ut de quantitate decocti aſſumendi tractemus.

De quantitate decoct. aſſumendi. Cap. LI.

Quantitas decocti. *IN quantitate iſta ſeruamus has normas; primò affectum quantus ſit: ſi magnus, & rebellis magna quantitas exhibenda: ſin minus, cõtrà,*

In puero minorem exhibemus portionem, quàm in adulto. habenda etiā ratio complexionis: in calido habitu parùm, in frigido multùm: hieme magis, æſtate minus: ſi uentriculus debilis paucam damus quantitatē, ſi robuſtus immenſam. Hæc quantitas exhibetur, (quandò magna eſt) per duos ſyrupos; ſi pauca; per unum ſyr. tantùm. Prætereà à quatuor unc. ad decem diſtendimur. in uentriculo puerili à 4. uſque ad 6. in robuſto ad 8 in robuſtisſimo, & ualenti morbo ad 10. & 12. aſcendimus; ſed rarum hoc eſt. At ſeruanda eſt alia Norma. maior enim eſt doſis ſyr. matutini, quàm ueſpertini; quoniam matutina hora euacuatus eſt uentriculus, præterea ob ſomnum adeſt maior uis: eſt quinetiam ſeruandū aliud, in primis tribus, aut quatuor diebus non exhibemus, niſi quotidie ſyr. unum; idem facimus in extremis quatuor diebus in fine, at in reliquis, duos propinamus, matutina ſcilicet, & ueſpertina hora, quæ ſtata, & firma eſſe debet.

Quot diebus debet aſſumi decoctum. Cap. LII.

VSus obtinuit, ut decoctum Gaiaci exhibeamus ad 40. dies; quoniā morbus gallicus longus eſt; ideò longam curationem requirit; uerùm hoc agimus in mediocri: in incipiente uix ad 30. uel 25. aſcendimus, in inueterato ad 60. peruenimus. Quis erit terminus certus? Quandò uidemus, quòd ceſſarunt omnia ſymptomata; ſi ceſſarūt 25. deſiſtamus; ſin minus; perſeueremus, quouſque ſymptomata deſint. ſed ſi poſt 60. non ceſſent ſymptomata non linquatis, perſiſtatis inſtituendo uictum nobiliū, & æger uſque ad 100. dies bibat ſyr. ne redeat morbus, aut confirmetur magis. Sed duo ſunt ſymptomata rebellia, quæ ſi remanent, non ſperate ſanationem: ſunt quædam cicatrices calloſæ duræ, credo quòd bottones uulgò dictos habeatis; ſunt illæ cicatrices ueluti bottones; & niſi ad ultimam ſanitatem biberit æger, ſemper periculum imminet recidiuæ. Alterum eſt Gonorrhæa gallica, quæ ſi decocto, uel alio medicamēto non ceſſat (de quo loquar infra) ſeruatur etiam morbus: Ideò facite poſt 40. dies ut bibat ſyr. unum.

Terminus

Not.

De hora exhibendi ſyr. & de ſeruandis. Cap. LIII.

AD horas uerò exhibendi decocti accedentes, dicamus; Medici exhibent matutinum ante prandium per 4. horas, ueſpertinum ante cænam per 3. uel 4. horas, 6. horis poſt prandium, ſi autem euenerit, quòd non exhibeamus, niſi unum ſyr. matutina hora, non eſt tanta

Hora ſumendi ſyr.

Syr. ſit calidus.

habenda ratio: Addatis quòd ſemper ſyr. debet bibi ualdè calidus, ut cieat ſudorem. Secundò debet bibi ab ægroto declinante in lecto. ebibito ſyr. ſolent ægri ſuperdormire, & hoc tentandum eſt, ut citius concoquatur, & diffundatur per habitum: ſunt qui mandant cooperiendum capud, at de hoc dicam poſtea.

De iis, quæ uitanda ſunt. Cap. LIIII.

Venus fugienda.

SEd debet uitari Venus potisſimùm quandò exhibetur decoctum, ſunt qui ſemel utentes Venere non ſanantur: ſunt diabolicæ Ancillæ, Venereæ, excitantes deſiderij igniculos, dum decoctum præbent; fugite has, propellite extra domos. ſecundò fugienda eſt animi excruciatio. ſed fugiendus luſus cartarum, interdicatis ueſtris ægris luſum hunc: hæc enim mercatura eſt cum fraude maxima.

Animi paſſio.

De corrigendis. Cap. LV.

Nauſea.

ALiquot etiam ſunt corrigenda. & primum Nauſea quædam ſuperuenire ſolet, ex qua interdicitur potus ægris. huic occurrimus, ſi ſuauia cum decocto admiſcemus, & hoc eſt Iuleb, quod primis diebus cum eo infundimus. Aliqui præditi calido uentriculo Nauſeant, ideo paremus decoctum in aqua frigida ſunci, uel cicorij; præterea dilutum dandum eſt decoctum. Aliqui panem biſcoctum comedere non poſſunt: his occurrimus dando panem communem. præterea ſolent ſuccedere dolores accerrimi poſt 4. uel 8. dies uſque ad 15. his duabus rationibus mederi ſolemus, altera hortando ægrum, ut patienter ferat; quoniam hæc eſt natura ligni, & quamprimum ceſſat. altera fouendo partes, & inungendo; hoc autem dicam fuſiùs, quùm de dolore loquar. Succedit etiam ſuppresſio alui, & tunc laſſitudinem percipit æger: huic cliſteribus occurrimus alternis diebus. ſunt qui abhorent clyſteres, his ſemel in die exhibemus ſyr. cum duabus unc. mellis roſacei; & ſi erit homo, qui non poterit detergi à melle roſ. communi, admiſcemus mellis roſ. ſol. unc. 1. aliqui pillulam ex aloe præbent, ſed mihi placet mel. Aliquando ſuperuenit deliquium animi, & hoc poſt 14. dies accidere ſolet ratione tenuis uictus; ideò concedatis ouum quotidiè matutina, & ueſpertina hora: aliquandò offulam panis infuſam uino obtuli. ſed ægri quanq; concidere ſolent; quia non nutriuntur, uel quia biſcoctus panis paucus. tunc ouo exhibito, uel pane in uino occurrimus, ut dictum; at ſi uentriculus non concoquit panem biſcoctum, tunc date communem. Cognoſcetis autem hoc; quia quando datis pharmacum, cum eo educitur inſignis quantitas

Abhorrẽtes biſcoctum.

Dolores.

Suppresſio alui.

Deliquium animi.

decocti fului, ſublutei, turbidi, cum quo ſupernatant micæ, & fruſtula panis integra: in eo caſu occurratis huic ſymptomati, & date panem purum, & minorem decocti portionem, quam ſi cum Iuleb miſcebitis, melius erit. Hæc ſunt ſymptomata, atque eorum correctio. iam ad excrementa transeamus.

De excrementis. Cap. LVI.

IAm tranſeo ad id, quod ad excrementa pertinet. & Not. ꝙ duo ſunt genera excrementorum, quorum habenda ratio; unum eſt ſiccum, de quo locutus ſum ſ. feces. ſecundum genus eorum, quæ ſolent expurgare corpus tria continet, interea enim per lotium, interea per ſudorem interea per pharmacum educitur. & quamuis non ſit neceſſarium, ut materia expurgetur, ſed ut alteretur uiſcus, tamen bonum eſt: ſi fiat per lotium, optimum quidem: ſed nullus Medicus illam uiam tentauit; quoniã quamuis expurgatio bona, tamen non tentandum deferri materias calidas ad renes, & eo minus ſi adſit gonorrhæa; quia tunc proritabitur, et plus ſequetur incommodi, quàm utilitatis; per ſudorem autem ſunt ſolliciti Medici; quùm excitatur ſudor copioſus ſemper ſoluitur morbus; unde aliqui iuuant hanc uacuationem ſimpliciſſimo modo, ut æger tegatur pannis, ut ſit in lecto calido, & calidum bibat ſyr. alij capud operiunt ſed in hoc eſt difficultas: laudo in his, in quibus capud non æſtuat, at in quibus puſtulæ luxuriant, & defluuium timetur pilorum, non laudo, ut capud tegatur: Alij accipiunt panem calidum ex furno, & apponunt ad dorſum, & latera ægrotantis; ut percepto calore humido faciliùs ſudẽt. Non placet; quia inficitur panis, eſtq; mala ratio. Alij laterem calidum inſperſum uino obuolutum panno linteo ad pedes ponunt. hæc eſt bona ratio, & laudo. ſeruata tamen hac norma, quòd fugiatis in his, in quibus Rhagadibus pedes laborant. Vltima ratio eſt, ut per aluum excernantur excrementa. & Gaiacum ſolet aliquandò ſoluere uentrem. ſed aliquandò non facit. Maior pars Medicorum Roman. Hetruſcorũ, Gallorum, & Inſub. laudat euacuationem interpollatam per pharmacum; unde, ſi non ualida ſit euacuatio per ſudores, ſemper. 8. 10. uel 12. quoque die aliquid uacuans exhibeatur. at, ſi copioſus ſudor adſit, ſuperſedeatis à pharmaco; ſiue ſudor à natura, ſiue ab arte fiat. aliqui damnant uſum Medicamenti. non laudo hos; omnia enim argumenta, omnes rationes, quibus aſtruunt ſententiam ſuam, deſumuntur ab immutata euacuatione; certè non debemus immutare euacuationem naturæ. cum igitur per lotium, aut ſudorem natura euacuet, non debemus pharmacum propinare. Hæc eſt ratio demonſtrans. ſed quum dicunt, ſi ſudor non adeſt,

Lotium.

Sudor.

Ars prouocãdi ſudorẽ. An capud tegendum.

Pharmacum.

per inſenſibilem euaporationem ſit euacuatio; hoc falſum eſt; quoniam non eſt adeò tenue excrementum Gallici: at quum excrementa corporis quotidie per ſudorem copioſiſſimum excernuntur, ut inde integram ſperare poſſimus euacuationem, in hoc laudo, ut non exhibeantur medicamenta purgantia; cutis enim recipit excrementa, natura morbi propellit excrementa ad cutim, & ideò per ſudorem euacuantur: ſi autem nõ ſit ſudor copioſus, expurgandum pharmaco: Verùm Gal.in lib. de atra bile cap. 4.dicit, quòd per ſudorem euacuantur tenuiora excremẽta, ideò aliquandò Medicamentum purgans exhibendum; ſed rarò, bis ſcilicet, ut excrementa craſſiora educantur 20.ſcilicet die, & in fine. Medicamenta autem, quibus utimur in expurgando corpore, ſunt pill.cochiæ præparatæ cum Veratro. aliquandò ſena, cum Epithymo, & hermodact. additis paſſulis in eodem ſyr. aliquandò confectio hamech. ſolemus cum ſyr. miſcere ſyr roſ.ſol.ut dulcior fiat potio: Iam uerò ad uictus rationem deſcendentes dicamus.

Medicamenta purgãtia.

De Victus ratione. Cap. LVII.

Victus rõ.

SVperuenit tractatio de uictus ratione, dum aſſumitur decoctum: ſemper inſtituitur ſiccans, & tenuis ob paucitatem uictus ratio. Hæc autem conſtat in pane biſcocto, quem exhibemus primùm, ut alimentum inde aſſumptum ſiccius ſit, & ſic faciat ad ſuperationem tumorum. ſecundò quia huiuſmodi panis biſcoctus diutius manet in uentriculo, & ita ſolatur fami: tardiùs etiam manditur, & ita non excruciatur æger à fame. Tertia cauſa eſt. Cum panis ſiccus ſit abſorbet ſyrup totum, & ideò uentriculus optimè coquit utrunque: aliqui uolunt exhiberi panem hũc, ut retineatur ſyr.in uentriculo, ne facilè fluat, ſed ſciatis quòd diutiùs remanet ſyr in uentriculo, quàm panis; quia non attrahitur à uenis ſicut alimentum: Quantitas autem panis ſolet eſſe ab unc.iij. ad iiij. ut plurimùm autem unc iij.damus: ſi autem uentriculus imbecillus ſit ualde, exhibeatur panis communis: Cum pane aliquid datur; nam & obſonium requiritur. Hoc autem uariare ſolemus: primis, atque ultimis diebus damus portiunculam carnis toſtæ, aliquando elixæ, ſed rarò, ad tres uel duas unc.in reliquis diebus cum pane paſſulas aſſociamus. Ego uidi aliquos improbantes uſum paſſularum, quia integræ excernuntur: Non eſt uerum: ſunt folliculi puri paſſularum, qui excernuntur, ſunt enim coriacei, cartacei, duri; ſed tota medulla interna ſuggitur, concoquitur, & digeritur. Ego laudo paſſulas, quia contemperãt uiſcera. ſolent etiam loco paſſularum paruarum tribuere paſſulas maiores, & bonum eſt põdere unc. ij. aliquando pineos nucleos, piſtachia, amygdalas; quamuis amygdala-

Panis quantitas.

Carnes toſtæ.

Paſſulę.

rum uſum non laudem in uentriculis debilibus. [exhibent pineos nucleos; quia boni, ac craſsi ſunt ſucci, multùmq; nutriunt; ex Gal. lib. 2. de alim. facul. cap. 17. Piſtacia uerò, & ſi parùm nutriant, ad hepar tamen roborandum, & ſuccos in ipſius uijs infarctos, purgandos, utilia ſunt; unde Gal. non audet affirmare an ex ipſis ſtomaco ullum accedat commodum, aut inſignis læſio; quemadmodum neque, quòd aluum deijciant, aut ſiſtant ex eodem lib. cap. xxx. Amygdalæ uerò nihil prorſus habent facultatis adſtringentis; non ſubducunt uentrem; neque corpus multùm nutriunt; ſola enim tenuandi facultas, ac detergendi, in eis præpollet; ideò uentriculum imbellem infeſtant. ex Gal eodem lib. cap. 29.] Aliquandò concedimus Martium panem pondere unc. ij. Sed habenda eſt ratio ætatis, conſuetudinis, habitus Ruſtico dandæ unc. iiij. aut V. magis pueris, quàm ſenibus.

De Potu. Cap. LVIII.

P*Ro potu bibat ſecundam aquam, de qua bibat quantum uoluerit æger: ſed non credatis, quòd quantò magis bibunt tantò citius ſanantur: ſi autem bibere non poſſunt ſecundum decoct aliqui dant uinum paratum ex ligno, & cortice ſupra deſcriptum, dilutum tamen decocto ſecundo Gaiaci ſi ad 40 dies inſtituatur uictus ratio, primis. 4. diebus, atque 4. ultimis carnes comedant, intermedijs diebus biſcoctum cum obſonio tantùm.* Potus.

Quid agendum poſt dietam ſi intemperies calida hepatis perſiſtat. Cap. LIX.

P*Eracta dieta ſtatim obſeruare debemus, an hepar calidum ſit; & ideò inſtituatur medicamentum temperans. & eſt ſaccarum roſſac. borag. & ſacc. uiol. æquis portionibus, admixtis ſpeciebus diatr. ſandal. & aliquandò ad 20. aliquandò ad 30. dies exhibemus. ſecundò obſeruamus, quòd ratione ſudoris coaceruantur in externo corpore quædam excrementa, & ideò ad balneum arte factum mittimus ægrum pro corporis deterſione, ſi ſordidum fuerit: quæ autem ſint iſtæ ſtufæ audietis poſtea. Iſta eſt uia regia certa, & tuta, qua Gallicum ſanamus, & hac conſulo uos, ut utamini in ueſtris ægrotis. ſunt aliæ multæ, ſed primùm de quadam ratione ſatis leui, & facili agamus.*

De radice china. Cap. L X.

Cina.

SEquitur modò radix Cina,cuius Medici aliquot,præcipuè Galli, atq; Flandri habent maximam rationem: neque ſolum ad morbum Gallicum,ſed ad Phtyſim,ulcera pulm.in ſiris hepatis, in Atrophia, in lepra græcorum,in Elephantiaſi,& in Podagra utuntur. Hiſpani, & Luſitani deferunt hanc radicem: quo ex loco non conſtat. Appellant chinam,cinam,& Achinam. Nos Cinam uocamus: nondum ſcitur certò,qua ex regione afferatur. Nonnulli dicunt ex Occidua India deferri: Nonnulli ex India orientali ultra Taprobanem Inſulam, & Calecbut ex locis Sinarum, uel Silianarum, & ideò Cina, quaſi Sina, uel ſiniana uocata. Ego aliàs legi Epiſtolam Florentini cuiuſdam, in qua deſcribebat flumen magnum in Libicis littoribus Oceano ablutis & inquit Flumen habere latiſſimum alueum ſcatentem arena,inqua copioſa eſt radix; & ſubdit, quòd huiuſmodi radix habet hanc uim; quoniam flumen illud habet facultates noſtrarum Thermarum; unde omnes Indi ad hoc confugiunt, abluuntur, potant aquas, & ab omnibus ægritudinibus liberantur. Sed quicquid ſit, ſiue ex Cilianis,ſiue Silianis,aut libicis, aut occiduis regionibus deferatur,nihil refert. Radix hæc non eſt ualde longa,eſt admodum nodoſa: credo quòd cognoſcitis plantam biſtortam dictam, hæc habet radicem penitus ſimilem. Vidiſtis radices Arundinum talis eſt radix Cina. color eſt ſubruffus. pondus eſt mediocre: ſi bona eſt non eſt neque leuis, neque ponderoſa: odore,& guſtu deſtituitur penitus. de folijs,caulibus, fructibus,floribus nihil relatum eſt ab Hiſtoricis. Facultas iſtius medicamenti qualis ſit, à me non poteſt explicari reuera: non dubito quòd ſiccet. ſed quòd calefaciat, aut refrigeret nihil eſt, quod dicam: aut dicendum, quòd temperata ſit,uel ſi recedit à temperato inclinat in frigidum in primo gradu: decoctum enim inſipidum eſt,ideò ſi agit in morbũ Gall: propria ſubſtantia agit. CAROLVS V. ſatis felici cum ſucceſſu partim ob morbum Gall.partim ob Atrophiam,partim ob dolorem articulorum, accepit huius radicis decoctum, & dedit ei maximam authoritatem. Ego non potui uires eius attingere: Vtor tamen feliciter ad Hydropiſim,ad contemperandum humorem melancolicum, in lippitudinibus calidis oculorum, in intemperie calidisſima hepatis, uel uentriculi: at in morbo Gall.non utar; expertus enim ſum ter, & quater, & nunquàm aliquid potui aſſequi. Primis temporibus 36.diebus dari cæpit, iam ad 18.dies terminus peruenit: eadem eſt quantitas radicis; nam exhibebatur decoctum duarum lib.ſicuti etiam iam fit.modò dicamus quomodo paretur decoctio.

Cinæ deſcriptio.

Facultas Cinæ.

Quo-

Quomodo paretur decoctio Cinæ. Cap. L X I.

DEcoctum hoc modo paratur. accipimus radicem iſtam, & in fruſtra tenuia incidimus. poſtea capimus unc.ij.huius, & 12.lib. aquæ puræ; calefacimus aquam, in qua infundimus per integram noctem, uel 24. horis; poſtea apponimus ad ignem, & bullit ad conſumptionem medietatis, ita ut ſex libræ remaneant. non facimus niſi unum decoctum, quod ſtatim colamus, & taleolas extendimus ſupra tabulam, ut ſiccentur in umbra; quoniam iterum aſſumuntur ad uſum. decoctum ſeruatur in olla calida in cineribus, uel furfuribus; quia ſi tepidum non manet, aceſcit. Sed not quòd decoctum fiat in uaſe oris anguſtisſimi, quod ſubere, (dum bullit) clauſum maneat. huius decocti. exhibemus ſyr. matutina hora lib. 1. ueſpertina tantundem, uel unc.x. uentriculus facilè amplexatur; quia ſuauis eſt potio; poſtea ex eodem decocto potat æger: eius ſapor inſipidus eſt, color uerò iuris pulli gallinacei. ſed aliquandò uinum concedere ſolemus, aliquandò purum, album, imbecille, aliquandò magnum decocto admixtum, & hoc pro imbecillitate ægrotantis. Cibaria ſunt panis communis, carnes & elixæ, & toſtæ in moderata quantitate. ſolent accidere ſudores ualidisſimi, & ideò non exhibendum medicamentum purgans, niſi in fine. Et ita quotidie fit decoctum: nam ex duabus lib. accipimus quotidie duas unc. & ſic integra radix duodecim diebus perdurat, poſtea repetimus eandem radicem ſiccatam, & eius quotidie unc.iiij.incoquimus, & ſic perdurat.6.diebus, donec tempus 18 dierum abſumatur. ſi uerò 36.diebus exhibere uolumus ſic ſumimus unoquoque die unc.1. radicis, & coquimus in 12.lib. aquæ, ut fecimus: poſt 24.dies ſumimus repetitæ radic unc.ij. & ſic complebimus: ſed iam utimur 18.diebus. ſi autem fiat alui ſuppresſio; capimus decoct.cum ol. roſ.& mell.roſ.& addito ſale clyſtere efficimus, & ita lenitur aluus. Ego uſus ſum iſto medicamento in infirmitatibus uiſcerum, in cancris ex ulceratis, & in lippitudinibus felici ſatis ſucceſſu; ſed nõ in morbo Gall. Not.tamen quòd ex uſu radicis iſtius ualdè pinguis fit homo. reliqua miracula in noſtro orbe edere reſpuit. Cibaria.

De electione Cinæ. Cap. L X I I.

SI uultis eligere, ſumite ruffam, ponderoſam, non exeſam carie. & in hoc diligentes eſtote; quoniam ex 100 rad. nõ inuenietis 4 bonas. ſed duo uitia habere ſolent: alterum quòd ſunt ſpongioſæ, & leues; alterum quòd erunt exeſæ à carie. ſi uos non habetis niſi iſtas (ut plurimùm Electio.

ſunt) prauas & uitioſas , ſemper eligatis exeſam à carie, dummodo pon deroſa ſit ; quoniam minus mala eſt. eius, quæ leuis eſt, decoctum putreſcit , & non habet uim aliquam; nullum emolumentum inde trahit æger. Hæc eſt ſecunda ratio, qua Germani aliqui, atque Galli tentant morbum Gall. ſuperare: ſed Nos ad Tertiam deſcendamus, quæ Regiam præſefert Maieſtatem , & eſt ſalſæ periglia decoctum, quod ego expertus ſum felicibus auibus, atque omine bono.

De Salſapariglia. Cap. LXIII.

INter rationes ſanandi Gallici alias dixi eſſe Regias, alias nõ Regias. Regiæ ſunt, quæ tutò, & infallanter ſanant : non Regiæ, quæ non frequentiùs , & non ſine incommodo curant. Inter Regias, primas tenet dieta ex ligno Indico , quæ dicta eſt . inter has radix Cina numerabatur , quam ego non ualde probaui : ſupereſt altera Regia ratio, quæ fit per ſalſam parigliam . Hæc radix delata eſt ab Hiſpanis & Inſulis Occiduis, & à quibuſdam ſalſa pariglia appellatur ; eo quòd cum ea nil aliud medicamentum comparari poſſit. alij ſparta pediglia uocant : quoniam ſpargitur hæc radix ueluti pes digitatus : Vulgò in Italia dicitur ſarza pariglia: iſta, (ut audiui à fide dignis oculatis) oritur, in Inſulis Occidentalibus prope Maderiam, pullulatq; frequens in arena . iſtius eſt naturæ, ut producatur longa , & craſſa ; profert tuberculum uarijs in locis, ex quo erum punt capillares radices infinitæ , fibroſæ, & longiſſimæ. Radices autem , uel capillamenta illa, aliquandò tenuia, aliquandò craſſa exiſtunt : alba intus percurrente fibra neruoſa , & dura, quæ anima uocatur: cortex durus eſt, ita quòd uidetur ueluti concreta [illegible]ro circa medullam : Duum autem eſt generum ; alterum, quod habet corticem plenum, pinguem , & craſſum : alterum, quod habet corticem tenuem, & ſiccatum : utrunque bonum eſt, dummodo non adſit in exteriori ſuperficie præter modum nigredo ; & quantò longiora capillamenta, tantò præſtantius, dummodo album ſit, non exiccatum , ut palea. Radix hæc inſipida eſt habens ita paruum amarorem, ut uix ſentiatur : nullum habet odorem : Solemus habere craſſam : ſed ſi habet colorem intus ſubluteum, & apparent ueſtigia, ueluti uermium , hæc mala eſt , ueluti exeſa , paleacea effecta ; fugite illam : ſed magis iſtam : quamuis plena ſit, & habeat carnoſum corticem; fugite , ueluti uenenum, hanc ; quia peſſima eſt . Aliàs credebam eſſe radicem Ebuli , & perſtiti in ea ſententia plurimis diebus, donec Hiſpanus ad Ducem Flor. integram apportauit plantam , & hinc patuit error meus. & uidi eſſe radicem ſmilacis aſperæ , de qua Dioſc. lib. 4. & ſcriptores antiqui mentionem fecère . Quod magis confirmaui experientia:

Salſapariglia

duo genera ſalſę.

Smilax aſpera eadem cũ ſalſapariglia

Nam cum in monte Sancti Iuliani Piſis uidiſſem ſmilacem aſperam, curaui effodiendam, & ſemper uſus ſum loco ſalſæperigliæ, & per bienniũ illud, quo ibi fui, ſemper felici cum ſucceſſu plurimos à lue Gallica liberaui. cum igitur uiderem eandem materiam, eaſdem notas, & facere eã dem, imò maiorem experientiam, deueni in ſententiam dictam. Tota Romandiola ſcatet hac planta, in agro Ariminenſi ſimiliter copioſiſſima reperitur. eſt Cœnobium ſancti Benedicti, in quo pleno eſt copia cornu. inuenitur etiam inter Piſaurum, & Fanum. Eſt tamen differentia inter noſtram, & Indicam: quia illa, quæ defertur ex Hiſpanis, habet radices maiores, craſſiores, carnoſiores: noſtra, breuiora capillamenta habet, quia illa naſcitur in ſolo arenoſo, noſtra in ſaxoſo, & cum non multum alatur fit tennior. in reliquis, iſdem eſt ſapor, iſdem cortex, eadem medulla, & facultas, imò uiuacior in noſtra. Cum ego dexterim quòd ſmilax aſpera ſit Salſa pariglia, ueni in hanc ſententiam, quòd medicamentum ſit optimum ad profligandum morbum Gallicum. Dimittamus experimentum, cui nolunt credere pertinaces. Dioſ. dicit habere uim antidotam in morbis contagioſis, & connumerat folia, & grana inter ea medicamenta, quæ uenenis exhibentur; ideo Regium eſt hoc auxilium, & antidotum ad fugandam luem iſtam. & hac ratione ego fido ſalſæ, magis quàm ligno. imbecillior eſt certè ligno, habet tamen ipſa nobiles uires, quibus ſuperat Gaiacum. & eſt, quòd ſi poſt ſuperatum Gallicum reſtent ulcera, Rhagades circa ſedem, duplo citiùs ſanat hæc, quàm lignum Indicũ: Erat ſcolaris Papienſis, qui tofis oſſeis, & lapideis laborabat circa pedes, & Tibias, ego breui diſcuſſos illos uidi ope ſalſæperigliæ. & prima uice uſus ſum hac in milite Luccenſi, qui dicebatur il Capitan Capon; hic habebat in capite tumores, & gummata, quæ per decem dies euanuerunt omnia. Cùm ergo in Gallico adſunt ulcera, ad hoc medicamentum confugio, tanquam ad certiſſimum, & tutiſſimum auxilium. & ſi non facit prima dieta, facit ſaltim ſecunda, uel tertia. Præſtãs eſt Gaiacum, tamen ego utor ſalſa in leuibus, ſoleo etiã miſcere hæc duo ſimul. ſed prius doceamus modum conficiendi decoctum ſalſæ.

Differentia inter noſtrã ſalſam & Indicam.

Salſa melior gaiaco.

De modo conficiendi decoct. ſalſæ. Cap. LXIIII.

EGo ſemper ſeruaui hanc normam, ſicuti accepi ab Hiſpanis. accipio ſalſæ unc iiij. & aquæ lib. x comminuo ſalſam in partes minutas: et quia adſunt capillamenta, & tubercula, aliqui proiciunt tubercula. ſed malè faciunt. capite totam ſalſam, & ſecate in fruſtra parua, poſtea macerate in aqua calida per ſpatium 24. horarum. ſi eſt noſtra ſalſa macerate tantùm una nocte. ſed notate, quòd noſtra uiridi uti non

Decoctum ſalſępariglię

Salſa uiridi non utamur

debemus . ſiccate ; & maceretur per integram noctem in eadem quantitate aquæ . ſed quæret quis cur ſiccanda , ſi uiridis eſſe poteſt ? Quoniã in radice uiridi continetur humiditas quædam , quæ diſſoluit uentriculum , ut nihil magis . humiditas enim aquea ctuda id facit ; & hac ratione cæpi ſicca uti . ubi eſt macerata coquitur ad conſumptionem medietatis , poſtea colatur , decoctumq́; ſeruatnr ad ſyrupum. deinde eandem capimus ſalſam , & addimus aquæ lib. 15 . & ſine infuſione bullit ad conſumptionem tertiæ partis , & hoc decoctum ualet pro cæna, & prandio.

Secundũ decoct. ſalſę cũ uino.

Verum eſt , quòd aliquandò facio ſecundum decoctum cum uino, hoc modo . facto primo decocto accipio aquæ lib. 15 . & eandem quantitatem ſalſæ , & bulliunt ad conſumptionem medietatis ; deinde antequàm auferã lebetem ab igne addo uini albi , impotentis , ſubdulcis lib. iij . & poſt unicam ebullitionem ego colo . admiſceo autem uinum , aut quandò uolo,ut æger domo egrediatur , & uires ſtent ; aut quandò uentriculus imbecillis eſt; in reliquis nunquàm uinum admiſceo . ſoleo etiam miſcere corticẽ

Salſę cũ corticе Gaiaci mixtio.

Gaiaci cum ſalſa , & ita accipio ſalſæ unc.iiij.totidem Gaiaci ; aliquandò corticis unc.ij.non utrunque ; hoc enim rariſſimè accidit , nunc hoc,nunc illud addo . Recipe ergo ſalſæ unc.iiij ligni unc iiij uel corticis unc.ij.addo aquæ lib. 12 . bulliunt ad conſumptionem medietatis . Ad potum pro prandio , & cæna, accipio lib. 18 . aquæ, quæ bulliunt ad conſumptionem tertiæ partis, quandò addo corticem , eadem etiam ſit quantitas aquæ , quamuis duæ ſint tantùm unciæ corticis : Aliquandò , quùm habeo ægrum ſatis delicatum, & nolo exhibere hæc , coquo ſalſam in 12 . lib. aquæ ad conſumptionem medietatis : quùm facta eſt iſta coctio , ego habeo in catino uel ſcobem Gaiaci , uel corticis puluerem ; & ibi colo decoctum feruentiſſimum , & ita maceratur , & acquirit uires ; & hoc modo paratur ſyr. pro prandio , & cæna exhibeo tantùm decoctum ſecundum ſalſæ . Ratio , qua admiſceo eſt ; quia leuiter offendit uentriculum ſalſæ pariliæ decoctum : aliquandò ſoluit uentrem ; ideò guaiacum admiſceo. Secunda ratio eſt ; quandò habeo morbum, quem uolo eradicare , & opus eſt uti ſalſa . Tertiò quandò habeo inueteratum gallicum utrunque ſumo , & lignum , & ſalſam : aliquandò his addo, ſed rarò , corticem , & exhibeo huiuſmodi decoctum ea ratione,qua lignum ſyr. ueſpertinus eſt

Quantitas ſyr.

unc.6.matutinus 8 . aliquandò, quùm uolumus ægrum domo egredi,tantùm unum damus; tribuimus autem decoctum aliquandò ad ſuperationẽ

Terminus aſſumendi decoct.

ſitis. Dies ſint ad ſummum 25 . minor terminus eſt 15 . dierum. aliquandò præbemus ad 30 , & 40 .

De uacuantibus quùm bibitur decoct. ſalſæ. Cap. LXV.

INterea, dum bibitur decoctum, damus neceſſariò medicamentũ purgans. 8. diebus ſingulis, & ſolemus uti eodem ſyr. ſed infundimus ſenam, epithymum, & hermodatt. ſcilicet, foliorum ſenæ unc. ſemis, epithymi dra. ij puluer hermod drac. ij. liquir. drac. i. paſſularum unc. ſemis, ſyrup. unc. 8. & caleſacio ſyr. cui infundo hæc per totam noctem: matutina hora bullit, ita quòd tertia pars conſumitur; aliquandò loco hermod. addere ſoleo corticum rad helleb. nig ſcrup. ij. aliquandò ſoleo addere præter hæc ſyr. roſ ſol. unc ii. uerùm ſi æger nollet accipere potum, aliquandò exhibeo pill. cochias, uel pill de hermod uel conf. hamech. dum aſſumitur ſeruatur eadem norma, quæ in Guaiaco ſeruabatur. Notate tamen unum, quòd decoctum ſalſæ ſemper agit omnibus temporibus; Decoctum gaiaci agit hiemali tempeſtate.

De Ratione uictus. Cap. LXVI.

DVm exhibemus decoctum, ratio uictus eſt ex pane communi, uel biſcotto: aliqui comedunt paſſulas, uel panem Martium ex ſuo inſtituto; mihi uerò placet, ut comedant carnem aſſatam; ſi quis autem uti uoluerit tenuiſſimo uictu, ut animo ſuo ſatisfaciat, utatur, non enim impeditur actio: tamen ego ſemper concedo panem communem, & carnes matutina, & ueſpertina hora: aliquandò ouũ, aliquandò aliquod genus edulii leuis concoctionis: Nec dabimus fercula, nec acetaria, nec fructus. nec carnes ſalitas. & hæc de ratione uictus breuiter.

De cura ſymptomatum ſuperuenientium. Cap. LXVII.

SYmptomata adſunt eorum cura habenda: Curamus adſtrictam aluũ, ſicut in Gaiaco: aliquandò ſuccedit lienteria; ſalſa enim ſoluit aluum, relaxat nanque uentriculum aliquantiſper, non intollerabiliter. Lienteria cædit purganti medicamento. ego prius dubitabam poſtea doctus experientia unico ciatho uini ſano affectionem iſtam. dimitto enim ſalſam, & mando, ut in prandio, & cœna bibat uinum, uel miſceat cum medietate decocti. ſed interim à ſyr. non deſiſto. & unica die hoc modo ſanatur hic fluxus ſine incommodo: ſi uenter comprimitur; clyſteriis leniendus, atque humores ſunt interim pharmaco purgãdi, pro ut dictum eſt in Guaiaci tractatione. Lienteria.

De aliis ſalſæ facultatibus. Cap. LXVIII.

In catarrho. In cancris. & tumorib. In ſcrofulis. In lienis tumore.

SEd notate quòd hæc ſalſa non modo Indicam luem propellit, ſed ad multa alia utilis eſt, ut in catarrho deſtillante à capite, qui ſalſus, et acris ſit; in cancris non ulceratis; in tumoribus difficilis diſcusſionis, Et ego expertus ſum, quòd fæliciter ſuccedit in ſcrofulis. exhibeo autem hoc modo: per 40. dies accipio puluer. ſalſæ, & pulu. radicum Ruſci, uel bruſchi æquis portionibus, & quotidie dò huiuſmodi puluer. drac. i. cum uino albo, bono, dulci, & fæliciter ſuccedit. Expertus etiam ſum hunc pul. dum cum uino, uel aceto paſſulato exhibeo in lienis tumore, addita tamen Myrica: ſequuntur non Regiæ rationes.

De ſuffumigiis. Cap. LXIX.

Suffumigia.

Quibus ſuffumigia uitanda.

APud Empiricos ſuffumigijs quãdoq; Indicus morbus profligatur: quæ ratio curandi non eſt Regia, ut prædictæ. cauſa eſt, quia ſæpè ac ſæpiùs grauisſima ſuccedũt incommoda, nec ita tutò procedit talis curatio. quare ſemper probaui, ut talem (Quãtùm fieri poteſt) fugiamus. aliquibus enim pesſima, & lethalis eſt. ut in macilentis, in habentibus temperaturam calidam, & ſiccam, in his, quibus adeſt pectoris anguſtia, uel propter tubercula exiſtẽtia, uel propter obſtructa uaſa, uel quãdo deſtillat aliquid à capite. Perniciosa eſt quinetiam illi, qui ſputum cruentum quandoque edidit. Qui peripneumonia laborant, ſi ſuffiuntur, pereunt: poſtremò illi qui diſenterijs, uel lienterijs corripiuntur ab his ſuffumigijs uacare debent. ego nunquàm uſus ſum his, niſi ſtante una cõditione, uel ad ſummum gemina, & non miremini. Prima eſt, quandò ex morbõ gallico ſuccedit lippitudo rebellis, ut adnatam inflammet membranam, & corneam excoriet. in hoc caſu, uſus ſum cauterijs, decoctis, & aliis, & tamen ſymptoma in ſuo robore perſtitit, deueni ad ſuffumigia, & ſic ſanatus eſt æger Primus autem curatus fuit Notarius quidam, qui in aliis multùm me fatigauit, & poſtea mulier quædam ſuffitibus ipſum in ſe lumen reddidit. Alia occaſio eſt: in hominibus magnæ authoritatis, cum Indica labe infeſtentur timent imminens capillorum defluuium, & quia homines ſunt, qui habent grauia, & maxima negotia, ideò prohibendum eſt defluuium illud, & quandò non poteſt alio modo prohiberi, ad ſuffumigia deuenimus; quia firmant cadentes pilos, & purgant Viros illos à dedecore, & infamia, tamen tentanda ſunt alia, antequàm iſtis operemur. Præterea ſint homines robuſti; ualidi, ac robore uirium ualentes. in aliis occaſionibus fugite hæc ut diabolus cru-

Prima occaſio utẽdi ſuffumigiis.

2. occaſio.

cem: Not. autem quòd Antiqui uſi ſunt ſuffitibus ad uaria, ad exiccādum thoracem, & caput, atque ad expurgandum; quia trabitur materia ad pulmones, ad palatum, & inde ſic euacuatur. hac ratione noſtri utuntur ſuffumigatione, ſuffumigijs, ſuffimentis ſuffitione, ſuffitu, ſuffimine, quæ ſynonima ſunt. His expurgant caput, ut faciebant antiqui, unde quandoque miror uim artis noſtræ, quæ nihil reliquit intactum: Vacuamus per ſectam uenam, per ſeceſſum, per uomitum, per lotium, per ſudores per inſenſibilem euaporationem, demum per ſuffitus. hinc patere poteſt quot modis expurgetur hoc miſerum corpus. Vſus ſuffituum notus antiquis.

De ſuffimentorum uiribus. Cap. LXX.

SVffimenta iſta habent hæc: primum aperiūt omnes meatus corporis; ſua natura ſtatim penetrant per corpus, penetrando alterant, detergunt uiſcera, Et primùm cor, & cerebrum ipſum eſt, quod alteratur, per pulmones communicatur cordi, per nares cerebro, per uenas hepati, quod patet experientia; ſuffimenta enim ſemper ſoluunt uentrem, & deducunt excrementa ad inteſtina, ſicut pharmacum purgans; ergo penetrant ad intima uiſcera. Nec eſt dicendum hoc facere, non quia penetrent, ſed exprimendo ſua frigiditate, ratio eſt, quia ſunt calidiſſima medicamenta, ſecundò fumus eſt calidiſſimus, à quo excitatur quidam maximus ſudor, ergo ſuffumigium permeat uniuerſum corpus, & ita alterat uiſcera præcipua: præter alterationem id efficit, quòd uacuat, & uacuat ea ratione quandoque per ſeceſſum, licet rarò; quandoque & ferè ſemper per pulmonem, ac fauces, & hoc ut plurimum: per 7. uel 8. dies expuit catinū ſputi per ſingulos dies ad quantitatem lib. x. uel 6. Tertiò uacuat per ſudorem inſignem.

De diuiſione ſuffituum. Cap. LXXI.

HAec agunt ſuffumigia quæ uniuerſa ſunt: Alia ſunt, quæ particularia dicuntur, uerbi gratia ob defluuium pilorum, debilibus utimur in capite; quandoque in manibus exulceratis ſuffimus manum; idem fit in pedibus Rhagades paſſis: alia ſunt communia, de quibus cæpimus agere, quæ uacuant per cutim, per os, ac ſuperant deinde morbū Gall. alterando uiſcera: Rurſus diſtinguantur tales ſuffitus ſiue cōmunes ſiue particulares in leues, ac intenſos: leues, ac moderati ſunt, qui ex leui materia fiunt, qui in morbo uix incipiente conueniunt: alii uerò ex materia ualida admodum; hiq; ſunt duum generum, quia materia illa ualida uel eſt uenenoſa, uel benigna: Imprimis de illis loquamur, quæ cōmunia ſunt, quibus

Particulares ſuffitus. Leues. Validi.

ſuffimus corpus uniuerſum, quæ licet ſint ualida, conſtant tamen ex materia non uenenoſa, & benigna ſunt.

De modo ſuffumigandi uniuerſum corpus materia ualida, ſed non uenenoſa. Cap. LXXII.

Vacuatio.

*PRimùm non eſt adeò ineptus Empiricus, qui non expurget corpus ante uſum iſtorum, uel unica, uel duplici, uel triplicata uacuatione, pro ratione humoris peccantis, habitus, & morbi. ſi malum confirmatũ eſt, fit etiam uacuatio robuſta; quas rationes uacuandi petatis ex ſuo loco, ubi tractauimus de euacuando corpore incipiente morbo, uel robuſto exiſtente. Empirici dant mel roſ. duabus uel tribus diebus, deinde pill. de hermodact. uel pulu. hermod. * cum iure pulli. faciatis hoc, uel illo modo, prout uidetur uobis. Expurgato corpore reficiat uires per duos, uel tres dies; concedimusq́; bona cibaria. deinde uenimus ad operationẽ ſuffituum. Et primò oriente ſole duo oua ſorbilia damus, mox offam panis in maluatico uino infuſi, tùm parum bibat; poſtremò hoc facto coclear aſſumat ſaccari roſ demum per octauam partem horæ quieſcat. Interea paramus talamum paruum, quem ualidè calefacimus, ut ſit ſudatorium, uel balnei locus, deinde paramus papilionem, uel padionem, uel tentorium ex materia denſa, ſub quo ollam carbonibus flagrantibus plenam imponimus: ipſumq́; ægrum nudum collocamus ſubter, qui ſedeat in ſede parua, ac habemus materiam paratam, quam ſenſim igni inſpargimus, & fumus in tentorio circumuoluens ſe detinet; corpus ipſum actrahit; & cum materia deficit ſubminiſtratur alia, atque alia, atque ibi (ſi poteſt) per horam ſtet integram, aut dimidiam, aut per quartam, uel tertiam horæ partem, pro ut ualet pati æger. Notate tamen, ut, dum eſt ſub papilione, ſemper eum interrogetis, ne deficiat animo, quia ſæpe incidere ſolent. ideò loquamini ſecum, ut cadat ab illa anguſtia: Et ſi leui uoce reſpondet ſtatim extrahatis: uel ſi dicat ſuperuenire deliquium animi, eripiatur ſubitò; quia aliqui ferre non poſſent. Ego autem occurro huic, ne ſuperueniat. appono arundinem longam, ac perforatã, quæ extra papilionem tendat, per quam impoſitam in ore aerem actrahit non perpetuum quidem, ſed quandò eſt maximè calefactus, oportet enim actrahere ſuffumigium non ſolùm per poroſitates, ſed etiam per os, atque nares. Aliquandò mando, ut teneat nares extra papilionem facto foramine in illo. Sed ſi concidat animus uino, uel aqua frigida inſperſa in faciem excitatur. At ſi non incidit in deliquium, cùm ſudauit, obuoluimus ipſum linteo, atque in lecto locamus, ut ſtragulis tectus ſudorẽ perficiat, atque ibi duabus horis ſit. Hac ratione ſuffitus parare ſolemus.*

Alius codex addit türbit.

Deliquium animi ne ſuperueniat.

Ad deliquiũ

Suffimus

Suffimus autem hac norma, ut primis tribus diebus ſemper ſuffumigia faciamus, poſtea tribus, ac tribus alijs, ut ſint 9. aliquandò per plures dies ſuffumigamus, prout morbus eſt: nam ſi tertia die uidemus, quòd exulceratur palatum, & quòd materia emanat, ſtatim ceſſamus, præterea ſi superuenit fluxus alui deſiſtimus, uel ſit hoc in 3. uel 4. uel 5. uel 6. die, Tamen ſemel in die ſuffumigamus, matutina ſ. hora: poſt ſudorē ipſum ſiccemus, poſtremò comedat, & bibat dilutum uinum, in alijs uictus ſit plenus. Norma ſuffitus. Victus ratio

De ſymptomatibus ſuperuenientibus. Cap. LXXIII.

SVccedunt in ſuffitibus ſymptomata quædam, aliquandò alui ſolutio, aliquandò corruptio palati, aliquandò labefactatio omnium dentiū, quæ ſolent ſuccedere etiam in inunctione ex Hydrargyro, & cum de hac agemus de his omnibus pertractabimus. ſymptomata

De ſuffitibus ex materia benigna. Cap. LXXIIII.

DIxi quòd duplex eſt ratio ſuffitus, altera, quæ recipit materiam benignam, altera uerò, quæ recipit materiam malignam. Primò de ſuffitibus materiam benignam ſuſcipientibus dicamus. inter quas hæc eſt prima formula, ualida tamen, ſed inter ualidas mitior. Recipe thuris maſt. aloes, myrrhæ ana drac. i. Cinnam. pulu. Cipri appellati, ſtoracis ſiccæ, ſpicæ nardi, nucis moſ. ana drac. ſemis, ambræ, uel carabæ unc. ſemis muſci grana duo, hæc ſimul miſce, & teruntur leuiter, ita ut potius contuſa ſint, & cum paruo cocleari ſubminiſtrantur ſupra carbones ardentes. ſecunda compoſitio hæc eſt: recipe ſandal. alb rubr. & citrin. ana drac. i. nucis moſ. maceris, ſquinanti, gariophi. canphoræ, aſſari ana drac. ſemis, corticum mali appioli ſiccatorum. ambræ ana unc ſemis, miſceatur & terantur, & addita terebentina fiat paſta; iſta diuiditur poſtea in pillulas, quæ ſuper carbones imponuntur ſenſim, ac ſenſim: Tertia compoſitio, & ualidior hæc eſt. Recipe ſtoracis ſiccæ, belzuini, ligni aloes, gall. moſcat. ana drac. ſemis, gummi heder. drach. i. ladani ſcrup. ij. ſquinanti, cinnam. ana drac ſemis: albi animæ, ambræ ana unciam ſemis. miſce, te runtur, & cum ſtirace liquido formatur paſta, ex qua pill ut ſupra Sed facta eſt mentio de quoddam medicamento, quod non ita reperitur in officinis, ſcilicet album animæ, quod ſacrum eſt, & genus quoddam reſinæ concretæ, limpidæ, lucidæ admodum, ita ut uideatur ſaccarum roſ. & eſt duum generum, una nigra, alia alba, & ſublutea, & utraque uocatur agnimen ab Hiſpanis uulgariter. Nam Petrus Martir ab Angla- Prima deſcriptio ſuffitus benigni. 2. cōpoſitio. 3. cōpoſitio. album animę quid.

ria quandoque animum, quandoque animam uocat in quadam hiſtoria. quomodocunque tamen ſit, non refert. ſciatis tamen, quòd iſtud album eſt illud, de quo loquor, & defertur ex Canibalibus regionibus (ut refert Petrus Martir) & emanat ex arbore, quæ habet effigiem ficulneæ in ramis, frondibus, &c. & præſtantiſsima eſt arbor. quia primò profert quaſdam palmulas, ex quibus conficiunt cibum, & potum, & enim detracto cortice emanat ex ea farina quædam, ex qua poſſunt fieri fercula, & panes. Vltimò ſcatet hæc reſina, quæ precioſa eſt, & optimo odore prædita, & per ſuffitus ſiccat. Hæc apud Hiſpanos, & Romæ apud CARDINALES habetur in uſu ex omnibus ad ſiccandum caput, ut ſi accipiamus parũ huius reſinæ, & ſupra carbones flagrantes imponatur roborat capud, thoracem, & hepar exiccat, neque grauis eſt eius guſtus. Sequitur ut iã de malignis ſuffitibus agamus.

De ſuffitibus malignis. Cap. LXXV.

*SVperatur affectio Gallica ſuffitibus, qui penetrantes per uniuerſum corpus ſiccant cerebrum, cor, hepar, & totum habitum: Hi ſunt duũ generum, alterum particularium, alterum communium: alij uerò ſunt leues ex his, alij autem robuſti; alij ex materia benigna, alij ex materia maligna. Quæ ſint ex materia benigna diximus, nũc de formulis ex materia maligna tractemus, quæ tres numero ſunt in uſu, & baſis earũ eſt cinnabaris * artificialis, ſandaraca græcorum, & auripigmentum; & iſta tria ſunt, quæ (cum ſint uenena mala) ſua natura uenenoſam infectionẽ ſuggere ſolent; & ut redigamus rem ad ſummam, ſciatis quòd tota res conſiſtit in Hydrargyro, uel in alia materia conſimilis naturæ cum eo, ut eſt arſenicum, ſandaraca, cinnabaris artificialis, & præcipitatum. condiuntur iſta cum aromatibus, ut uiſcera roborentur: Nam aliter offenderentur, & aromata ſunt præcipuè Reſina, & gummatum genera. Prima uerò formula hæc ſit. Recipe cinnabaris unc. iij. & intelligo per cinnabarim, arte factum, quod uulgò cinabrium dicitur. Myrrhæ, Thuris; Maſticis ana unc. i. aloes hepatic. ſandaracæ Arabum, ſtiracis ſiccæ, belzuin, ana drac. iij miſcentur hæc, & tunduntur non ualdè, & fit puluis, qui ſupra carbones inſpergitur. Secunda ratio hæc eſt. Recipe cinnab. unc. iij. ſandaracæ græcorum drac. i. s. myrrhæ, thuris, ligni aloes, ladani, ammoniaci ana unc. i. tunduntur hæc craſſo modo, & cum terebent. miſcentur, & parantur pillulæ, quæ imponuntur ſupra carbones: Vltima ratio eſt. Recipe cinnab. unc. iij. auripig. ſandaracæ græc. ana unc ſemis, præcipitati drach. iij. thuris, aloes hepat. maſticis, myrrhæ electæ, belzuin. ſtorac. ſiccæ, ladani, ammoniaci ana unciam ſemis, miſcentur, craſſius fit puluis,*

* d. artificialis quoniam duplex eſt alter factitius, qui hodie habetur fit. n. ex ſulf. & arg. viuo. nec colore nec uirtute cũ naturali conuenit. P ęſentaneũ . n. uenenum eſt. alter ẽ uerus cinnab. qui non adhuc conſtat qui ſit. lis eſt ſub iudice.

Prima mali. ſuf. deſcript.

2. deſcriptio

3. deſcriptio

qui inſpergitur ſupra carbones flagrantes. Talis eſt ratio componendorum medicamentorum, quæ habent uim uenenatam, & inimica natura expellunt.

De inunctione ex hydrargyro. Cap. LXXVI.

PRima ratio empirica, qua ſanatus eſt morbus in Italia fuit ab argẽto uiuo ſumpta; quoniam cum cœperit graſſari morbus, chirurgici, qui nitebantur omnem lapidem mouere, cum legiſſent Hydrargyron nimium ualere ad ſcabiem rebellem, cumq́; primis temporibus lues hæc ulcera afferret, experti ſunt argentum uiuum, & fœliciter quidem. unde multi diuites facti ſunt; inter quos Iacobus illæ Carpenſis, cum ſolus calleret ſecretam hanc medicinam, ita opulentus redditus eſt ſolo iſto quæſtu, ut teſtatus fuerit muneratam pecuniam 40000. ſcutatorum, præter argenteam materiam, quæ omnia Duci Ferrar. reliquit, omnis enim aqua ad mare currit. Hic ita erat inſenſus Hiſpanis, ut (cum eſſet Bonon.) geminos ex eis laborantes morbo gallico cœperit, & uiuos anathomicis adminiſtrationibus deſtinauerit; qua de re profligatus, Ferrariæ obiit. Præterea teſtatum reliquit laureatus ille Poeta Fracaſt. totam uim ſanandi gallicum poſitam eſſe in Hydrargyro. & ita uiget authoritas huiuſcemodi medicamenti, ut eo tota Gallia utatur. In Germania, in Italia etiam exercitati non pauci maximam fidem adhibent: & præter hanc rationẽ ſumptam ab experimento, uidetur ea uis in natura medicamenti ineſſe, ut quaſi diuinum ſit mixtum: nam ego dicebam ſub Sole duo eſſe mixta, quæ mihi pariunt admirationem, & miracula uidentur: alterum eſt magnes, alterum argentum uiuum, ex quo poſſumus oſtendere reſurrectionem. Videmus medicamentum hoc conuerti in cineres, & leuiſſimo labore propriam in formam redire, non ergo eſt mirum ſi poteſt uincere hanc labem. Qua ratione hoc faciat, ut ingenuè fatear, neſcio. Quæ ſit huius medicamenti facultas, ignoro. Quæ dicant alij optimè noui, & quoniam locus hic non requirit, ut proponam has opiniones, & diluã, hac ratione reſeruo in alia occaſione, & tantùm tractabo, quæ faciunt ad empiricum: Et licet oratio mea uideatur ita fauere huic, eiq́; tãtùm tribuere: tamen non probo uſum eius. ſuperat quidem morbum, ſed ſi habemus Regias rationes curandi, quæ ut plurimum, & certiùs ſanant ſine corporis incommodo, & ſi non ſanant, leniunt ſine noxa, non proritãt affectum, cur utemur Hydrargyro, ex quo non ita certa, non ita tuta ſuccedit ſanitas? ſi non ſanantur proritatur, ualentior fit lues, labefactantur uiſcera, & partes ſolidæ corporis: & aliquando huiuſmodi medicamentum remanet in humano corpore: multi maraſmo corripiuntur ob inũctio

Iacobus Carpẽſis primus inuentor, inunctionis ex Hydrargyro

Hydrargyri unctio periculoſa.

nem: multis ſuccedit dentium caſus, palati corruptio: his oſſa capitis exeſa manent, illis os, & facies intorta. Si non ſanat protrudit omnẽ colluuiem ad capud: Ego reperi homines inunctos per triennium ante, & uenientibus gummatibus in tibijs detecto oſſe uidi collectum ibi argentum uiuum. Hac ratione ego non probo medicamentum: utor aliquando, quando non potui uia Regia aſſequi intentum. ego uidi adoleſcentem laborantem Gallico, in quo omnia Regia infeliciter experta ſunt, Empiricus Hydrargyro curauit: quare in rebellibus affectibus, & deſperatis uſus ſum, & præcipuè cum tentarim prius alias uias, omnia genera medicamentorum: & quando utor hoc ſemper Gallicam ſeruo rationem, quæ eſt, ut primò expurgetur corpus. Empirici ſtatim poſt purgationem inungunt, poſt expurgationem exhibent decoctum Gaiaci per decẽ dies, quia ualidè operatur Hydrarg. & propter decoctum magis agit. ſunt nugæ. ego præbeo decoct. ad robur uiſcerum, capitis, cerebri, & hepatis, & tunc uenenoſum medicamentum non ita offendit; hac præparatione facta inungimus. Antiqui ſolebant inungere poſt prandium, & cænam, ut uires robuſtiores eſſent. Verùm Poſteriores meliùs inſtituerunt matutinam unctionem: ſtatim expergefacto ægro imponitur clyſter, niſi ſolutã habeat aluum, poſtea accepta teſta cum carbonibus inunguntur internodia omnia exceptis manibus. Primùm inungunt pedes per tranſuerſum, ubi eſt tarſus, poſtea internodium tibiæ, deinde media fæmora, medias ulnas, et media bracchia, poſtea totum dorſum ſemper fricando ad partes inferiores: dum autem internodia ungunt faciunt per tranſuerſum, & iſta inunctio fit fricando, ut penetret, poſtea imponunt ſtuppam, uel ex lino, uel canabe, & ita ligant calidam; Si poterit ſudare, ſudet intecto capite. ſi ſudare non poteſt, dormiat ad duas horas: Poſtea ſurgat ita inunctus, et linteis obuolutus, comedat res bonas, & bibat uinum præſtantisſimum leue, & (ſi poteſt haberi) ſuauisſimum, & dulcisſimum: Solent inungere per tres dies primos, & poſtea per tres, & demum per tres alios uſque ad 9. aliquando ad 12. & 15. ſunt aliqui; in quibus apparent ſymptomata in 3. diebus in aliquibus non apparent niſi 15. ſuperuenerint. in his ſolent interpollare potionem Gaiaci per 8. aut 10. dies, & uacuare, & poſtremò ualidius parant unguentum & iterum inungunt. aliqui ſanati ſunt in prima unctione: nonnulli in ſecunda: aliquot in tertia: ſed ſciatis, quòd quando perueniunt ad 15. Semper ceſſant Empyrici: aliqui nebulones ultra 15. procedunt. & nihil faciunt, quia tunc non penetrat argentum uiuum, & ideò ita tardè ſymptomata non apparent; & propterea noua expurgatione, & præparatione eſt opus. Sed uidete an mirum ſit hoc. ſi bibatur argentum uiuum illud non facit unctum; uidi mulieres quæ libras eius biberunt, ut abortum facerẽt, & ſine noxa. Ego exhibeo

Quando ad Hydrarg. cõfugiendum.

Hora inungendi.

Modus inũgendi.

Terminus inunctionis.

in uermibus puerorum, & nullum parit ſymptoma: ſolùm necantur uermes. ex hoc credatis, quòd eſt occulta intima uis, & facultas huius medicamenti. Eſt aliud notandum, quod ſolent Empirici (poſtquam aliquem per ſex dies inunxerunt, & non ſuccedunt ſymptomata) addere maiorem quantitatem argenti uiui, nunc unc. i nunc ij. & ad placitum eſt hoc, & ſine noxa fieri contingit: Cum ſuperuenerint ſymptomata, ceſſate ab unctione: Horum autem ſymptomatum quædam frequentia ſunt; quædam rara. Sæpè accidit, ut inuncti homines habeant palatum inflatum, & excoriatum; linguam craſſam; loqui non poſſunt; non deglutire; dolet lingua intollerabiliter; quia maxima fit inflammatio: ad hæc ſuccedit tanta copia ſaniei, ut uix tantùm expuere posſint: dentes omnes labãt; uacillãt; ſuo dimouentur loco; & ſordes tanta colligitur circa os, ut non appareãt; ſæpè, ac ſæpius concidant. Medicamentum ſua natura, ueluti auis uolat ad palatum: In eo caſu inſtituatis uictus rationem facilè concoquibilem, contuſum ſcilicet ex carnibus delicatis; uinum ſubdulce ſit; fercula ex iure ſatis pleno, uel ex pane; & ita copioſè alimus; quoniam inſignis fit euacuatio aliquandò enim 7. 8. & 10. libras humiditatis expuunt per ſpatium 6. 7. 8. 10. & aliquandò 20. dierum Secundò opus eſt, ut uideamus, an prætermodum intumeat lingua; oportet enim (ſi hoc eſt) ad reuellentia deuenire. Ego timebam aliàs ſecare uenam; uidi tamen ſuffocari homines ratione tumoris: imponebam cucurbitulas; poſtea auſus ſum ſecare, & benè ſucceſsit. ſecui uenam Capitalem, & nõ ceſſauit fluxus ad palatum materiæ malæ; ſed ſolùm ſanguinis, qui currit cum illa materia, et facit illam inflammationem, retrahitur ſanguis, ceſſat tumor, & inflammatio, & non retrahitur materia. & ratio eſt, quia colluuies illa ſequitur hydrargyron collectum in illis partibus: nam cum incipit incaleſcere materia, euaporat, & agitatur ad partes ſuperiores: Patet hoc. Nam illi, qui faciunt bagattellas. ſolent anulum formare, uel æreum, uel argenteũ qui excauatus impletur argento uiuo, & ponunt ſupra carbones: quùm incaleſcit, ſaltat per ſpatium quartæ partis horæ; & hoc fit ratione Hydrargyri, qui agitatus requirit exitum ad ſuperiora, & cum ſit corpus ponderoſum exagitat anulum; non tamen totus explendus anulus, ſed dimidia pars. præterea colligatis etiam ex hoc quandò in agro Vincentino faciunt Malgama; in illis enim montibus, in quibus argentum effoditur, aliquandò pauca eſt materia argenti, admixti ſunt lapides. Recipiũt metallum illud, & moliunt molendino, ueluti farinam, poſtea puluerem cum lotio, aqua ſalita, & argento uiuo reddunt in paſtam, quam abluũt; tota materia lapidea egreditur; & remanet in fundo catini argentum uiuum cum argento. Hæc aliquandò panno colant; ſed ſæpè non ſuccedit; quia quandoque Malgama toſtum factum eſt; tunc accipiunt bocciam ui

Terminus deſiſtendi ab inunctione.

Victus ratio

Quare argentum uiuum purgat per os.

Præſtigiatorum anulus.

Malgama.

tream, & imponunt capitellum uitreum ad deſtillandum ad ignem; aſce det argentum uiuum, & per narem deſcendit: Ita ſublimatur hoc medicamentum in corpore humano egrediens per palatum noſtrum; ideò cum medicamentum petat palatum ſecum fert colluuiem mali: Præterea ſolemus uti frictionibus, cucurbitulas parare ſcarificatas, & ultimò ad localia uenire, quæ cohibeant fluxionem, detergant materiam, & moderatè ſiccent.

Ad corrigenda ſymptomata alia. Cap. LXXVII.

Quo extrahitur arg. uiuum a palato & dentibus.

Obſeruandum quinetiam eſt, ut (quantùm fieri poſsit) extrahamus Hydrargyron imbibitum in palato, & dentibus: & eſt, ut æger ſeruet anulum aureum in ore, uel nummum aureum purum uetuſtũ: & bis, & ter extrahetis plenum argento uiuo: Cum uidetis aureum imbutum arg. uiu. accipite tunc carbones non admodum flagrantes, in quibus anulum proicite, & hydrarg. euaneſcet; & iterum frigefactus aureus aut nummus, aut anulus ori imponitur: [*Ex inunctione, & aſſumptione hydrargyri ſequi ſolent multa corpori incommoda; ex quo ego obſeruaui ex Dioſc. lib. 5. cap. proprio de argent. uiuo, ſecretum mirabile, atque à mè expertum. Si enim ramenta auri, aut epota, aut in pillulam aliquam aſſumpta fuerint, trahent ad ſe uirus omne. tanta ineſt eius cum auro familiaritas. ſi aurum enim propè fuerit amplectitur: cætera ſibi metalla ſupernatant; ſolum aurum fundum petit, undiq; obruitur. & ſi fortaſſe illi, qui plumbeo ſtilo utebantur, aureo uſi fuiſſent, eos fortaſſe non accuſaret Auic. lib. 4. fen 6. tract. primo. quem locum legiſſe debuiſſent Recētiores alioquin uiri grauisſimi. ſi uoluiſſent intelligere eum lib. 2. trac. 2. cap. 47. aiunt enim tenere Auic. frigidum, & humidum in ſecundo eſſe Hydrargyr. & quòd probet ſententiam ſuã. Hoc falſum eſt. ibi enim ſimpliciter eam profert ſine probatione. at in 4 fen. ait ore aſſumptum non lædere. at ſi in aurem alicuius infundatur, accidit dolor, commixtio rationis, ſpaſmus, lateris grauedo, epilepſia, apoplexia &c. propter læſionem ſubſtantiæ cerebri cum frigore eius. ecce quòd Auic. ex toto tenet eſſe frigidæ temperaturæ: non quòd (ut aiũt ipſi) aqueæ partes euaporantes ui caloris ad caput, refrigerant, & denſatæ deſcendunt ad neruos. uoluntariæ ſunt iſtæ reſponſiones. Auic. non loquitur in 2. lib. de his morbis ſed in 4. ubi uult fieri ex hydrargyro non per os ad uentriculum, à uentriculo ad capud delato, nec ui ignis euaporante, parteſq; aqueas ſurſum mittente, ſed per aures immiſſo. loca autem hæc Auic. non ſunt ex toto contraria Gal. 4. ſimpl. 19. & 5. eiuſdem 19. & x. eiuſdem propè finem. ſed de his in tract. noſtro de Hydrargyro.*] *At ægri os lacte*

Secretum ex Dioſc.

abluitur,ſi fuerit dolor magnus; non ita ſæuiente dolore,ſero,addita aqua
hordeacea:ſi nullus dolor,admiſceatur mel roſ.ad detergendum:ſi autem ad dolorem oris.
aliquandò eſt reprimẽdum cum aqua hordeacea addimus ſyr.Myrtinum, deterſio oris
uel diamoron appellatum, uel papauer uel nenufar . aliquandò uenimus
ad aquam ſolani ; uel plantag.aliquandò ad uſum ſuccorum repellentiũ ,
ueluti ad ſuccum fol rubi,fol.plant.aliquandò ad ſuccum fol.uitium: ali-
quãdò utimur Tiſana hordeacea mell.roſ ſyr.myrtino uel diamor ſimpli
ci puriſſimo ad detergendum: De rimis, & ulceribus oris non ſitis ſolli-
citi, ſtatim ſanata lingua à melle roſ.ſanantur & Rimæ. Ad deterſionem Rimę.
autẽ,præter dicta,aliquandò utimur oximellite bene cocto,& ualdè acri:
aliquandò,ut deterſio,& mitigatio fiat ſimul,miſcemus mel roſ. uel oxi- ad dentium
mel cũ butiro:Sed Not.quòd ceſſante fluxione ita labant per menſes plu motum.
res,dentes,ut cadant;neceſſarium eſt ergo ſiſtere,ne uacillent ſemper,aut
cadant.igitur ſoleo duobus medicamentis uti : primùm utor medicamen-
to ſiccante, & detergente ſordẽ,& exedente gingiuas corruptas ;& eſt
oleum de ſulfure uel purum,uel mixtum cũ aqua plantag. Cum fuerint
mundati, recipe fol.plantag.folior.oliuæ,& folior.ſalu. & coquo in uino
albo auſtero,& huiuſmodi decoctio colluitur os,& dentes, & firmantur ,
ut non timeamus,quòd cadant: Aliud ſymptoma ſuccedit,& eſt,quia ſol Fluxus alui.
uitur aluus,& fit diſenteria, aliquandò enim excernitur ſanguis purus , & diſenteria
uel ramenta, ut in diſenteria ipſa excernuntur : in hoc caſu ſi uires robu
ſtæ ſint non ſiſtamus fluxum, ſed leniamus, & efficiamus , ne excoriatio
maior fiat ; primùm infundendo lac calibeatum , uel in quo extincti ſint
lapilli nigri,uel ſuccum ptiſanæ cum lacte puro, aliquandò decoct.hordei
cum ol.amygd.dulcium: aliquãdò accipimus capud ueruecis, & facimus
decoctionem cum hordeo,& fol.maluarũ ſimul coctis. Quãdoq; (imbecil
lis uiribus exiſtẽtibus)deuenimus ad adſtringentia,& ſic utimur ol.Myr
tin.infuſo; uel ol.onfac.infuſo ſuccis plãtag uel rubi.admiſcemus bolũ ar.
lapidẽ hæmatitem; Vtimur aquis adſtringentibus,aliquandò ſecamus ue
nam,aliquandò ad laqueos,& alia genera reuulſionũ deſcendimus.Si aũt
ſymptomata hæc non ſuperuenerint benè nutrimus, & nihil aliud agẽdũ.

De uariis unctionum generibus. Cap. LXXVIII.

VNctionum autem genera uaria ſunt : ego duo tantùm proponam,
quæ mihi experientia confirmauit: iſti cum utãtur multo Hydrar
gyro ſemper habent eum præparatũ; & ipſi teſtantur, quòd duplo citiùs
agunt:Præparatio fit per æſtiuos calores , ſputo enim humano macerant
Hydrarg qui utuntur Hydrarg ſemper dicunt, Recipe Hydrarg. extincti Præparatio
&c.hoc aſſumptum à ſcriptoribus probant Empyrici. habent uaſculum Hydrarg.
ligneum,in quo ponunt Hydrarg matutina hora,expuunt,& in mortario

percutiunt, & collocant ad Solem ſpacio 30.dierum: Ego utor rarò hoc medicamento, & mando, ut tunc temporis in arundine ſaliua extinguatur: ſi uos eritis conſumpturi magnam copiam præparate illud, & ſemper habete: Iam uenio ad uarias formulas compoſitionum. quarum hæc

Prima compoſ.ung. *eſt una. Recipe Hydrarg. extincti ſaliua unc. iij. olei ueteris unc. iiij. olei thuris (ſit autem hoc, ut oleum maſticinum) unc. ij. ol. maſt. unc. 1. pingued. porcinæ unc. ij. & ſemis, olei lau. unc. 1. & ſemis, ceræ propolis, ſeu uirginis unc. ij. dialthex unc. 1. Thuris, maſticis ana. unc. 1. ſagapeni unc. 1. & ſemis, eliquanda liquantur, terenda teruntur, & miſcentur, addita tanta cera, ut fiat linimentum molle. & cum uoluerimus extrahere ab igne, & medicamentum incipit refrigerari, addimus Hydrargyr. & diù concutimus, ut optimè miſceatur: Cumq; uſi fueritis hoc medicamento per 6. uices, & uidebitis, quòd non incipiant ſigna aliqua, addite nouam quantitatem Hydrarg. unc. ij. uel iij. & iterum inungatis ad 9. dies uel plus:*

2. compoſ. *Secunda formula hæc eſt. Recipe ping gallinæ, aſſungiæ porcinæ, aſſung urſinæ an. unc iiij ol. lil. alb ol. laurini an. unc. ij. Hydrarg. extincti unc. 6. pinguedines non eliquantur ad ignem, ſed detractis pelliculis teruntur in mortario diligentisſimè, deinde ſenſim, additur Hydrarg. extinctum nouiter ſaliua: & ducitur medicamentum in mortario per duas, aut ſaltim unam horam. deinde infunditur oleum, & optimè agitatur piſtillo, poſtea adduntur iſti pulueres Thur maſt Myrrh. ammon. ſtiracis, pulu ſaluiæ, pul ſticados, lithargyrij, ceruſſæ an. unc. ſemis; & ex his fit puluis tenuisſimus, qui ſenſim infunditur in mortario, & fit præſtantisſimum medicamentũ; & ſexta unctione certò agit, ut plurimũ.*

De præcipitato, quod exhibent per os. Cap. LXXIX.

Sciatis autem, quòd non ſolùm, Empyrici ſanant inunctione iſta, ſed exhibito argento uiuo per os, non quale eſt, ſed præcipitato: & ſunt Chymiſtæ qui profitentur inueniſſe ſecreta, & facere præcipitatum præſtantisſimum pro morbo Gall. aliqui commune præcipitatum exhibent. De ratione conficiendi præcipitati communis non loquar, quia nota eſt. ſed ſecreta illa à mè explicabitur, ut uos posſitis præparare, & non cedatis iſtis nebulonibus; nam Medicus debet omnia noſſe, & bonum, & malum:

Præcipitati præparatio. *præparatur igitur hoc modo. Recipe arg. ſublimatum (in quo eſt Hydrarg. nam fit ex eo. & quamuis additur ſal. & alumen, tamen Hydrarg. eſt, quod fit arg. ſublimatum) & ſupra marmor terunt, poſtea multam miſcent farinam cum hoc, & affundunt aquam, & faciunt maſſam, quam inunctis digitis butiro capiunt, & orbiculos efformant; poſtea ponunt hos in Elambicco, ex quo extrahunt liquorem, cuius ope præcipita*

tum

tum efficiunt. Accipiunt enim 6. partes huius aquæ.u. c unc. 6. auri unc. 9. miſcent. & optimè amalgamant (Mixtura, quæ fit ex Hydrarg. cū metallis, uel aquarum fontium cū metallis amalgama dicitur) & iſta aqua abſorbet aurum. poſtea recipiunt uas uitreum lati oris, & collocant hoc in furno chymiſtarum, & ſepelliunt dimidiam partem uaſis in cineribus calidis, & ſubiecto lento igne incaleſcit materia, quam ponunt in uaſe illo, interea fit pellicula, cruſta leuis in ſuperficie, quam colligunt coclea-ri, & in uaſe uitreo reponunt & hæc cruſtra continuò, & continuo creſcit: quum ceſſat cruſta, auferunt uas, & poſtea coquunt has pelliculas in uaſe uitreo donec appareat puluis ſubruffus; & hoc eſt precipitatū. Demum præparant. Nam aſſundunt aquam ardentem ſupra præcipitatum, & poſtea ſupra calidos cineres uſq; ad euaporationem aquæ imponunt. & hoc ter fit. iſtud exhibent formatum in catapocia pro morbo Gallico: aliqui dant commune præcipitatum, ita præparatum. Propinatur autem pondere quinquæ 6. uel 7. gran. ad ſummum 10. ſed rarò. poſtea miſcent medicamento, & addunt fucum. Medicamenta addita ſunt aloes hepa: Myrr. Maſt. uerbi gratia aloes ſcrup. ſem Myrr & Maſticis gran iiij præcip. gran. V. micent cum mell. roſ & efficiunt duas pillu. aliquandò fucāt cum carbone trito auellanarum, uel ſalicis tantùm quantùm fucent præcipitatum iſti Chymiſtæ uolunt cooperire fuco iſto, ne timeatur præcipitatum: Depræhenditur fucus accipiendo aurum, cuius contactu actrahitur argentum uiuum, quod in propriam rediit formam. Aliqui exhibēt has pillul. matutina hora, aliqui ueſpertina, aliqui ſtatim ante prādium, uel poſt prandium. Incommoda autem ſubſequi ſolent nō pauca ex aſſumptione talium pill ſoluitur enim aluus copioſè; uomitus mouetur uiolentiſsimus; dyſenteria inducitur; rūpitur in pectore uena. Medicina hæc pro aſinis, & ruſticis ſeruetur, atq; à talamo uiuentium hominum excludatur. Iſta ſunt genera medicamentorum, quæ hominum induſtria, & Morbi Gallici uiolentia inuenta ſunt. Iam relinquitur, ut à ſymptomatum tractatione nos expediamur.

Amalgama quid ſit.

Præparat.

Not. Ho. exhibendi præcipitatum.

De numero ſymptomatum Gallicum ſequentium atq; de ordine, quo tractabuntur. Cap. LXXX.

ANtequam de tā amæna decedam prouincia non erit ab re ſymptomatum habere tractationem, quorum numerū, atq; ordinē, quo tradere inſtitui, ſimul aperiam. Primùm enim uos docebo cariei, uel tarulorum curationem: ſecundò bubonum Gallicorum ſermonem inſtituam; tertiò inſtruam uos rationem curandæ Gonorrhææ Gallicæ: quartum erit capillorum, atque pilorum deſluuium, in quo declarabo quō reſtituendi,

Caries. Bubo. Gonorrhæa. Pilor. deflu. Cap. dolor, & articuli.

quomodo prohibendi, atq; detinendi ne cadant. Quintum continet dolores capitis, & internodiorum. Sexto ſunt Tumores gummoſi, & ateromatici. ſeptimò erit oſſium corruptio & perihoſtioru̅, atq; neruorum 8. in loco ſunt puſtulæ, quæ ſuboriuntur ſupra caput, & faciem & per totum. Nonò ſunt ulcera maligna in palato, in ſede, & in ſinu muliebri, & in omni parte corporis. Decimò ſunt Lichenes, uel Rhagades, uel calli in ueſtigijs pedum, & uola manuum. Vndecimo ſuccedit inſtitutio ſermonis de Cephalea, hoc eſt ſtabili dolore cap. duodecimò, eſt difficultas reſpirationis decimotertiò eſt maraſmus, quæ duo poſtrema inſanabilia ſunt ideò de his ne uerbum quidem faciam. [Addite decimoquartò in loco auriu̅ tinitum, quem omiſit fortaſſe, quia (ut infra dicet) eius ignorat curatione̅: per localia enim inſanabilis eſt, & niſi decocto auferatur, inſuperabilis erit, ac penitus rebellis. Sed Excellentiſsimus Catiuaccius ſuperioribus diebus poſt totius prouidentiam, atq; guaiaci aſſumptionem, oleum guaiaci infundendo ſatis felici cum ſucceſſu ab hoc tam graui, & rebelli ſymptomate liberauit ægru̅, cumq; mihi hoc communicauerit, ego uos iſta experta, atq; rara medicina minime defraudare audeo.]

Tumores oſſium corruptio. Poſtulæ cap. Vlcera palati ſedis, & ſinus. Lichenes. Rhagades. Calli pedu̅. Cephalea. Difficultas reſpiratiõis. Maraſmus. Secretum ad aurium tinnitum.

De cariei Gallicæ cauſis. Cap. LXXXI.

Caries.

VLcera quædam, quæ in cole adoloſcentum, aut in ſinu mulierum ſolent ſuperuenire, puſtulæ uirgæ appellatæ ſunt à chirurgis, qui etiam & ulcera uirgæ uocant. nos uulgò tarolos, uel carolos nominamus ad ſimilitudinem cariei, quæ ligna exedit: quoniam uirga ab his ulceribus exeditur. Antiqui ſcriptores Græci, & Arabes ueluti Paul. Aetius, & Auic. locuti ſunt de ulceribus depaſcentibus colis. Sed differunt illa à carie. ſimiliter chirurgici poſteriores loquuntur de his, ſed non ſunt eadem cum his, quorum curationem dare intendimus. Superiores chirurgici loquentes de depaſcentibus, dicunt duplici ex cauſa fieri, uel ex turpitudine alba, uel nigra collecta inter glandem, & præputium. hanc turpitudinem ſordem appellant: uolunt igitur, quod quoties ſordes iſta continetur inter preputium, & glandem, bulliens faciat huiuſmodi cariem: Vnde monent, ut continuò abluamus pudendum urina cum farina tempore hiemis; æſtate uerò aqua frigida, quum cognoſcimus mulieres; ſed de his non loquemur nos, loquemur autem de carolis. Quæ uarijs occaſionibus prouenire ſolent; aliqui per contactum, quoties pudendum hominis contangitur à fœmineo pudendo infecto: ſicut enim manus infecta ſcabie inficit manum ſanam, ita pudenda inter ſe: hac ratione, quia communicatur ſanies, uaporue malignus Gallicus ad infe-

Cauſæ cariei ex aliis. 1. Occaſio cariei.

cto pudendo, qui ſolet exoriri per exceſam cuticulam, & per hoc genus dicti ulceris. aliquandò huiuſmodi ulcera naſcuntur, quia in ipſo coitu, excrementa per attritionem incaleſcant, & ſic putreſcendo inficiant pudendum uirile. Nam erit mulier, & uir, qui laborarunt Gallico, pudenda non infecta ſunt ulcere, tamē quia caſu retinetur ſordes, uel in ſinu mulieris, uel in pudendo uiri, per illam frictionem ſordes incaleſcit, & putreſit. ex quo apta eſt ad generationem cariei Gallicæ. & hinc eſt, quòd multi mirantur, quod adibunt meretrices, & uidebunt partes mundas, & tamen carie inficiuntur: ſordes fuit cauſa ulceris communicatis uaporibus malis redundantibus ex Gallica muliere: Et domini hæc eſt cauſa cur multi à pudendo non carioſo cariem contraxerint: Vultis uidere? ſi adoleſcens bibat lac mulieris infectæ, inficitur. multò ergo magis in ſordibus illis latet minera putredinis. Tertiò inficitur hepar, & tranſmittit excrementum ad ſuperiores partes, & ita facere ſolet ulcera in ore, & palato: ſi ad partes inferiores uel eſt tenue, & tranſmittit ad priapum, & facit cariem; uel eſt craſſum, & tranſmittit ad inguina, & facit bubones. ſi uerò utraque materia luxuriat, facit utrunque. Quartò oritur caries laboris, quandò quis uiolenter equitat, & diu, & retinentur ſordes in pudendo, ſatis longas patitur tentigines, eo magis præputium incaleſcit, & eſt cauſa cariei, quia illa eſt apta putredini, cum ſit uia ad expellenda excrementa: ex Gal. ſ in lib. Methodi: aliquandò naſcitur caries per attritionem. Sunt Meretrices, que ut uideantur uirgines, & ſibi, et adoloſcentibus augeāt delectationē ſolent uti aquis adſtringentibus: Iuuenes habentes magnam, atq; craſſam uirgam uiolenter impellunt, attritione illa (fortaſſe exiſtente glande molli) naſcuntur caries, et ulcera: ſuperiores illas medici excalefactiones uocant, has poſteriores, excoriationes. Nos non loquemur de omnibus his, ſed de ueris Gallicis tarolis dictis, ſiue carolis. Qui ſunt ab alijs diſtinguendi: calefactiones, excoriationes &c. facilè ſanantur (ut docebo, quandò locus dabitur, & occaſio) ſed caries non ita facilè.

1. Occaſio.

Not. ſolutionem ꝓblem:

3. Occaſio.

4. Occaſio.

5. Occaſio.

De tribus cariei Gallicæ ſpeciebus. Cap. LXXXII.

GAllicæ cariei tria ſunt genera, uel ſit caries ob contactum, uel ab hepate originem ducens, uel quia ſordes reperitur. Vnum eſt, quod continet cariem benignam, gallicam tamen: ſecundum mediocrē iucludit: tertium eſt, quod habet malignam, à qua Deus omnes fideles Chriſtianos liberet. Signa carici benignæ ſunt. Primum enim ſuboriuntur.

Cariei tria genera.

Benignę cariei ſigna.

puſtulæ quædam paruæ, & candidæ, quæ quidem non exceduht craßitiē unius graui panici minimi: puſtulæ erumpūt; his ruptis remanet ulcuſculum rotundum in medio habens punctum candidum, penetrans aliquantulum, ſimplex, uel duplicatum: aliquandò tota corona glandis inficietur huiuſmodi ulceribus: quandoq; ſimul copulātur, & ex duobus, uel tribus uel quatuor unum fit, ita, ut ſit ueluti linea cingens, & coronans glandē, iſta eſt ſine dolore; leuis, & moderatus pruritus: facillimè cedit medicamento.

Secunda cariei ſpecies. *Secunda ſpecies ſæuior eſt, & iſta eſt genus quoddam ulceris rotundi, ſed in medio nō adeſt punctum album, adeſt liuor in ulcere, & labra leuiter attolluntur purpureo colore infecta: aliquantiſper profundū eſt hoc ulcus: Hæc eſt ſecunda ſpecies.*

Ter. ſpecies. *Vltimo in loco eſt peßimū, & ualde malignum ulcus, non rotundum, ſed uaria figura figuratū, ac uarijs depictum coloribus, liuido, purpureo &c. calloſa habet labra. ſerpit ſæuißimè, & aliquando nomata iuncta habet, hoc eſt putredinem. Has ſpecies oportet diſtinctißimè cognoſcere, & diligētißimè tractare, benigna enim moderatè tractamus, & non timemus. at de duobus reliquis formidandum de ualida infectione.*

Cariei ex calefactione & attritione curatio. *Si caries erit per calefactionem, aut per attritionem ſanatur facillimè. Recipe aquam plantag & aqu. roſ. & his madefactū linteū imponite, & ſtatim ſanatur.*

Secund. rō. *Si reſiſtat. Recipe ung. diapompholi. & duorum dierum ſpatio ſanatur*

Tert. a rō. *Si aliquando requiritur medicamentū robuſtius recip. aqu. ſolani. & aquam plant. & diſſoluatis minimam portionem alum. rocchæ, & tunc linteolo locum madefaciatis.*

Cariei gallicę non leuis, curatio. *Si autem fuerit caries uerè Gallica, & non leuis, ſed maligna, uel malignißima fugite ualidè, & purè repellentia, quia naſcerentur bubones: ſed medicamē*

Prima rō curandi. *to aliquo, quod robuſtè exiccet, & ſuperet malignā ulceris naturam, utimini:*

Secunda, & tertia ratio. *ſolemusq; aliquādo decoctione aliqua abluere matutina, & ueſpertina hora: & hæc fit decoctio gaiaci ſolo, aliquandò admixta aqua plant. Quandoque recipimus uinum album auſterum, & incoquimus lignum Indicum, & roſas: & hoc abluimus: poſt ablutionem inſpergimus aliquem*

Puluis primus. *puluerem robuſtum ſiccantem. Medicamentum hoc eſt præſtantisſimum Antiquorū. Recipe cinerē ſeminum aneti, et ſquam. æris præparat. & inſpergamus ſupra lienteolum malidum decocto eodē, uel aqua*

Puluis ſecundus. *roſ. Aliquando recipimus ſquam. æris, aloem hepat. & tutiam præparatam, & inſpergimus æquis portionibus.*

Quarta rō curandi, cū nō appet ulcus. *Quandoque uenimus ad ualidiora præſidia, quando exedit intus caries, & non apparet in ſuperioribus: in eo caſu puluis non eſt oportunus quia non ita penetrat: Ego ſoleo uti ung. Aegyptiaco, & accipio ſtilum acutißimum, quod intingo Vnguento, & poſtea impono in foramine cariei, excitat ſtatim dolorem, ſed ceſſat, & eſt medicamentum certum: & non imponatis ſupra linteolum, ſed tantùm guttulā, ueluti millij, infundatis: ſupra autem ulcus ac-*

commodamus aut linteum, aut goſſipium madidum roſacea, uel aliqua alia aqua refrigerante, ut his impediatur inflammatio: aliquādò oportet uenire ad medicamentum ſiccans robuſtè, quod inſita facultate inimicum ſit huic morbo, in eo caſu recurrimus ad præcipitatum. Mea autem medicina ſemper eſt hæc in alijs, non in mè. & in leuibus, & in mediocribus, & in robuſtis; ſed ego diluo ita, ut nullum excitet dolorem. [Diluitur autem præcipitatum eo modo quē docet Gal. 2 de ſimp. med. fac. 15. & hoc habent multi pro ſecreto, & Fall utebatur.] ſi moderata caries utor præcipitato mixto cum ungu. roſat Meſu. & capio præcipitati drach. 1. ungu. roſ. Meſu. unc. 1. & ſemper intelligo de præcipitato præparato. ſi rebellis caries inſpergo præcipitatum purum unica uice, aliquandò bis, aliquandò ter, uel quater, rarò uenio ad quintam inſperſionem. Inſperſo præcipitato impono linteum uel goſſipium madidum aqua roſ. Si uideam altera die æquale redditum ulcus, ſiccatum, rubicundum, tunc aut impono mixtum præcipitatum cum ungu. roſ. uel utor ung. diapompholig. uel ungu. Iſidis, ſed ung. diap. præſtantius eſt. aliquandò utor linteolo puro madido aqua roſ. uel plant. nam tota ratio conſiſtit, ut ſiccemus putredinem, & detergamus eam, & hæc fiunt à præcipitato: Quandoq; accidit ut caries ita maligna, ita rebellis ſit, ut uinci non poſſit à præcipitato, & tunc oportet uenire ad argentum uiuum: & in hoc caſu (rariſſimè tamen utor) conficio hoc medicamentum. Recipe aſſungiæ porcinæ unc. ij. turis, aloës, ana drach. 1. argenti uiui drach. ij. teruntur hæc in mortario extincto argento uiuo, & fit ung. quo inungimus: aliquando caries ita procedit, ut exedat totum, uel dimidium pudendum, non totam ſolùm glandem. in eo caſu, ſi cæpit putreſcere pars eſt ſiccanda medicamento ægypt. & medicamentis explicatis in cura ulceris nomoſi [& quoniam hic non enumerantur medicamenta iſta, eo quòd Excellentiſſimus uir refert ſe explicatis: Ego tamen quia ſcribo uniuerſis lectoribus, & non ſolùm his, qui tunc temporis ſub eius uexillo militabant, cumq; illi, qui Authoris libros de ulceribus Typis excudendos curarunt, ita mancos, ita obſcuros habuerint, ut dimidium deſideretur, poſtquam enim egerunt de ulcere cum oſſe corrupto, ſaltant ad ulcera cutis, omittendo malignorum ulcerum, herpetis, ſagedenæ, ulceris nomoſi, ſinus, fiſtulæ, Gallici morbi, combuſtionis & cæterorū tàm uniuerſalium quàm particularium omniū tractationem; miror equidem de his, qui tam imperfectè edunt res aliorum: utinam detur mihi occaſio denuò imprimendi iſthæc omnia, & ulcerum, & tumorum, & uulnerum ſpeculationes: polliceor enim omni induſtria, omni diligentia, atque ſtudio (pro uiribus) perfecta tradere. occaſio autem erit, quandò hæc, quæ iam fœlicibus edo auibus, uobis non ingrata fore ſenſero. Communi igitur ſtudens commodo medicamenta illa iſtic enumerāda cenſui. quæ ſunt qua

Quinta ratio curandi.

6. ratio.

7. ratio.

Varia medicamentaque cariei applicari poſsunt

tuor generum, uel ex animalibus, uel ex lapidibus, uel ex plantis, uel ex metallis: ex animalibus eſt cornu ceru. uſtum, omnia oſtrea uſta: & corallium (licet ſit ex plantis) tamen quia neſcio quid habet lapidoſi, connumeratur inter medicamenta ex lapidibus, ſimiliter lapis hæmatites, bolus armena: ex plantis habemus folia oleæ, Marrubium, ſcabioſam, tormentillam, & in ſumma omnes ſpecies pentaphili, ut album, & commune. agrimonium, quod eſt eupatorium antiquorum, ariſtol. rotund. roſarũ fol betonicã rad. cucum. aſin. citrulorum, ari, uel ſerpentariæ maioris, uel minoris: ex metallis eſt alumen, calcantum, flos æris, ſquama æris, præcipitatum, ſquama ferri, antimonium, diphriges, arſenicum, & infinita alia ſimplicia. Abluimus aũt locum clyſtere per dimidiã horam, ut attractus liquor ui impellatur in ulcus, & penetret ad intimas eius partes, & abluatur omne uirulentum puſ ſolemus aũt accipere aquam calibeatam, & in iſta incoquimus aliqua ex dictis medicamentis, uel ex plantis, uel ex animalibus, & infundimus. hoc facto parare ſolemus pulueres, & inſpergimus · erunt autem hi ex illis oſſibus exuſtis, & metallis, & corallio, bolo arm. ac lapide hæmat. & his additur aliquid Thuris, aut maſticis. Verùm aliquandò non poſſumus inſpergere pulueres. ex ideò accipimus mel roſ ſyr. mirt. & uinum gran. & poſtea accipimus pulu. partim ex plantis, partim ex oſſibus, partim ex metallis, & efficimus linimentum ſecundum hanc formam. Recipe pulu. ſcab torment. an. drac. i. pulu. eburis combuſti, corall. rub. an ſcrup. ij. boli orientalis drac. i. thuris ſcrup. i. mell. roſ. ſyr. mir. uini gran. an. unc. ſem hæc miſce in mortario, & poſtea goſſipio impoſito in ſpecillo inungimus locum. Verùm ſi caries eſt in ſinu muliebri in hoc caſu ego utor medicamento ex terebent. & primò abluo, impono poſtea peſſarium cum medicamento, quod tale eſt. Recipe tereb. lotæ cum aqua ſcabioſæ unc. i. mell. roſ unc. i. pulu. ſcabioſæ tormentillæ an. dra. i. boli orien eburis combuſti, cornuceru uſti, aloes an. drac. ſemis, farinæ lolij ſcrup ij. miſce, & imbuitur peſſarium, & fælici cũ ſucceſſu, hoc genere emplaſtri uti poſſumus in cole uirili: quùm uerò incipiunt ulcera. hæc ſuppurari deuenimus ad detergentia & fit decoctum ex lupinis, ex lolio, & hordeo optimum eſt, ſi his ad miſcemus mel. roſ uel oxim. at ſi inſignis eſt putredo, opus eſt cauſticis robuſtis uti. & primò liquori ex plantis confecto admiſceatis ung. ægyptiacũ in bona quantitate, & per clyſtere abluatis. Madefaciatis quinetiam aqua alum magiſtrali: ſed non utamini hac eo modo, quo in officinis præparatur: ego docebo infra quomodo ſoleo parare eam: utor etiam arſenici aqua. uel aliquo ex his, quæ traduntur a Gal. 4 de comp. med. per genera 10. quædam componit Aetius lib. 14. ca. 49. Paul. lib. 40 cap. 44. ung. ægyp. cum alum. & calc. bonum eſt ſi autem non ſuperatur his, deueniatis ad ferrum ignitum: ſemper tamen haben

Cariei in ſinu muliebri curatio

da ratio partis ſanæ,& prohibenda inde(quantũ fieri poteſt) inflãmatio, & ſic utimini empl.ex lente,& cortic.gra empl ex farina lolij & hordei uel ſuccis ex rubo,uel ex folijs uitium,uel plant.uel ſcab.uel poligoni. & ſi eſt hiems utimini iſtorũ aquis cũ linteaminibus, & non dubitate quòd maiorem uim in his aquis uidi,quàm in ſuccis,& expertus ſum in fluxu ſanguinis narium,accepi ſuccos,& nihil fecerunt,accepi aquam ſtillatitiã, & ſtatim deſiit;cùm corruptela hæc incipit ſuperari oportet uenire ad detergẽtia,ut ad ſuccũ appij,& poſtea carne expleatis,& talis erit curatio] Præter inſtitutã dietã ſoleo balneare pudendum quotidie decocto Gaiaci. uel in quo ſit decocta ſcab.& tormẽtillæ:& ſi eſſent cauernæ,ego clyſtere abluerem ſepties,octies,& decies.ſi mundum eſt ulcus,deduco cicatricem per hos puluéres:ſquam.æris,ſquam.ferr.atq; pomph. ex his facio pulu. quẽ leuisſimum inſpergo ad ulcera.aliquandò ſunt,qui cariem per tres annos ferent.ſanabitis uos hoc modo: ſupra pulu.dictos ponimus ung.iſid.uel ſolum,uel mixtum cum ung.diapomph.ſi mundum non eſt ulcus, ponite prius præcipitatum,poſtea dictos pulu.

Balneum pudendi.

De tumore præputii ex carie. Cap. LXXXIII.

Accidit deinde in carie,ut intumeſcat præputium,& non posſit detegi glans,uel ſi detegitur cum maximo ſit dolore,& excrutiat:unde in hoc caſu quotidiè detegatur glans,& ne exedatur, noua medicamenta ponantur:Secundò not.ne præputio deuoluto glandẽ relinquatis detectam; quoniam tunc ad coitum laceratur;ideò aduertendũ ne inuertatur præputium,& agendum eſt,ut recurrat,cum dolore, & potius ut glans tecta,quam detecta maneat:ſed in eo caſu,in quo tecta eſt glans quid agẽdum? Si apex præputij erit anguſtatus,ſol.mus dilatare cũ fiſtula plumbea;poſtea facimus decoctũ,quod per clyſterc immittimus inter præputiũ,& glandẽ;& hoc decies in die.facta iſta ablutione ſolemus recipere linteolũ mundisſimũ mollisſimũq; imbutũ medicamento oportuno ad exiccationem cariei,& ſpecillo impellere ad ulcus.cognoſcimus aũt loca ulcerũ ex dolore partium exteriorum,& ita quotidiè matutina,& ueſpertina horà medemur.decoctũ tale eſt.Recipe decoct.ligni indici lib. i.decoct. ſcab agrim.beton.roſ.tormentillæ,plantag.lib. iiij. tutiæ præpar. ſquamæ æris præpar.aloes hepat.boli orient.an.drac. i.& ſem hæc ſimul bulliant parùm;poſtea colatur medicamentũ & infunditur clyſtere: Vnguentum aũt eſt roſaceum Meſu.cùm præcipitato.in exterioribus partibus imponimus linteol.madidum iſto decocto,uel imbutum diapompholigos,uel aqua roſ.& plantag.aliquandò unguento facto ex linim.ſimplici, & diapalma ſimul mixtis,nam impediunt putrèdinem,& ſiccant moderatè:

Tumor præputii.

Decoctum.

Vnguen.

De callo præputii. Cap. LXXXIIII.

Aliquandò ita calloſum fit præputium, ut non amplius poſſit detegi glans. in eo caſu noſtri chirurgi, & benè, ſecant præputium, & uidetur colis, ueluti equus præſectis naribus, & omnes hucusq; illud fecerunt; præterea dum intumeſcit glans, dolet. iccirco nos ego docebo à mè inuentam nouam rationem curandi; omnes ego ſano plumbo uerbi gratia habebo præputium ita anguſtum, ut non poſſit ingredi ſpecillum, in eo caſu accipio fiſtulam paruam ex plumbo, & ita impono in foramine, & uolo, ut æger per illam mingat: interim ego oleo amygdalarum dulcium inungo, uel ping gallinæ, uel pomata. ſecunda die ego impono parùm maiorem fiſtulam, tertia ad huc maiorem, & hoc modo procedo deinceps, ità ut ſpacio octo dierum poſſit detegi glans, & ſic emollitus remanet callus & præputium dilatatum. Ego his non ſolùm in cariebus utor Gallicis, ſed etiam quandò eſt hoc à natura factum.

Nona ratio curandi calloſum præputium.

Quomodo curandus tumor præputii ita ut recurrere non poſſit. Cap. LXXXV.

IN carie ſolet ſuccedere hoc incommodum, quòd aliquandò ita ſtringitur præputium ob cicatricem, ut non amplius detegi poſſit glans: aliquandò ſanant mèdici inepti, ita, ut recurrere non poſſit: docuimus quomodo dilatandum præputium fiſtulis plumbeis. quandò autem recurrere non ualet inuerſum aliquot ſanaui, aliquot non. Primùm formamus inſtrumentum plumbeum, rotundum ſemicirculare, quod ponimus ſupra glandem; & poſtea faſciolis quibuſdam tentamus reuocare præputiũ ſupra plumbeum circulum, qui ponitur ſupra glandem; & ita per multas uices perſiſtamus, donec aſſequamur intentum.

De carie in canali uirgæ. Cap. LXXXVI.

SOlent ſuboriri in canali etiam caries. cognoſcetis autem ex ſanie manante, & maximo dolòre in tempore minctionis, has uerò curabitis eadem ratione, qua in glande exiſtentes, atque exteriores, curaſtis.

De cicatrice calloſa & ueluti neruo poſt cariem remanente. Cap. LXXXVII.

HOc modo ſanatur caries, cui ſolet geminus affectus ſuperuenire; primus

mus eſt calloſa cicatrix, mobilis loco, craſſa, liuida, dura, & rotunda, quæ quandiù durat, tamdiù morbus Gallicus perſeuerat, & uidentur ueluti bottones cicatrices iſtæ. ſolemus auferre huiuſmodi cicatricem primùm ſanato uniuerſo corpore Guaiaco, uel ſalſapariglia, deinde ſupra locum poſita ſpuma decocti Gaiaci. Præterea ſolemus madefacere linteolos panneos in decocto primo ligni: quia in eo eſt uis attenuandi, & digerendi: Succedit quoddam aliud, ut aliquandò quidam, ueluti neruus poſt cariem remaneat, qui durus per pudendum percurret; iſtud eſt ſymptoma nondum curati Gallici, habet eandem naturam, & eandem rationem curationis requirit, quam citatrix illa. aliquandò ſuppuratur hic neruus, & ſuboriuntur fiſtulæ. Sciatis quòd tandem experientia reperi, ut ſecetur totus huiuſmodi abſceſſus, totus hic neruus per longum: nam ſtatim, aperto ſinu, ſanatur: nunquam enim (ſi aliter fiet) ſuccedet agglutinatio: Quomodo autem ſanabimus huiuſmodi ulcus? eadem ratione qua cariem ipſam curauimus.

Cicatrix calloſa quõ curatur.

Veluti neruulus reſtãs poſt cariem

De uerrucis ſiue porris. Cap. LXXXVIII.

Verrucæ ſiue porri.

Libro. 4. cap. 13.

VLtimò ſanatur caries in pudendo, & ſolet ſemper loco cicatricis ſubcreſcere quædam uerruca, ululi caruncula, ſeu porrus in manibus natus, & ideo porri dicuntur, porriſimi uel porrifichi. huiuſmodi carunculæ ſubcreſcentes in pudendo Thymia ab Aet. dicuntur, hac ratione, quia habent ſimilitudinem cum capitibus Thymi. Harum duplex eſt genus: aliud Gallicum, aliud non Gallicum; maior pars non eſt Gallica: paucæ ſunt meretrices, quæ non habent huiuſmodi carunculas: ſi inficiuntur Gallico, inficiunt adoleſcentes, & tunc Gallicæ fiunt. Quæ nõ ſunt Gallicæ, ſunt duũ generũ, aliæ cõtagioſæ ſunt, aliæ non contagioſæ: in muliere munda, quæ continuò expurgat loculos, huiuſmodi carunculæ nonſunt cõtagioſæ: in immundis ſunt contagioſæ; quoniam ſanies impreſſa membro excoriat, indeq; ſuccedit caruncula. Sed ſiue ſit gallica, ſiue non, eandem curationem requirit circa locum. Antiqui ſolebant carunculas iſtas ſanare robuſta ratione, ueluti Aetius docet, uel cauſtico medicamento, uel cãdenti ferro exurere: Cãdens ferrum non probo, multùm enim acerbum eſt: alij ſunt ex noſtris, qui curant filo uinciendo eas: poſſunt tamen renaſci: ego nunquam uſus ſum ferro: laudo uſum uinculi, dũmodò uincire poſſimus: quoniã ſæpe ita lata eſt baſis, ita calloſa, ut uinciri nõ poſſit: Sed demus quòd uincire poſſimus; in eo caſu debemus primũ abluere diligẽter carunculas iſtas, & uidere an ſint partitæ in plures partes: cum abluerimus uino debemus aut lineo, aut ſericino filo ligare uſque quo æger dolorem incipiat ſentire: ligamus autẽ duplici modo, ut quaſi geminus ſit no-

Curatio caruncularum ex antiquis. 2. Rõ cur.

dus : facta deligatione debetis linteolum,uel goſſipium madefactũ aqua roſ. imponere,& poſtea ducere præputium ſupra linteolum: & hæc ratio tuta eſt ab inflammatione: altera die abluetis diligenter: ſi ſunt mortuæ, apparent denigratæ,& liuidæ: ſi rubicundæ,nõ benè ſtrictæ ſunt. ſi nigra altera die cadant. ſi rubræ ſunt,iterum trahamus capita fili,& ſtringamus optimè. Cadentibus iſtis,obſeruandum,an relictæ fuerint radices hærentes glandi: ſi radix relicta eſt, ſolemus madefacere aqua aluminoſa magiſtrali,cuius deſcriptionem communicabo infra: minima ergo gutta iſtius aquæ,uel ſimplicis,uel temperatæ madefaciatis. Alia eſt ratio,quã exercere ſolemus per præſectionem. Quandò timeò ne ſint Gallicæ: præſcindo forcipe: non eſt magnus dolor; in eis enim non uiget ſenſus exquiſitus: & quia egreditur multa copia ſanguinis,hac ratione laudo: facite ut exeat in maxima quantitate,poſt præſectionem,& cohibitum ſanguinẽ, uel ſquamæ æris præparatæ portionem,uel aquæ dictæ guttulam inſundimus. ſi autem præcidere,aut ligare non poſſumus. multi multa faciunt.

Signa quando ſanatæ ſunt.

Ad radices remanẽtes.

3. Ratio curationis.

4. Ratio curandi.

Ego tamen leniora tentare ſoleo cum medicamentis diſcutientibus,et habeo peculiare conſtans ex ammon. & accipio ammon. præparati cum aceto unc. 1. aſſæ fætidæ drac. 1. calcanti uſti,& rubificati ſcrup. ij. ex his cõſtituo maſſam cuius portionem impono ſupra uerrucã, & quotidie abluo partem,& renouo medicamentum: ſed oportet, ut æger ſit continẽs; quoniã ualidiſſimus fit pruritus,ita ut libẽtiſſimè ad fricationẽ incitet, ſi aũt accidat,ut uſu iſtius medicamenti intumeat glans imponimus ungu. de ceruſſa in exteriori, & ſatis eſt: & eodem modo ſanamus uerrucas in fæminis. Aliquandò uenimus ad cauſtica,& primò eſt aqua illa alluminoſa magiſtralis: aliquandò ad oleum ſulf. aliquandò ad olei calcanti uſum deſcendimus. uerùm ego habeo pulu. ex arſ. criſtall. & auripigmẽto præparatũ,quod diuinum eſt: ſi nos ſciamus illo uti. Nam accipio huiuſmodi plures æquis portionibus,& miſceo ſimul. poſtea ſpecilli apicem madefacio ſaliua,& intingo in hunc puluerẽ & tango hoc uerrucam,& ita, ut minima huius portio ſupra eam maneat,poſtea capio goſſipium ſuper pono,& facio,ut præputium recurrat. Hoc exedit unica uice ſine dolore; ſed ponite in minima quantitate: Præparatur autem arſenicum hoc modo. Tero arſen ſupra marmor: poſtea in catino aceti pono, ita ut acetũ ſupernatet: tunc colloco ſoli æſtiuo donec exiccetur acetum, & tribus hoc facio uicibus. poſtea tribus,aut quatuor uicibus macero aqua pura. Eodem modo præparatur aurumpigm. ſed nolite exhibere, niſi in minima quantitate, ne accidat uobis,ut inueni nobiliſſimo accidit hac æſtate. hic uerrucam habebat, Medicus cauſticum impoſuit,quod uerrucam, & mediam partem glandis exeſit. ſed quia ego dixi quòd caries oritur per contagiũ, ſcietis quòd etiam oriri ſolet ratione hæpatis tranſmittentis: dimittamus

Si tumet glans.

6. Rõ curandi.

Notabile medicam.

Arſenici præparatio.

Auripigmẽ. præparatio.

hanc ſecundam ſpeciem: loquamur de prima, atque quo iuuenis coiens cum infecta ab hac præſeruetur, & cariem non ſentiat.

De præſeruatione á carie Gallica. Cap. LXXXIX.

*EGo nihil feciſſe uideor niſi doceã uos, quomodo quis uidens pulcherrimam ſirenam, & coiens cum ea, etiam infecta, á carie, & lue Gallica præſeruetur. Ego ſemper fui huius ſententiæ, quòd adſit ratio præcauendi, ne per contagium huiuſmodi ulcera oriantur: ſed quæ eſt iſta ratio? Ego dixi quod naſcitur caries per communicata corpuſcula ſanioſa, quæ imbibita poris glandis, faciunt cariem: ideo opus eſt, ut ſtatim saniẽ a glande expurgemus: ſed ſi imbibita ſit in poris licet uino, lotio, uel aqua detergamus priapum, tamen eã detergere non poſſumus. & hoc ſæpe accidit in tectis, & mollibus glandibus. Quomodo ergo agendum? ſemper fui iſtius ſententiæ, quòd ponamus aliquod habens uim penetrandi corium, & diſſipandæ materiæ, uel extrahendæ, uel ſiccandæ & uincendæ natura ſua. ideò inueſtigaui hoc medicamentum. Sed quia oportet etiam Meretricum animos diſponere, non licet nobiſcum unguenta domo afferre. propterea ego inueni linteolum imbutum medicamento, quod poteſt commodè aſportari, cum fæmoralia iam ita uaſta feratis, ut totam apothecam uobiſcum habere posſitis: Quoties ergo quis coiuerit abluat (ſi poteſt) pudendum, uel panno detergat: poſtea habeat linteolum ad menſuram glandis præparatum; demùm cum coiuerit ponat ſupra glandem; & recurrat præputium: ſi poteſt madere ſputo, uel lotio bonum eſt, tamen nõ refert: ſi timetis, ne caries oriatur in medio canali, habeatis huius lintei inuolucrum, & in canali ponatis, ego feci experimentum in centum, & mille hominibus. & Deum teſtor immortalem nullum eorum infectũ. Notate autem obiter, quòd quælibet ſpecies linteoli mundi tantam habet uim in præſeruatione, ut nihil magis [addite quòd goſſipium nouum, molle, fidibus bene concuſſum glandi optimè lotæ detergentibus, obuolutum, mirum in modum præſeruat: & quùm quis Gallicis ſcopulis lignum percusſit, poſt ablationem inſpiciat: uidebit enim inuolucrum illud ſanioſum, aut citrino, aut pallido, uel ſubnigro colore infectum] ideò ſemper quis paruo linteolo obuoluat glandem per ſpatium quatuor, aut quinque horarum, & hæc non eſt moleſtum mulieribus: ſed tamen præparati lintei ratio eſt præſtantisſima. Præparatur autem hoc modo. Recipe radicis gentianæ, Ariſtolochiæ longæ, ariſt. tenuis rotundæ * ana drac. 1. puluer ſand. alb. rubeorum, ligni aloes, an. ſcrup. ij. puluer. corallorum rubrorum, ſpodij ex ebure, cornuceru. uſti an. drac. ſem. fol ſcordij, ſonchi, beton. ſcabioſ. tormentillæ. an. man. 1. roſarum man. 1. & ſem. ſcobis*

Nota de pſeruatione.

Linteolum mundum.

Goſsipium.

Præparatio lintei.

*in lectionibus. 1555. habet dictãmũ album. doſis uerò omnium eſt drach. ii.

2. Formula parandi lintei.

percutiunt, & collocant ad Solem ſpacio 30. dierum: Ego utor raró hoc medicamento, & mando, ut tunc temporis in arundine ſaliua extinguatur: ſi uos eritis conſumpturi magnam copiam præparate illud, & ſemper habete: Iam uenio ad uarias formulas compoſitionum. quarum hæc

Prima compoſ. ung. *eſt una. Recipe Hydrarg. extincti ſaliua unc. iij. olei ueteris unc. iiij. olei thuris (ſit autem hoc, ut oleum maſticinum) unc. ij. ol. maſt. unc. 1. pingued. porcinæ unc. ij. & ſemis, olei lau. unc. 1. & ſemis, ceræ propolis, ſeu uirginis unc. ij. dialthææ unc. 1. Thuris, maſticis ana. unc. 1. ſagapeni unc. 1. & ſemis, eliquanda liquantur, terenda teruntur, & miſcentur, addita tanta cæra, ut fiat linimentum molle. & cum uoluerimus extrahere ab igne, & medicamentum incipit refrigerari, addimus Hydrargyr. & diù concutimus, ut optimè miſceatur: Cumq; uſi fueritis hoc medicamento per 6. uices, & uidebitis, quòd non incipiant ſigna aliqua, addite nouam quantitatem Hydrarg. unc. ij. uel iij. & iterum inun-*

2. compoſ. *gatis ad 9. dies uel plus: Secunda formula hæc eſt. Recipe ping gallinæ, aſſungiæ porcinæ, aſſung urſinæ an. unc iiij ol. lil. alb ol. laurini an. unc. ij. Hydrarg. extincti unc. 6. pinguedines non eliquantur ad ignem, ſed detractis pelliculis teruntur in mortario diligentisſimè, deinde ſenſim, additur Hydrarg. extinctum nouiter ſaliua: & ducitur medicamentum in mortario per duas, aut ſaltim unam horam. deinde infunditur oleum, & optimè agitatur piſtillo, poſtea adduntur iſti pulueres Thur maſt Myrrh. ammon. ſtiracis, pulu ſaluiæ, pul ſticados, lithargyrij, ceruſſæ an. unc. ſemis; & ex his fit puluis tenuisſimus, qui ſenſim infunditur in mortario, & fit præſtantisſimum medicamentũ; & ſexta unctione certò agit, ut plurimũ.*

De præcipitato, quod exhibent per os. Cap. LXXIX.

Sciatis autem, quòd non ſolùm, Empyrici ſanant inunctione iſta, ſed exhibito argento uiuo per os, non quale eſt, ſed præcipitato: & ſunt Chymiſtæ qui profitentur inueniſſe ſecreta, & facere præcipitatum præſtantisſimum pro morbo Gall. aliqui commune præcipitatum exhibent. De ratione conficiendi præcipitati communis non loquar, quia nota eſt. ſed ſecreta illa à mè explicabitur, ut uos posſitis præparare, & non cedatis

Præcipitati præparatio. *iſtis nebulonibus; nam Medicus debet omnia noſſe, & bonum, & malum: præparatur igitur hoc modo. Recipe arg. ſublimatum (in quo eſt Hydrarg. nam fit ex eo. & quamuis additur ſal. & alumen, tamen Hydrarg. eſt, quod fit arg. ſublimatum) & ſupra marmor terunt, poſtea multam miſcent farinam cum hoc, & affundunt aquam, & faciunt maſſam, quam inunctis digitis butiro capiunt, & orbiculos efformant; poſtea ponunt hos in Elambicco, ex quo extrahunt liquorem, cuius ope præcipita-*

tum

tum efficiunt. Accipiunt enim 6. partes huius aquæ .u. c unc. 6. auri unc. 9. miſcent. & optimè amalgamant (Mixtura, quæ fit ex Hydrarg. cũ metallis, uel aquarum fontium cũ metallis amalgama dicitur) & iſta aqua abſorbet aurum. poſtea recipiunt uas uitreum lati oris, & collocant hoc in furno chymiſtarum, & ſepelliunt dimidiam partem uaſis in cineribus calidis, & ſubiecto lento igne incaleſcit materia, quam ponunt in uaſe illo, interea fit pellicula, cruſta leuis in ſuperficie, quam colligunt coclea-ri, & in uaſe uitreo reponunt & hæc cruſtra continuò, & continuo creſcit: quum ceſſat cruſta, auferunt uas, & poſtea coquunt has pelliculas in uaſe uitreo donec appareat puluis ſubruffus; & hoc eſt precipitatũ. Demum præparant. Nam affundunt aquam ardentem ſupra præcipitatum, & poſtea ſupra calidos cineres uſq; ad euaporationem aquæ imponunt. & hoc ter fit. iſtud exhibent formatum in catapocia pro morbo Gallico: aliqui dant commune præc ipitatum, ita præparatum. Propinatur autem pondere quinquæ 6. uel 7. gran. ad ſummum 10. ſed raró. poſtea miſcent medicamento, & addunt fucum. Medicamenta addita ſunt aloes hepa: Myrr. Maſt. uerbi gratia aloes ſcrup. ſem Myrr. & Maſticis gran iiij præcip. gran. V. micent cum mell. roſ & efficiunt duas pillu. aliquandò fucãt cum carbone trito auellanarum, uel ſalicis tantùm quantùm fucent præcipitatum iſti Chymiſtæ uolunt cooperire fuco iſto, ne timeatur præcipitatum: Depræhenditur fucus accipiendo aurum, cuius contactu actrahitur argentum uiuum, quod in propriam rediit formam. Aliqui exhibẽt has pillul. matutina hora, aliqui ueſpertina, aliqui ſtatim ante prãdium, uel poſt prandium. Incommoda autem ſubſequi ſolent nõ pauca ex aſſumptione talium pill. ſoluitur enim aluus copioſè; uomitus mouetur uiolentiſsimus; dyſenteria inducitur; rũpitur in pectore uena. Medicina hæc pro aſinis, & ruſticis ſeruetur, atq; à talamo uiuentinm hominum excludatur. Iſta ſunt genera medicamentorum, quæ hominum induſtria, & Morbi Gallici uiolentia inuenta ſunt. Iam relinquitur, ut à ſymptomatum tractatione nos expediamur.

Amalgama quid ſit.

Præparat.

Not. Ho. exhibendi præcipitatum.

De numero ſymptomatum Gallicum ſequentium atq; de ordine, quo tractabuntur. Cap. LXXX.

ANtequam de tã amæna decedam prouincia non erit ab re ſymptomatum habere tractationem, quorum numerũ, atq; ordinẽ, quo tradere inſtitui, ſimul aperiam. Primùm enim uos docebo cariei, uel tarulorum curationem: ſecundò bubonum Gallicorum ſermonem inſtituam; tertiò inſtruam uos rationem curandæ Gonorrhææ Gallicæ: quartum erit capillorum, atque pilorum deſluuium, in quo declarabo qũo reſtituendi,

Caries. Bubo. Gonorrhæa. Pilor. deflu. Cap. dolor, & articuli.

quomodo prohibendi, atq; detinendi ne cadant. Quintum continet dolores capitis, & internodiorum. Sexto ſunt Tumores gummoſi, & ateromatici. ſeptimo erit oſſium corruptio & perioſtioru, atq; neruorum 8. in loco ſunt puſtulæ, quæ ſuboriuntur ſupra caput, & faciem & per totum. Nono ſunt ulcera maligna in palato, in ſede, & in ſinu muliebri, & in omni parte corporis. Decimo ſunt Lichenes, uel Rhagades, uel calli in ueſtigijs pedum, & uola manuum. Vndecimo ſuccedit inſtitutio ſermonis de Cephalea, hoc eſt ſtabili dolore cap. duodecimo, eſt difficultas reſpirationis decimotertio eſt maraſmus, quæ duo poſtrema inſanabilia ſunt ideo de his ne uerbum quidem faciam. [Addite decimoquarto in loco auriu tinitum, quem omiſit fortaſſe, quia (ut infra dicet) eius ignorat curationẽ: per localia enim inſanabilis eſt, & niſi decocto auferatur, inſuperabilis erit, ac penitus rebellis. Sed Excellentiſſimus Catinaccius ſuperioribus diebus poſt totius prouidentiam, atq; guaiaci aſſumptionem, oleum guaiaci infundendo ſatis felici cum ſucceſſu ab hoc tam graui, & rebelli ſymptomate liberauit ægrũ, cumq; mihi hoc communicauerit, ego uos iſta experta, atq; rara medicina minime defraudare audeo.]

Margin: Tumores oſſium corruptio. Poſtulæ cap. Vlcera palati ſedis, & ſinus. Lichenes. Rhagades. Calli pedũ. Cephalea. Difficultas reſpiratiõis. Maraſmus. Secretum ad aurium tinnitum.

De cariei Gallicæ cauſis. Cap. LXXXI.

Vlcera quædam, quæ in cole adoloſcentum, aut in ſinu mulierum ſolent ſuperuenire, puſtulæ uirgæ appellatæ ſunt à chirurgis, qui etiam & ulcera uirgæ uocant. nos uulgò tarolos, uel carolos nominamus ad ſimilitudinem cariei, quæ ligna exedit: quoniam uirga ab his ulceribus exeditur. Antiqui ſcriptores Græci, & Arabes ueluti Paul. Aetius, & Auic. locuti ſunt de ulceribus depaſcentibus colis. Sed differunt illa à carie. ſimiliter chirurgici poſteriores loquuntur de his, ſed non ſunt eadem cum his, quorum curationem dare intendimus. Superiores chirurgici loquentes de depaſcentibus, dicunt duplici ex cauſa fieri, uel ex turpitudine alba, uel nigra collecta inter glandem, & præputium. hanc turpitudinem ſordem appellant: uolunt igitur, quod quoties ſordes iſta continetur inter preputium, & glandem, bulliens faciat huiuſmodi cariem: Vnde monent, ut continuo abluamus pudendum urina cum farina tempore hiemis: æſtate uerò aqua frigida, quum cognoſcimus mulieres; ſed de his non loquemur nos, loquemur autem de carolis. Quæ uarijs occaſionibus prouenire ſolent; aliqui per contactum, quoties pudendum hominis contangitur à fæmineo pudendo infecto. ſicut enim manus infecta ſcabie inficit manum ſanam, ita pudenda inter ſe: hac ratione, quia communicatur ſanies, uaporue malignus Gallicus ad infe-

Margin: Caries. Cauſæ cariei ex aliis. 1. Occaſio cariei.

ſto pudendo, qui ſolet exoriri per exeſam cuticulam, & per hoc genus dicti ulceris. aliquandò huiuſmodi ulcera naſcuntur, quia in ipſo coitu, excrementa per attritionem incaleſcant, & ſic putreſcendo inficiant pudendum uirile. Nam erit mulier, & uir, qui laborarunt Gallico, pudenda non infecta ſunt ulcere, tamē quia caſu retinetur ſordes, uel in ſinu mulieris, uel in pudendo uiri, per illam frictionem ſordes incaleſcit, & putreſit. ex quo apta eſt ad generationem cariei Gallicæ. & hinc eſt, quòd multi mirantur, quod adibunt meretrices, & uidebunt partes mundas, & tamen carie inficiuntur: ſordes fuit cauſa ulceris communicatis uaporibus malis redundantibus ex Gallica muliere: Et domini hæc eſt cauſa cur multi à pudendo non carioſo cariem contraxerint: Vultis uidere? ſi adoleſcens bibat lac mulieris infectæ, inficitur. multò ergo magis in ſordibus illis latet minera putredinis. Tertiò inficitur hepar, & tranſmittit excrementum ad ſuperiores partes, & ita facere ſolet ulcera in ore, & palato: ſi ad partes inferiores uel eſt tenue, & tranſmittit ad priapum, & facit cariem; uel eſt craſſum, & tranſmittit ad inguina, & facit bubones. ſi uerò utraque materia luxuriat, facit utrunque. Quartò oritur caries laboris, quandò quis uiolenter equitat, & diu, & retinentur ſordes in pudendo, ſatis longas patitur tentigines, eo magis præputium incaleſcit, & eſt cauſa cariei, quia illa eſt apta putredini, cum ſit uia ad expellenda excrementa: ex Gal. ſ. in lib. Methodi: aliquandò naſcitur caries per attritionem. Sunt Meretrices, que ut uideantur uirgines, & ſibi, et adoloſcentibus augeāt delectationē ſolent uti aquis adſtringentibus: Iuuenes habentes magnam, atq; craſſam uirgam uiolenter impellunt, attritione illa (fortaſſe exiſtente glande molli) naſcuntur caries, et ulcera: ſuperiores illas medici excalefactiones uocant, has poſteriores, excoriationes. Nos non loquemur de omnibus his, ſed de ueris Gallicis tarolis dictis, ſiue carolis. Qui ſunt ab alijs diſtinguendi: calefactiones, excoriationes &c. facilè ſanantur (ut docebo, quandò locus dabitur, & occaſio) ſed caries non ita facilè.

1. Occaſio.

Not. ſolutionem ꝓblem:

3. Occaſio.

4. Occaſio.

5. Occaſio.

De tribus cariei Gallicæ ſpeciebus. Cap. LXXXII.

GAllicæ cariei tria ſunt genera, uel ſit caries ob contactum, uel ab hepate originem ducens, uel quia ſordes reperitur. Vnum eſt, quod continet cariem benignam, gallicam tamen: ſecundum mediocrē includit: tertium eſt, quod habet malignam, à qua Deus omnes fideles Chriſtianos liberet. Signa cariei benignæ ſunt. Primum enim ſuboriuntur.

Cariei tria genera.

Benignę cariei ſigna.

puſtulæ quædam paruæ, & candidæ, quæ quidem non excedunt craſſitiẽ unius grani panici minimi: puſtulæ erumpũt; his ruptis remanet ulcuſcu lum rotundum in medio habens punctum candidum, penetrans aliquantulum, ſimplex, uel duplicatum: aliquando tota corona glandis inficietur huiuſmodi ulceribus: quandoq; ſimul copulãtur, & ex duobus, uel tribus uel quatuor unum fit, ita, ut ſit ueluti linea cingens, & coronans glandẽ, iſta eſt ſine dolore; leuis, & moderatus pruritus: facillimè cedit medicamento.

Secunda cariei ſpecies.

Secunda ſpecies ſæuior eſt, & iſta eſt genus quoddam ulceris rotundi, ſed in medio nõ adeſt punctum album, adeſt liuor in ulcere, & labra leuiter attolluntur purpureo colore infecta: aliquantiſper profundũ eſt hoc ulcus: Hæc eſt ſecunda ſpecies.

Ter. ſpecies.

Vltimo in loco eſt peſſimũ, & ualde malignum ulcus, non rotundum, ſed uaria figura figuratũ, ac uarijs depictum coloribus, liuido, purpureo &c. calloſa habet labra. ſerpit ſæuiſſimè, & aliquando nomata iuncta habet, hoc eſt putredinem. Has ſpecies oportet diſtinctiſſimè cognoſcere, & diligẽtiſſimè tractare, benigna enim moderatè tractamus, & non timemus. at de duobus reliquis formidandum de ualida infectione.

Cariei ex calefactione & attritione curatio.

Si caries erit per calefactionem, aut per attritionem, ſanatur facillimè. Recipe aquam plantag. & aqu. roſ. & bis madefactũ linteũ imponite, & ſtatim ſanatur.

Secund. rõ.

Si reſiſtat. Recipe ung. diapompholi. & duorum dierum ſpatio ſanatur.

Tertia rõ.

Si aliquando requiritur medicamentũ robuſtius recip. aqu. ſolani. & aquam plant. & diſſoluatis minimam portionem alum. rocchæ, & tunc linteolo locum madefaciatis.

Cariei galicæ non leuis, curatio.

Prima rõ curandi.

Si autem fuerit caries uerè Gallica, & non leuis, ſed maligna, uel maligniſſima fugite ualidè, & purè repellentia, quia naſcerentur bubones: ſed medicamẽto aliquo, quod robuſtè exiccet, & ſuperet malignã ulceris naturam, utimini:

Secunda, & tertia ratio.

ſolemusq; aliquãdo decoctione aliqua abluere matutina, & ueſpertina hora: & hæc fit decoctio gaiaci ſolo, aliquando admixta aqua plant. Quandoque recipimus uinum album auſterum, & incoquimus lignum Indicum, & roſas: & hoc abluimus: poſt ablutionem inſpergimus aliquem puluerem robuſtum ſiccantem.

Puluis primus.

Medicamentum hoc eſt præſtantiſſimum Antiquorũ. Recipe cinerẽ ſeminum aneti, et ſquam. æris præparat. & inſpergamus ſupra lienteolum malidum decocto eodẽ, uel aqua roſ.

Puluis ſecundus.

Aliquando recipimus ſquam. æris, aloem hepat. & tutiam præparatam, & inſpergimus æquis portionibus.

Quarta rõ curandi, cũ nõ appet ulcus.

Quandoque uenimus ad ualidiora præſidia, quando exedit intus caries, & non apparet in ſuperioribus: in eo caſu puluis non eſt oportunus quia non ita penetrat: Ego ſoleo uti ung. Aegyptiaco, & accipio ſtilum acutiſſimum, quod intingo Vnguento, & poſtea impono in foramine cariei, excitat ſtatim dolorem, ſed ceſſat, & eſt medicamentum certum: & non imponatis ſupra linteolum, ſed tantùm guttulã, ueluti millij, infundatis: ſupra autem ulcus ac-

commodamus aut linteum, aut goſſipium madidum roſacea, uel aliqua alia aqua refrigerante, ut his impediatur inflammatio: aliquãdò oportet uenire ad medicamentum ſiccans robuſtè, quod inſita facultate inimicum ſit huic morbo, in eo caſu recurrimus ad præcipitatum. Mea autem medicina ſemper eſt hæc in alijs, non in mè. & in leuibus, & in mediocribus, & in robuſtis; ſed ego diluo ita, ut nullum excitet dolorem. [Diluitur autem præcipitatum eo modo quē docet Gal. 2 de ſimp. med. fac. 15. & hoc habent multi pro ſecreto, & Fall utebatur.] ſi moderata caries utor præcipitato mixto cum ungu. roſat. Meſu. & capio præcipitati drach. 1. ungu. roſ. Meſu. unc. 1. & ſemper intelligo de præcipitato præparato. ſi rebellis caries inſpergo præcipitatum purum unica uice, aliquandò bis, aliquandò ter, uel quater, rarò uenio ad quintam inſperſionem. Inſperſo præcipitato impono linteum uel goſſipium madidum aqua roſ. Si uideam altera die æquale redditum ulcus, ſiccatum, rubicundum, tunc aut impono mixtum præcipitatum cum ungu. roſ. uel utor ung. diapompholig. uel ungu. Iſidis, ſed ung. diap. præſtantius eſt. aliquandò utor linteolo puro madido aqua roſ. uel plant. nam tota ratio conſiſtit, ut ſiccemus putredinem, & detergamus eam, & hæc fiunt à præcipitato: Quandoq; accidit ut caries ita maligna, ita rebellis ſit, ut uinci non poſſit à præcipitato, & tunc oportet uenire ad argentum uiuum: & in hoc caſu (rariſſimè tamen utor) conficio hoc medicamentum. Recipe aſſungiæ porcinæ unc. ij. turis, aloes, ana drach. 1. argenti uiui drach. ij. teruntur hæc in mortario extincto argento uiuo, & fit ung. quo inungimus: aliquando caries ita procedit, ut exedat totum, uel dimidium pudendum, non totam ſolùm glandem. in eo caſu, ſi cœpit putreſcere pars eſt ſiccanda medicamento ægypt. & medicamentis explicatis in cura ulceris nomoſi [& quoniam hic non enumerantur medicamenta iſta, eo quòd Excellentiſſimus uir refert ſe explicatis: Ego tamen quia ſcribo uniuerſis lectoribus, & non ſolùm his, qui tunc temporis ſub eius uexillo militabant, cumq; illi, qui Authoris libros de ulceribus Typis excudendos curarunt, ita mancos, ita obſcuros habuerint, ut dimidium deſideretur, poſtquam enim egerunt de ulcere cum oſſe corrupto, ſaltant ad ulcera cutis, omittendo malignorum ulcerum, herpetis, fagedenæ, ulceris nomoſi, ſinus, fiſtulæ, Gallici morbi, combuſtionis & cæterorũ tàm uniuerſalium quàm particularium omniũ tractationem; miror equidem de his, qui tam imperfectè edunt res aliorum: utinam detur mihi occaſio denuò imprimendi iſthæc omnia, & ulcerum, & tumorum, & uulnerum ſpeculationes: polliceor enim omni induſtria, omni diligentia, atque ſtudio (pro uiribus) perfecta tradere. occaſio autem erit, quandò hæc, quæ iam fœlicibus edo auibus, uobis non ingrata fore ſenſero. Communi igitur ſtudens commodo medicamenta illa iſtic enumerãda cenſui. quæ ſunt qua

Quinta ratio curandi.

6. ratio.

7. ratio. Varia medicamentaque cariei applicari poſsunt

tuor generum, uel ex animalibus, uel ex lapidibus, uel ex plantis, uel ex metallis: ex animalibus eſt cornu ceru. uſtum, omnia oſtrea uſta: & corallium (licet ſit ex plantis) tamen quia neſcio quid habet lapidoſi, connumeratur inter medicamenta ex lapidibus, ſimiliter lapis hæmatites, bolus armena: ex plantis habemus folia oleæ, Marrubium, ſcabioſam, tormentillam, & in ſumma omnes ſpecies pentaphili, ut album, & commune. agrimonium, quod eſt eupatorium antiquorum, ariſtol. rotund. roſarũ fol betonicã rad. cucum. aſin. citrulorum, ari, uel ſerpentariæ maioris, uel minoris: ex metallis eſt alumen, calcantum, flos æris, ſquama æris, præcipitatum, ſquama ferri, antimonium, diphriges, arſenicum, & infinita alia ſimplicia. Abluimus aũt locum clyſtere per dimidiã horam, ut attractus liquor ui impellatur in ulcus, & penetret ad intimas eius partes, & abluatur omne uirulentum puſ ſolemus aũt accipere aquam calibeatam, & in iſta incoquimus aliqua ex dictis medicamentis, uel ex plantis, uel ex animalibus, & infundimus. hoc facto parare ſolemus pulueres, & inſpergimus: erunt autem hi ex illis oſſibus exuſtis, & metallis, & corallio, bolo arm. ac lapide hæmat. & his additur aliquid Thuris, aut maſticis. Verùm aliquandò non poſſumus inſpergere pulueres. ex ideò accipimus mel roſ ſyr. mirt. & uinum gran. & poſtea accipimus pulu. partim ex plantis, partim ex oſſibus, partim ex metallis, & efficimus linimentum ſecundum hanc formam. Recipe pulu. ſcab torment. an. drac. 1. pulu. eburis combuſti, corall. rub. an ſcrup. ij. boli orientalis drac. 1. thuris ſcrup. 1. mell. roſ. ſyr. mir. uini gran. an. unc. ſem hæc miſce in mortario, & poſtea goſſipio impoſito in ſpecillo inungimus locum. Verùm ſi caries eſt in ſinu muliebri in hoc caſu ego utor medicamento ex terebent. & primò abluo, impono poſtea peſſarium cum medicamento, quod tale eſt. Recipe tereb. lotæ cum aqua ſcabioſæ unc. 1. mell. roſ unc. 1. pulu. ſcabioſæ tormentillæ an. dra. 1. boli orien eburis combuſti, cornuceru uſti, aloes an. drac. ſemis, farinæ lolij ſcrup ij. miſce, & imbuitur peſſarium, & fælici cũ ſucceſſu, hoc genere emplaſtri uti poſſumus in cole uirili: quùm uerò incipiunt ulcera. hæc ſuppurari deuenimus ad detergentia & fit decoctum ex lupinis, ex lolio, & hordeo optimum eſt, ſi his ad miſcemus mel. roſ uel oxim. at ſi inſignis eſt putredo, opus eſt cauſticis robuſtis uti. & primò liquori ex plantis confecto admiſceatis ung. ægyptiacũ in bona quantitate, & per clyſtere abluatis. Madefaciatis quinetiam aqua alum magiſtrali: ſed non utamini hac eo modo, quo in officinis præparatur: ego docebo infra quomodo ſoleo parare eam: utor etiam arſenici aqua. uel aliquo ex his, quæ traduntur a Gal. 4 de comp. med. per genera 10. quædam componit Aetius lib. 14. ca. 49 Paul. lib. 40 cap. 44. ung. ægyp. cum alum. & calc. bonum eſt ſi autem non ſuperatur his, deueniatis ad ferrum ignitum: ſemper tamen haben

Cariei in ſinu muliebri curatio

da ratio partis ſanæ,& prohibenda inde (quantũ fieri poteſt) inflãmatio, & ſic utimini empl. ex lente, & cortic. grã empl. ex farina lolij & hordei uel ſuccis ex rubo, uel ex folijs uitium, uel plant. uel ſcab. uel poligoni. & ſi eſt hiems utimini iſtorũ aquis cũ linteaminibus, & non dubitate quòd maiorem uim in his aquis uidi, quàm in ſuccis, & expertus ſum in fluxu ſanguinis narium, accepi ſuccos, & nihil fecerunt, accepi aquam ſtillatitiã, & ſtatim deſiit; cùm corruptela hæc incipit ſuperari oportet uenire ad detergẽtia, ut ad ſuccũ appij, & poſtea carne expleatis, & talis erit curatio] Præter inſtitutã dietã ſoleo balneare pudendum quotidie decocto Gaiaci. uel in quo ſit decocta ſcab. & tormẽtillæ: & ſi eſſent cauernæ, ego clyſtere abluerem ſepties, octies, & decies. ſi mundum eſt ulcus, deduco cicatricem per hos puluéres: ſquam. æris, ſquam. ferr. atq; pomph. ex his facio pulu. quẽ leuiſſimum inſpergo ad ulcera. aliquandò ſunt, qui cariem per tres an nos ferent. ſanabitis uos hoc modo: ſupra pulu. dictos ponimus ung. iſid. uel ſolum, uel mixtum cum ung. diapomph. ſi mundum non eſt ulcus, ponite prius præcipitatum, poſtea dictos pulu.

Balneum pudendi.

De tumore præputii ex carie. Cap. LXXXIII.

ACcidit deinde in carie, ut intumeſcat præputium, & non poſſit detegi glans, uel ſi detegitur cum maximo fit dolore, & excrutiat: unde in hoc caſu quotidiè detegatur glans, & ne exedatur, noua medicamenta ponantur: Secundò not. ne præputio deuoluto glandẽ relinquatis detectam; quoniam tunc ad coitum laceratur; ideò aduertendũ ne inuertatur præputium, & agendum eſt, ut recurrat, cum dolore, & potius ut glans tecta, quam detecta maneat: ſed in eo caſu, in quo tecta eſt glans quid agẽdum? Si apex præputij erit anguſtatus, ſol. mus dilatare cũ fiſtula plumbea; poſtea facimus decoctũ, quod per clyſtere immittimus inter præputiũ, & glandẽ; & hoc decies in die. facta iſta ablutione ſolemus recipere linteolũ mundiſſimũ molliſſimũq; imbutũ medicamento oportuno ad exiccationem cariei, & ſpecillo impellere ad ulcus. cognoſcimus aũt loca ulcerũ ex dolore partium exteriorum, & ita quotidiè matutina, & ueſpertina horã medemur. decoctũ tale eſt. ℞ecipe decoct. ligni indici lib. i. decoct. ſcab. agrim. beton. roſ. tormentillæ, plantag. lib. iiij. tutiæ præpar. ſquamæ æris præpar. aloes hepat. boli orient. an. drac. i. & ſem. hæc ſimul bulliant parùm; poſtea colatur medicamentũ & infunditur clyſtere: Vnguentum aũt eſt roſaceum Meſu. cùm præcipitato. in exterieribus partibus imponimus linteol. madidum iſto decocto, uel imbutum diapompholigos, uel aqua roſ. & plantag. aliquandò unguento facto ex linim. ſimplici, & diapalma ſimul mixtis, nam impediunt putrèdinem, & ſiccant moderatè:

Tumor præputii.

Decoctum.

Vnguen.

De callo præputii. Cap. LXXXIIII.

Nona ratio curandi calloſum præputium.

Aliquandò ita calloſum fit præputium, ut non amplius poſſit detegi glans. in eo caſu noſtri chirurgi, & benè, ſecant præputium, & uidetur colis, ueluti equus præſectis naribus, & omnes hucusq; illud fecerunt; præterea dum intumeſcit glans, dolet. iccirco uos ego docebo à mè inuentam nouam rationem curandi; omnes ego ſano plumbo uerbi gratia habebo præputium ita anguſtum, ut non poſſit ingredi ſpecillum, in eo caſu accipio fiſtulam paruam ex plumbo, & ita impono in foramine, & uolo, ut æger per illam mingat: interim ego oleo amygdalarum dulcium inungo, uel ping gallinæ, uel pomata. ſecunda die ego impono parùm maiorem fiſtulam, tertia ad huc maiorem, & hoc modo procedo deinceps, ita ut ſpacio octo dierum poſſit detegi glans, & ſic emollitus remanet callus & præputium dilatatum. Ego his non ſolùm in cariebus utor Gallicis, ſed etiam quandò eſt hoc à natura factum.

Quomodo curandus tumor præputii ita ut recurrere non poſſit. Cap. LXXXV.

IN carie ſolet ſuccedere hoc incommodum, quòd aliquandò ita ſtringitur præputium ob cicatricem, ut non amplius detegi poſſit glans: aliquandò ſanant medici inepti, ita, ut recurrere non poſſit: docuimus quomodo dilatandum præputium fiſtulis plumbeis. quandò autem recurrere non ualet inuerſum aliquot ſanaui, aliquot non. Primùm formamus inſtrumentum plumbeum, rotundum ſemicirculare, quod ponimus ſupra glandem; & poſtea faſciolis quibuſdam tentamus reuocare præputiũ ſupra plumbeum circulum, qui ponitur ſupra glandem; & ita per multas uices perſiſtamus, donec aſſequamur intentum.

De carie in canali uirgæ. Cap. LXXXVI.

SOlent ſuboriri in canali etiam caries. cognoſcetis autem ex ſanie manante, & maximo dolore in tempore minctionis, has uerò curabitis eadem ratione, qua in glande exiſtentes, atque exteriores, curaſtis.

De cicatrice calloſa & ueluti neruo poſt cariem remanente. Cap. LXXXVII.

HOc modo ſanatur caries, cui ſolet geminus affectus ſuperuenire, primus

mus eſt calloſa cicatrix, mobilis loco, craſſa, liuida, dura, & rotunda, quæ quandiù durat, tamdiù morbus Gallicus perſeuerat, & uidentur ueluti bottones cicatrices iſtæ. ſolemus auferre huiuſmodi cicatricem primùm ſanato uniuerſo corpore Guaiaco, uel ſalſapariglia, deinde ſupra locum poſita ſpuma decocti Gaiaci. Præterea ſolemus madefacere linteolos panneos in decocto primo ligni: quia in eo eſt uis attenuandi, & digerendi: Succedit quoddam aliud, ut aliquandò quidam, ueluti neruus poſt cariem remaneat, qui durus per pudendum percurret; iſtud eſt ſymptoma nondum curati Gallici, habet eandem naturam, & eandem rationem curationis requirit, quam citatrix illa. aliquandò ſuppuratur hic neruus, & ſuboriuntur fiſtulæ. Sciatis quòd tandem experientia reperi, ut ſecetur totus huiuſmodi abſceſſus, totus hic neruus per longum: nam ſtatim, aperto ſinu, ſanatur: nunquam enim (ſi aliter fiet) ſuccedet agglutinatio: Quomodo autem ſanabimus huiuſmodi ulcus? eadem ratione qua cariem ipſam curauimus.

Cicatrix calloſa quõ curatur.

Veluti neruulus reſtãs poſt cariem

De uerrucis ſiue porris. Cap. LXXXVIII.

Verrucæ ſiue porri.

Vltimò ſanatur caries in pudendo, & ſolet ſemper loco cicatricis ſubcreſcere quædam uerruca, ueluti caruncula, ſeu porrus in manibus natus, & ideo porri dicuntur, porriſimi uel porrifichi. huiuſmodi caruncula ſubcreſcentes in pudendo Thymia ab Aet. dicuntur, hac ratione, quia habent ſimilitudinem cum capitibus Thymi. Harum duplex eſt genus: aliud Gallicum, aliud non Gallicum; maior pars non eſt Gallica: paucæ ſunt meretrices, quæ non habent huiuſmodi carunculas: ſi inficiuntur Gallico, inficiunt adoleſcentes, & tunc Gallicæ fiunt. Quæ nõ ſunt Gallicæ, ſunt duũ generũ, aliæ cõtagioſæ ſunt, aliæ non contagioſæ: in muliere munda, quæ continuò expurgat loculos, huiuſmodi carunculæ non ſunt cõtagioſæ: in immundis ſunt contagioſæ; quoniam ſanies impreſſa membro excoriat, indeq; ſuccedit caruncula. Sed ſiue ſit gallica, ſiue non, eandem curationem requirit circa locum. Antiqui ſolebant carunculas iſtas ſanare robuſta ratione, ueluti Aetius docet, uel cauſtico medicamento, uel cãdenti ferro exurere: Cãdens ferrum non probo, multùm enim acerbum eſt: alij ſunt ex noſtris, qui curant filo uinciendo eas: poſſunt tamen renaſci: ego nunquam uſus ſum ferro: laudo uſum uinculi, dũmodo uincire poſſimus: quoniã ſæpe ita lata eſt baſis, ita calloſa, ut uinciri nõ poſſit: Sed demus quòd uincire poſſimus; in eo caſu debemus primũ abluere diligẽter carunculas iſtas, & uidere an ſint partitæ in plures partes: cum abluerimus uino debemus aut lineo, aut ſericino filo ligare uſque quo æger dolorem incipiat ſentire: ligamus autẽ duplici modo, ut quaſi geminus ſit no-

Libro. 4. cap. 13.

Curatio caruncularum ex antiquis. 2. Rõ cur.

dus : facta deligatione debetis linteolum, uel goſſipium madefactũ aqua roſ. imponere, & poſtea ducere præputium ſupra linteolum: & hac ratio tuta eſt ab inflammatione: altera die abluetis diligenter: ſi ſunt mortuæ, apparent denigratæ, & liuidæ: ſi rubicundæ, nõ bene ſtrictæ ſunt. ſi nigræ altera die cadant. ſi rubræ ſunt, iterum trahamus capita fili, & ſtringamus optime. Cadentibus iſtis, obſeruandum, an relictæ fuerint radices hærentes glandi: ſi radix relicta eſt, ſolemus madefacere aqua aluminoſa magiſtrali, cuius deſcriptionem communicabo infra: minima ergo gutta iſtius aquæ, uel ſimplicis, uel temperatæ madefaciatis. Alia eſt ratio, quã exercere ſolemus per præſectionem. Quando timeo ne ſint Gallicæ: præſcindo forcipe: non eſt magnus dolor; in eis enim non uiget ſenſus exquiſitus: & quia egreditur multa copia ſanguinis, hac ratione laudo: facite ut exeat in maxima quantitate, poſt præſectionem, & cohibitum ſanguinẽ, uel ſquamæ æris præparatæ portionem, uel aquæ dictæ guttulam infundimus. ſi autem præcidere, aut ligare non poſſumus, multi multa faciunt.

Signa quando ſanatæ ſunt.

Ad radices remanẽtes.

3. Ratio curationis.

4. Ratio curandi.

Ego tamen leniora tentare ſoleo cum medicamentis diſcutientibus, et habeo peculiare conſtans ex ammon. & accipio ammon. præparati cum aceto unc. 1. aſſæ fœtidæ drac. 1. calcanti uſti, & rubificati ſcrup. ij. ex his cõſtituo maſſam cuius portionem impono ſupra uerrucã, & quotidie abluo partem, & renouo medicamentum: ſed oportet, ut æger ſit continẽs; quoniã ualidiſſimus fit pruritus, ita ut libẽtiſſime ad fricationẽ incitet, ſi aũt accidat, ut uſu iſtius medicamenti intumeat glans imponimus ungu. de ceruſſa in exteriori, & ſatis eſt: & eodem modo ſanamus uerrucas in fœminis. Aliquando uenimus ad cauſtica, & primo eſt aqua illa alluminoſa magiſtralis: aliquando ad oleum ſulf. aliquando ad olei calcanti uſum deſcendimus. uerum ego habeo pulu. ex arſ. criſtall. & auripigmẽto præparatũ, quod diuinum eſt: ſi nos ſciamus illo uti. Nam accipio huiuſmodi plures æquis portionibus, & miſceo ſimul. poſtea ſpecilli apicem madefacio ſaliua, & intingo in hunc puluerẽ & tango hoc uerrucam, & ita, ut minima huius portio ſupra eam maneat, poſtea capio goſſipium ſuper pono, & facio, ut præputium recurrat. Hoc exedit unica uice ſine dolore; ſed ponite in minima quantitate. Præparatur autem arſenicum hoc modo. Tero arſen ſupra marmor: poſtea in catino aceti pono, ita ut acetũ ſupernatet: tunc colloco ſoli æſtiuo donec exiccetur acetum, & tribus hoc facio uicibus. poſtea tribus, aut quatuor uicibus macero aqua pura. Eodem modo præparatur aurumpigm. ſed nolite exhibere, niſi in minima quantitate, ne accidat uobis, ut iuueni nobiliſſimo accidit hac æſtate. hic uerrucam habebat, Medicus cauſticum impoſuit, quod uerrucam, & mediam partem glandis exeſit. ſed quia ego dixi quod caries oritur per contagiũ, ſciatis quod etiam oriri ſolet ratione hæpatis tranſmittentis: dimittamus

Si tumet glans.

5. Rõ curandi.

Notabile medicam.

Arſenici præparatio.

Auripigmẽ. præparatio.

hanc ſecundam ſpeciem: loquamur de prima, atque quo iuuenis coiens cum infecta ab hac præſeruetur, & cariem non ſentiat.

De præſeruatione à carie Gallica. Cap. LXXXIX.

*EGo nihil feciſſe uideor niſi doceã uos, quomodo quis uidens pulcherrimam ſirenam, & coiens cum ea, etiam infecta, à carie, & lue Gallica præſeruetur. Ego ſemper fui huius ſententiæ, quòd adſit ratio præcauendi, ne per contagium huiuſmodi ulcera oriantur: ſed quæ eſt iſta ratio? Ego dixi quod naſcitur caries per communicata corpuſcula ſanioſa, quæ imbibita poris glandis, faciunt cariem: ideo opus eſt, ut ſtatim ſaniẽ a glande expurgemus: ſed ſi imbibita ſit in poris licet uino, lotio, uel aqua detergamus priapum, tamen eã detergere non poſſumus. & hoc ſæpe accidit in tectis, & mollibus glandibus. Quomodo ergo agendum? ſemper fui iſtius ſententiæ, quòd ponamus aliquod habens uim penetrandi corium, & diſsipandæ materiæ, uel extrahendæ, uel ſiccandæ & uincendæ natura ſua, ideò inueſtigaui hoc medicamentum. Sed quia oportet etiam Meretricum animos diſponere, non licet nobiſcum unguenta domo afferre. propterea ego inueni linteolum imbutum medicamento, quod poteſt commodè aſportari, cum fæmoralia iam ita uaſta feratis, ut totam apothecam uobiſcum habere poſsitis: Quoties ergo quis coiuerit abluat (ſi poteſt) pudendum, uel panno detergat: poſtea habeat linteolum ad menſuram glandis præparatum; demùm cum coiuerit ponat ſupra glandem, & recurrat præputium: ſi poteſt madere ſputo, uel lotio bonum eſt, tamen nõ refert: ſi timetis, ne caries oriatur in medio canali, habeatis huius lintei inuolucrum, & in canali ponatis, ego feci experimentum in centum, & mille hominibus. & Deum teſtor immortalem nullum eorum infectũ. Notate autem obiter, quòd quælibet ſpecies linteoli mundi tantam habet uim in præſeruatione, ut nihil magis [addite quòd goſſipium nouum, molle, fidibus bene concuſſum glandi optimè lotæ detergentibus, obuolutum, mirum in modum præſeruat: & quùm quis Gallicis ſcopulis lignum percuſſit, poſt ablationem inſpiciat: uidebit enim inuolucrum illud ſanioſum, aut citrino, aut pallido, uel ſubnigro colore infectum] ideò ſemper quis paruo linteolo obuoluat glandem per ſpatium quatuor, aut quinque horarum, & hęc non eſt moleſtum mulieribus: ſed tamen præparati lintei ratio eſt præſtantisſima. Præparatur autem hoc modo. Recipe radicis gentianæ, Ariſtolochiæ longæ, ariſt. tenuis rotundæ * ana drac. 1. puluer. ſand. alb. rubeorum, ligni aloes, an. ſcrup. ij. puluer. corallorum rubrorum, ſpodij ex ebure, cornuceru. uſti an. drac. ſem. fol ſcordij, ſonchi, beton. ſcabioſ. tormentillæ. an. man. 1. roſarum man. 1. & ſem. ſcobis*

Nota de pręſeruatione.

Linteolum mundum.

Goſsipium.

Præparatio lintei.

*in lectionibus. 1555. habet dictamũ album. doſis uerò omnium eſt drach. ii.

2. Formula. parandi lintei.

Gaiaci unc.ij.ſquamæ æris drac.ij.præcipitati præparati drac.1.et ſemiſ. uini maluatici optimi potentis lib.1.& ſem. aquæ ſonchi, aquæ ſcabioſæ lib.ij.aſſumitur uinum & aqua,& in his infunditur ſcobs Gaiaci per 24 horas,deinde adduntur reliqua omnia,& bulliunt ſimul ad conſumptionem medietatis;deinde colatur decoctum,& exprimuntur medicamenta iſta diligentiſſimè.in hoc decocto perturbato maceratur per noctem pannus linteus puriſſimus, deinde ſiccatur in umbra,et hoc fit trib.uicibus: ter enim maceramus,ter etiam ſiccamus:poſtea paramus fruſtra ad proportionem propriæ glandis,& ſemper habentur in marſupiolo,uel in cauo illius partis fæmoraliũ,quæ brachett.dicitur. [Sed quoniã diligenter
" rẽ iſtam inueſtigauimus in gratiam ueſtram addere decreuimus formulã
" eandem alio modo traditam cum uir iſte excellentiſſimus 1555. profite-
" batur.ut diuerſitatem uideatis,& in rebus ſubingredientibus,& in doſi-
" bus,& iudicium uos tum ex uobis ipſis afferre poſſitis utra iſtarum me-
" lior:tùm etiam auxilio elegantiſſimi,atq; probatiſſimi tractatus de doſi-
" bus,quẽ anno ſuperiori à ueſtro excellentiſ.et nobiliſſ. D. D.Hyeron. Capinaccio habuiſtis,ſine cuius certa, atq; bene conſiderata cognitione uix nouas formare receptas,uix antiquorum examinare etiam exercitati norunt.formula talis eſt. Recipe rad.ariſt.rotundæ,gentianæ,dictami albi an.drac.ij.ſcordij,ſonchi,rutæ an.unc.1.& ſemis,ligni aloes, ſandalorum omnium, ſeminum citri an.drac.1.rhabarbari, tormentillæ, *Hyperici an drac.ſem. Mithridaticæ confect.drac.ij.Guaiaci limati unc. ij.uini maluat.optimi,aquæ ſonchi an. lib.1.& ſemis:lignum prius maneat in aqua,& uino per totum diem; poſtea bulliat ad conſumptionem tertiæ partis;& tunc infundantur reliqua;& ſimul macerentur uno die,poſtea bulliant ad conſumptionem mediæ partis;& colate;& exprimite.ſed obſeruate,ut uas,in quo medicamenta hæc bulliunt ualdè clauſum ſit.&,ſi hoc fieret in balneo mariæ,eſſet optimũ.hoc facto,linteũ lineũ in hoc decocto ponite tribus diebus, aut duobus in illo macerando:poſtea in umbra loco calido ſiccato,iterum madeat,iterumq; ſiccato; tertiò madeat deſiccetur,&pluries(ſi uiſum fuerit) hoc ita optimè ſiccatum in carta,aut linteo compreſſum ſeruato ad uſum: poſſem hoc medicamentum multùm laudare: ſed uos experiemini, uos igitur uobis ipſis teſtes eritis. Si autem nimiùm timeatis, & quæretis medicamentum robuſtius, & incipietis ſentire pruritum in pudendo, eatis domum, & hoc ſuffumigio, ſuffumigetis præputium:Recipe ollulam paruam, in qua ponetis, unum aut duos carbones accenſos, & inſpergetis puluerem deſcribendum, & ita ſenſim,& ſenſim ſupra fumum pudendum ſuſpendatis, poſtea recipiatis linteolum præparatum,uel communem* & ſupra glandem ponatis, & ſic reuocabitur ab hæpate materia contagioſa puluis talis eſt. Recipe

* Hypericõ herbam ſancti Ioan. uocamus. de qua dioſ.li. 3.cap.172. Hãc uocãt; dæmonifuſ gũ, eo quòd cęleſtiũ gratiarum noxios maloſ cum dæmonum uapores à nobis arcere putatur.corallus etiam idẽ facit ex Marſ. fic.in lib.de uita cęlitus cõp.cap.14: Suffumigiũ ꝑ pręſeruatione.

* Vel goſsipiũ mundũ.

pulu.roſ.rub.abſynthij,ſandal.rub.an.ſcrup.1.& ſem.belzuini, cāphoræ, Thuris,aloes,Myrrhæ an.ſcrup.ij.cinnabaris drac.1.& ſem. præcipitati drac.1.miſce,& ſit puluis craſſior;iſtoq́; ſuffimus,& impedimus, ne gignantur carioſa ulcera in glande.[Aliàs ſcriptum eſt loco ſandalorū rub: ſandarachæ rubræ.de qua Gal.in 9.de ſimpl.medic.facultatibus,quam dicit urentis eſſe facultatis,& quòd meritò huius eam digerentibus facultatibus,atque extergentibus commiſcent. Chymiſtæ arſenicum rubrum uocant,ſicut auripigmentum arſenicum croceum eſt, licet factitium ex ceruſſa uſta fiat.cum igitur nos intendamus abſtergere,atque digerere non fuit ab re huic particulari ſuffitui addere ſanda.rub.ſed quia uolumus,ut diuerſitas doſium pateat.poſtrema fuit deſcripta ſuperius,* prior autem hæc eſt ſi ſit infecta mulier ita,ut ualidius præſidium requiratur, quū eritis domi linteum auferetis,& aſſumetis ollam paruam cum carbone accenſo, ſupra ipſam,folium cartæ in formam cornu compoſitum imponetis, & parum iſtius pul.& ita ſiccatum præputium,ac glandem fumo illo ſuffietis tribus uicibus,& tutiſſimi eritis.puluis erit. Recipe pulu.roſ.rub. abſynth.ſandarachæ rub.an.ſcrop.1.& ſem.belzuini,cāphoræ,thuris,an. ſcrup.ij.cinnabaris ſcrup.duos,miſce,& fiat puluis] In his,quæ pertinent ad cariem gallicam unum deeſt præceptum ut caueatis, (quantùm eſt poſſibile) ab his aquis erodentibus,quibus utuntur barbitonſores,præſertim ab ea,quæ ſeparat aurum ab argento [Et quoniam bonum eſt ſcire, & hoc omnes homines deſiderant, etiam ſi malum ſit, quia etiam malum, ſuum bonum habet uſum, ideo hic obiter duas decreui in medium afferre iſtius aquæ deſcriptiones. prima eſt Mariani ſancti Barolitani,hoc modo: Recipe ſalis nitri,alum.rocchæ,uitriol.roman.an.lib.ij.miſceantur in mortario molendo cum piſtillo tamdiu donec benè miſceantur,quo ſtante puluis groſſo modo factus ponatur in boccia,quæ ſit illius pulueris capax,& illutata cum orificijs omnibus,ne aqua exhalet,ſicq́; diſtillando aquam extrahetis: ſignum autem ſuæ bonitatis eſt, quòd quando de ipſa parùm in humum ceciderit ſtatim ipſam ebullire uidebitis: ſecundam deſcrip. ponit Ioan.de Vigo Recip.uitriol.roman.alum.rochæ an.lib.1.ſalis nitri lib.1. & ſem.& uaſe uitreo elambiccetur. Hæ autem aquæ ad cariem gallicam pernicioſæ ſunt,ideò eis non utamini.Vtuntur autem aqua ex ærug. æris, & aqua roſ.& iſta bona eſt. ſed iam de his ſit ſatis, ad aliud ſymptoma deſcendamus.

* 1555.

Prima deſcrip. aquæ fortis.

Aquæ fortis deſcri. 2.

Aqua bona pro carie.

De bubone gallico. Cap. X C.

IAm ad bubones,quæ eſt paſſio corporum glandoſorum,accedentes; dicamus,hæc corpora multos patiūtur tumores,quos nouit Antiquitas.

Bubonū uaria genera.

quandoq; enim duros,& ſiroſos à noſtris ſcrufulis dictos: ſolent tumores inflammatos pati,& præcipuè in inguinibus,quos Græci bubones uocant, & ueterum cognitionem attigerunt. ſunt etiam alij calidi,parui,& maligni qui figetla à Græcis,à noſtris phymata uocantur, qui, ut plurimum, peſtilentes ſunt.hos omnes nouit uetuſtas. Verùm in inguinibus tumores alij gallici ſuboriuntur,quos non nouit antiquitas, hi angi uocantur, codoſcellæ,tincones,& panocchiæ dicuntur: codoſcellæ uocantur Mediol. & in Inſubrium regione. iſtius bubonis aliæ dantur cauſæ quàm aliorum; nam omnium bubonum inguinum cauſæ ſunt,aut motus uiolētus,aut ulcus,aut febris peſtilens,& maligna. Quidam obambulabit per loca montana inſuetus,inflammabitur uniuerſum corpus, laborat ualdè,tunc ſolet pati inflammationem inguinum; aliquandò ſuboritur ulcus in pede, uel crure, cum fiat attractio à ſuperioribus, ſuccedet tumor in inguine: tertiò oboritur peſtis, putreſcit hepar, quod exonerat materiam ad inguina. hac de cauſa non oritur bubo gallicus: ſed quia hepar infectum gallico tentat emiſſionem ad propria emunctoria: ſi materia craſſa,transfundit ad inguina; ſi tenuis,ad colem: aliquandò ad dextrum, aliquandò ad ſiniſtrum, aliquandò ad utrunque latus, aliquandò in media pube. Ego tres uidi bubones indicantes maximas uires expultricis,& materiæ infectæ copiam.

Cauſæ bub. 1.cauſa. 2. 3.

Quomodo autem cognoſcitur gallicus à non gallico? à ſcrofulis diſtinguitur; quoniam raró ſcrofulæ naſcuntur circa inguina,in axillis & ceruice ferè ſemper ſuboriuntur: bubo gallicus nō niſi in inguinibus:diſtinguimus à bubone facto ex labore, ex præcedentibus cauſis. ſi peragrauit longinquum iter,cucurrit multùm,non cognouit mulierem, iam agitur menſis, uel duo: ergo non eſt gallicus. præterea ulcus, quo crus laborat,patet.at ſi laborauit, aut laborat carie, ſuperueniens tumor in inguine, gallicus eſt: ſi dices præceſſit dolor ob medicamentum impium poſitum in præputio: concedo: tamen caries gallica eſt; quia eius materia tranſmiſſa eſt ad hepar: ſecundò quùm præceſſit gonorrhæa contagioſa eſt tumor gallicus. tertiò cum adoleſcens cognouerit mulierem nuperrimè,& non habet certam cauſam, cui referat bubonem illum, tunc gallicus eſt, nam ſolet oriri bubo abſque gonorrhæa,& carie. Natura huius tumoris eſt, ut ſtatim incipiat erumpere tumor, qui duum eſt generum: aliquandò colligitur materia circa glandes, in membrana ueſtiente glandulas, uel replente cauitatem inguinum;aliquandò ſubſtantia propria glandulæ intumeſcit. Quoties glandula intumuerit, ita magnus fit tumor, ut excedat magnitudinem panis unius ſolidi: alia eſt ratio, qua cognoſcimus huiuſmodi tumorem gallicum,quòd nunquam peruenit ad maturationem. turbat medicos ualdè iſta ſpecies tumoris in corpore glandularum: illius, qui eſt extra glandes primum ſignum eſt, paruitas; ſecundum,celeris maturatio.

Differ. inter gallicū bub. & non gall.

Signa bubo. gallici.

Duo genera bubo.

tertiò cognoſcimus ad tactum tumorem eſſe in membranis, & non eſſe ali quod corpus circumſcriptum, quod intumeat. Sunt, qui quærunt præſagium maturationis: nunquã præſagiatis citam maturationem in his, qui ſunt in corpore glandulæ. citam prædicite in alia ſpecie. præterea ſi eſt à materia frigida fit ſine rubore, ſine dolore, & qui laborãt liberè incedũt; ratio eſt, quoniam, ut plurimùm, bubones gallici ſunt ab hac materia frigida tranſmiſſa ab hepate. Sed accidit, ut aliquandò calida portio miſceatur, & tunc dolor, rubor, caliditas apparet, & de iſto pronuntiabimus celerem, & bonam maturationem. Habemus naturam, & cauſam bubonis, & qua ratione cognoſcere debeamus, & prædicere poſſimus. Iam ad curationem ueniamus. Præſagium.

De curatione bubonis. Cap. XCI.

IN omni incipiente bubone primùm reſpicite duos ſcopos, ut non ſolùm impediamus fluentem materiam, ſed eam trahamus, quoniam eſt materia maligna, & contagioſa, & experientia compertum eſt, iuuenes cum laborarint bubone (& hic expurgatus fuerit, quia eſt ueluti emiſſarium à natura factum) abſque alio medicamento ſanatos eſſe. & omnes repellentes materiam includunt morbum in uiſceribus. ſecundus ſcopus eſt doloris mitigatio, ſi adeſt. primò ergo mitigemus dolorem, & laxemus locum: ratione doloris ponimus ol. chamæm. ratione relaxationis ol. amygda. dulc. ſolemus accipere lanam redundantem ſordibus, in qua eſt uis relaxandi, & molliendi, & inungimus eodem oleo, & ponimus. ſed aliquandò non ſatis eſt hoc. Aliquandòq; ego recurro ad motum, & mando, ut ludant gladio, uel pila parua; ut ſalliant, & motu illo fiat fluxio. præterea uenimus aliquandò ad uſum cucurbitulæ, quùm timemus maximam luem, & maximam infectionem: hoc autem raro eſt. Nunquam ſecanda uena, uel exhibendum pharmacum purgans. nunquam repellenda materia. ſi ſecetis uenam retrahetis materiam. ſi pharmacum ualidè purgans propinabitis idem fiet. & ex hoc concludimus, quòd quandò uos uultis ſecare uenam, aut pharmacum exhibere, notetis ætatem bubonis, ſi creſcat non faciatis. ſi conſiſtat, uel decreſcat tutò deſcendere poteſtis ad hæc. ego ſtatim uenio ad relaxantia, & ut mundem uiſcera, & non agitem materiam, quæ eſt in fluxu; præterea, ut ſyrupos præparantes exhibere poſſim. exhibeo florem caſſiæ, nunquam ſeco uenam, niſi fuerit maturatus bubo. ſunt quidam, qui non exhibent pharmacum, uel ſecant uenam, niſi ueniant ad maturationem bubones. ſed ſero ſapiunt Phryges. ſunt bubones, qui ſpacio trium menſium non maturantur. ſed poteſtis ſecare uenã, & exhibere pharmacũ, ſi bubo cõſtiterit, & nõ creſcat amplius,

Primus ſcopus curat.

2. ſcopus cur.

An ſecanda uena uel pharmacũ propinandũ in bub.

& hoc modo uenit citius ad maturationem: hoc facto poſſumus uel reſoluere, uel conquoquere bubonem, & reducere ad ſupurationem. ego laudo utrunque, licet poſtremum magis, pro: em; nam quamuis per primum reſoluamus, & diſcutiamus per uapores, tamen ſecunda ratio eſt commoda magis; quia non ſolùm euacuatur materia, quæ fluxit ad locum; ſed habemus irritamentum naturæ, quo ipſa cogitur ad expellendum materiã: & ita per duos menſes, uel plures expurgamus hepar. ſecunda cauſa eſt opinio hominum. craſſæ enim Mineruæ homines credunt (quòd quoties digeritur bubo, & in halitum uertitur, licet caliditas inſit medicamẽtis) quòd facta ſit repulſio, ideò ne Medici habeant hanc famam, ſecunda uia deueniant ad maturantia. Inter maturantia ego habeo quædam familiaria, quæ etiã Medici huius ciuitatis ex me deſumpſerunt. habemus alia ex farinis, & caricis uerbi gratia. Recipe rad. althææ lib. 1. farinæ communis unc. ij. caricarum coctarum in aqua unc. 1. & ſem. farin. ſem. lin: unc. 1. pingu. gallinæ ueteris, pingued. porcinæ an. unc. ij. miſce, & cum decocto radicum althææ, & caricarum. fit emplaſt. ſecundum eſt, quod conſtat ex fermento, cæpis lil. alb. coctis, melle crudo, & rad. alth. & miſceo pro empl. Sed quia ita tardant ad maturationem huiuſmodi tumores, ut fatigati ſint medici (aliquandò enim per duos menſes durant) hac ratione ego habeo empl. Diachilon ex gummis, & eſt empl officinarũ, cui adduntur tria gummata, ammoniacum, bdelium, & ſagapenum. Ego accipio hoc diach. & diſſoluo cum pinguedine gallinæ uetuſtioris. ſed hieme Recipio diach unc. 1. ping ſem in æſtiuo tempore diach. unc. ij. ping. drac. ij. Quando autem rebelles ſunt bubones Recipio diach. magnum Meſu: & addo tria genera gummatum, & eadem portione pinguedinis utor. maturatũ bubonem ſecamus. ſed notate quòd quidam ſtulti monent, ut debeamus ſecare bubones crudos, & præter id, quod experientia indicat, quòd malè agunt. ſi fuerit bubo in glandula exit foras, ita oportet auferre. deinde habeo authoritatem Gal. & Hipp. in 2. de off. medici, ubi Hipp. d. quòd nũquam debemus ſecare tubercula immatura, & dantur ibi multæ rationes à Gal. curate igitur, ut ſemper maturentur; maturatos ſecate, aut cauſtico aperite. ſi autem audaciorem habemus adoleſcentem ſectio ualdè oportuna eſt: ego laudo magis cauſticum, quia per eum auferimus quantitatem corij, & fit latius ulcus, & non remanent cauernæ. Præterea cum iſti tumores ſint, ut plurimùm, à materia frigida per cauſtica calefacimus, et ſiccamus hoc autem notamus ex ſanie exeunte poſt cauſticum; quoniam uidemus eam concreuiſſe, ueluti uiſcum. hoc autem factum eſt ex caliditate, & ſiccitate cauſtici. Not. ſi uolumus benè aperire per ferrum oportet, ad imitationem antiquorum ad foliũ Myrti. ualde doloroſa eſt ſectio iſta; & niſi fiat hæc, ſemper difficils eſt curatio: hoc autem

Maturans bubonem.

1. Formula empl. maturantis.

2. Empl. pro bub. rebelli.

Quo tpe ſecandi bub.

Cauſticũ ſectiõe melius.

autem fecit medicamentum cauſticum ſine dolore: ſed ego aliquandò etiã ſeco ut not. ut non pungatis tantùm, ut aliqui faciunt, ego ſeco totum tumorem, & iſta ſectio fienda per ductum inguinis, non per rectum corporis: ſed per tranſuerſum. poſt ſectionem linamenta imponenda, quibus oſculum aperiatur ne ſuccedant fiſtulæ. ego miror de his, qui patiuntur bubonem per ſe aperiri per eroſionem factam à ſanie. miror primùm; quia nimis diù manens ſanies facit cauernas; ſcđm, quia oſcula facta à ſanie plura ſunt, & parua, & imminet periculum fiſtulæ; ideò uel ſecetis, uel cauſtico aperiatis. facta apertione per medicamentum, in primis diebus uos imponatis medicamenta mitigantia dolorem, & ideo cum luteo oui terebentina, uel oleum abietinũ ponitur. ad extra ponitur emplaſt. maturatiuum per tres, uel quatuor dies, ut ſi quid relictum eſt materiæ congeſtæ, maturetur. mitigato dolore; & cõcocta materia omnia facimus, ut ſeruemus apertum ulcus ad 40. dies uel ung. Iſidis, uel linamentis ſiccis. ad extra ponatur Empl diapalm. ad moderandam fluxionem, ad impediendam putrefactionem uel miſcemus cum diapalma linimentum ſimplex, ſi adſit caliditas: ceſſante caliditate imponimus diapalma ſolum. ſi creſcat mala caro medicamentis pro his dictis exedimus. ſi glandula aliqua promineat: in eo caſu ego aliquandò, intercidi filo glandulas, & feci, ut cadant; ſicut de carunculis dictum eſt; aliquãdò cum trociſco de minio deſcripto in abaco medicamentorum cauſticorum exedo, perforando eas. Aliquandò puluerem inſpergo ex arſ. & auripgmento, & ita cadit glans; poſtea expleo ulcus medicamentis oportunis, & deduco ad ſanationem. Quandoq; ſuperueniunt fiſtulæ duæ. 3. 4. aut quinq;, iſtæ requirunt curationem fiſtularum. ſi adſit callus ſanatur eo modo, quo ulcus calloſũ curatur. Hæcq; de bubonis ſanandi ratione dicta ſint.

Quõ fienda ſectio.

Mitigantia dolorem.

Defluuium pillorum. Cap. XCII.

SVccedit inter ſymptomata Gallici morbi capillorum, ſuperciliorum, & barbæ defluuium, quod quidem iam omni ſtudio, omniq; cura, & diligentia curandum eſt. hac ratione ut impediamus ne fiat, ſi inceperit, ut ſtabiliantur pili: ſi ceciderint, ut citò renaſcantur. apud antiquos patuit ophiaſis, caluities, alopetia, quæ genera defluuiorum diſtant à noſtro, de quo tractamus. nouerunt etiam caſum pilorum in lepra. cum itaq; inceperit Gallicus ſolet ita afficere partes capitis, ut cadant pili. cadunt ea de cauſa, quemadmodum in reliquis ſpeciebus depilationis ex Gal. 1. de comp. med. per gen. cap. 2. cadunt pili ea ratione, qua plantæ arborũ. nam pili ſnnt ueluti arbores corio inſertæ, & ſicuti areſcunt arbores, ita pili. dixi areſcunt, quoniam ſi tangatis barbam uiri, cui immineat deflu-

Defluuium pilorum.

Cauſa caſus pilorum.

O

uium,percipietis ariditatem,ueluti ſi ferrea eſſent filamenta.Plante autem areſcunt,aut quia deeſt alimentum,aut quia ſuffocantur à malo ; ita & pili.Et ſuppono pro conſtituto,& ab Excellentiſsimis Philoſophis, & Theoricis declarato,quòd pili fiunt per ſubminiſtratas fuligines pingues, quæ ſenſim, & ſenſim delatæ creſcunt in pilos circa meatus; & eadem in materia cum illa unguium, & quam cornua habent.aſſeruntq; pilos non fieri per ueram generationem;ſed concreſcunt addita particula poſt partem.hæc autem eſt concocta fuligo , & bene pinguis , quæ qualis eſt , talem generat pilum ſeu nigrum , ſeu rubrum,ſeu album : deficiente hac fuligine cadit pilus neceſſariò , neque amplius creſcit , neque hærere poteſt . Solet autem deeſſe hoc alimentum uarij eſt cauſis ; in plantis deeſt, quia cruſta terræ arida , ita ſi corium , deſiccatum , ualde non generat fuliginem iſtam, quæ poſtea uertatur in pilum; nam ego teneo hanc fuliginem non eſſe communem uniuerſi corporis , ſed corij; quoniam non ita uariarent pili ad uariationem cutis : nam ſi cutis , eſt mollis, molles generat pilos : alba , albos , nigra , nigros , ſiccantur plantæ , qui malè nutriuntur : pariter & in pilis hoc fit ; quia ſæpè in corio circa radices pilorum colligitur materia acris , & erodens, quæ reſecat fuliginem, & radicem pili . iſtæ ſunt geminæ cauſæ ariditas , & defectus alimenti . apparet in caluitia ,elephantia , ophiaſi ; at in Gallico cadunt pili ob malum alimentum , non ob ſiccitatem ; nam turgent genæ , incraſſantur palpebræ,& lucidæ fiunt, & perlucent ſicut bombices illi ſericini, quandò habent ſericum maturum . hoc prouenit, quia uapor, & humiditas, multa infecta colligitur ibi,quæ,cum tenuis ſit , facit ſplendorem hoc ita poſito incipit defluuium pilorum. Quærimus quid agendum ? cum hoc fiat à malo humore erodente,indicatur, ut euacuemus malum humorem à loco affecto.ſecundò firmemus pilos ſtringenti medicamento , ut detineatur pilus , donec fuligo regenita reficiat exeſam radicem. ſi autem ceciderint pili indicatur eorum regeneratio;et primùm de cadentibus dixi, quòd euacuatur uniuerſum corpus,& inſtitutum eſt.ſed mè conuerto tãtùm ad locum affectum, quid eſt agendum ? ego ſoleo duabus rationibus euacuare,uel per interna,uel per externa.interna ſunt maſticatoria, & ſciatis,quòd non eſt medicamentum certius euacuans, quàm radix piretri ſemen ſtafiſagriæ,uel maſtix,piper etiam.Garyophillorum etiam fructus,& ita uolo,ut ægri quotidie mandant huiuſmodi, medicamenta , ut copioſiſsimo ſputo retrahant materiam a partibus cutaneis. non contentus ſum iſto,ſed per exteriora tento uacuationem,& hoc dupliciter, uel per ſudorem,uel per medicamentum nam ego reperi ,& expertus ſum , quòd in hoc caſu,ſi poſſum proritare ſudorem copioſum prodeſt & ita mãdo,ut cooperiant capud , ſi illud æſtuoſum non habent. ſi boc non poſſum

Cauſa lucidę faciei.

Vacuatio.

tento ablutiones lixiuio quodam digerente, & utor ſapone habente uim attenuandi,digerēdi,& euacuādi,et hoc alternis diebus,uel tertio quoq; die,uel quotidie,lixiuium eſt hoc.℞ecip.fol.abſynth beton.roriſm.calam. montani pulegij,abrot.an.pug.1.aſſar.drach.1.roſar.man.1. nuces cupreßi contuſas numero 4. hæc bulliunt in lixiuio tonſorum, & poſt bullitionem colatur lixiuium, & ita abluitur capud diù, & fricatur diligentißimè:Et ſæpè ſoleo incoquere agarici drac. 1.s. uel ij. ad maiorem euacuationem, & non utor ſapone communi, ſed quod habeat ualidam uim ſiccandi,excernendiq; humorem;utor enim ſapone Conſtantini, qui deſcribitur à Paul.lib.7.& paro hoc modo· ℞ecip.roſ.rub.aloes, gallarum, cortic granat.malabatri,ſed loco eius nardi indicæ, ſarcocollæ an. unc.1.balauſtiorum,myrrhæ,ſandarach.Grecorum;notate:ſpicæ nardi an. drach. 5·coſti, (& loco coſti accipimus Zedoariam communem) drach. ij. & ſcrup.ij ſaponis Gallici quantum ſuff.& pro hoc ſumimus ſaponem candidum in uſu. conficimus ex his orbes, ſiue pillu.quibus fricamus capud:ego hanc deſcriptionem poſui, quia quædam mutaui. ſed not.unum, quòd antequam ueniamus ad uſum ablutionis, ſoleo mandare, ut ægri abradant capud,ne inter abluendum cadant pili.& quoniam non poſſumus radere barbam,decurtemus more hiſpanico, & credo quòd hic uſus à callida illa gente fuit introductus,quo defluuium pilorum non appareret.ſi poſſumus eorum caſum 8.diebus impedire,non amplius poſtea cadunt.facto hoc,abluimus.poſt hæc deuenimus ad adſtringētia coriū, ego habeo familiarem ladani ſuccum concretum, contundo enim lad.et macero in ol.myr.& ol.roſ.onf.& ita inungo locum ueſpertina, & matutina hora,& benè ſuccedit aliquandò non utor adſtringētibus,ſed digerentibus materiā per halitum inſenſibilem.& probaui hoc medicament.ut foueamus locū decoct ſem ſinapis.aliquādò uidi aliquos uſos decoct. in aceto radicū rafani,quæ acres ſunt.& in ſumma omnia calida,& acria habentia uim attenuādi,et digerēdi optima ſunt:ſed oportet poſtea,ut ſtringamus cutim.ad quod familiaria,mihi medicamēta ſunt ex ladano,ut dixi.Accidit aūt,ut aliquandò non poßimus detinere pilos,in eo caſu confugiendum eſt ad medicamenta non tuta.multi ſunt,qui potius deſiderarent dolores,& gummata,quàm quòd caderent pili:quia ridiculi fiunt· & ſæpè non cognoſcuntur.ne turpitudo hæc ſuperueniat ad ſuffumigia cōfugimus,& ſolemus ſuffumigare aliquandò faciem tantū,et capud ſi aūt ſæuißimum timemus morbum deuenimus ad uniuerſi corporis ſuffumigationem,ut deſcriptum eſt ſupra at ego utor in capite tantùm, & facie. Aliquandò accipio pro ſuffumigio ſand.omnium, Thuris,ligni aloes an. unc.ſem. myrrhæ unc.1. cinnabaris,auripig.an unc.1.miſce,fiat puluis, qui ſupra carbones inſpergitur, ſeruatur capud ſupra ſuffumigium,

Ablutio.

Sapo.conſtātini.

Adſtingendam cutim.

Suffitus primus partic.

Suffitus. 2. parte. cel. fortior:

& ſpatio trium, ſex, uel nouem dierum continetur defluuium, aliquandò ad robuſtiora uenio. & ſic Recipio aloes, thuris, belzui, camphoræ an: drach. iij. galliæ moſ. drach. 1. ligni al. drach. ij. cinnab. auripigm. Marchiſitæ aureæ an. unc. 1: miſce, fit puluis, qui inſperſus ardet ob ſuffitum. & quùm timemus, ne ſuffitus hic particularis ſatis ſit, deuenimus ad ſuffitum uniuerſi corporis, qui ſemper certò defluuium ſiſtit. Sed ſi ceciderint pili, & renaſcantur quid agendum? debemus ſeruare Antiquorum præcepta, ut expurgemus, & ſiccemus corium, & apponamus medicamenta, quæ exalto educant. & primo habemus in uſu quaſdam ablutiones cum lixiuio, habemus aquas ſtillatitias, habemus inunctiones. Pro ablutionibus hæc nobis erunt familiaria. Recipe puleg. calamentum, & abrotanum, & coquo in lixiuio, & utor frequentiſſimè; nam ſiccatur locus, & materia educitur madefacimus autem aquis, & primum locum tenet aqua mellis ſtillatitia, ſecundum, urina ſtillatitia, & non ſtillatitia, tertio in loco habemus aquam ſtillatitiam factam ex his. Recipe uini maluat. urinæ pueri, lactis uaccini an. lib. 1. mellis communis crudi lib. s. miſce & per elambic, educitur aqua, quæ præſtantiſſima eſt breui ſpacio temporis. tertio ſunt unctiones, inter quas una eſt, quæ euforbium, tapſiam, & Gariophylum admittit. & ego utor etiam in alopecijs, quas patiuntur Venetæ mulieres. Medicamentum hoc modo fit Recip. Euforb. drach. ij. tapſiæ, uel radic. tapſiæ unc. ſemis, turbit orientalis drac. 1. gurioph. pulu. drac. iij. olei amygd. dulcium lib. 1. & ſem. teruntur terenda, & miſceo cum ol. in uaſe uitreo, quod ſit ualde capacius, quàm ſit quantitas medicamenti: hoc ponitur in caldario aquæ, qđ bullit per octo oras poſtea aufero ab igne, & altera die (ita ut tres ſint) bulliat per 8. ēt horas. demum per ſpatium quatuor, uel quinque dierum, ut deſideant feces, ſeruo uas: & colligo, olei partem integriorem, & ſeruo adhunc uſum, ita ut unica die, & nocte uiderim erumpere pillos. Medicamentum hoc acre eſt: ideò parùm inungamus: nam ſi copioſè uteremur, faceret herpetem milliarem, & inflamm. & eriſipel. oportet ergo ut cauti ſitis: ſi ſuccedit ardor eleo uiol. uel lacte, uel ol. amygdal. dulcium utor uos igitur moneo, ut utamini hoc medicamento, non quotidie, ſed alternis diebus, die potius, quam nocte, & in minima quantate Hæc faciunt ad incrementum pilorum, reſtat iam dicendum, quod primo loco explicādum fuerat: ſcilicet quid indicat defluuium pilorum fieri ex defectu alimenti boni, quod non gignatur. quia non rectè nutritur pars, cutis facies, atq; palpebræ, nam quodammodo tumentes atque liuidæ redduntur, quæ aquoſum alimentum, & incoctum eſſe oſtendunt. ſed iam tēpus eſt uos ad puſtulas deſtinare.

Remedia poſt caſum pilorum.

Ablutiones.

Aquæ.

Vnctiones.

Medicamentum ad defluuium pilorum.

De puſtulis. Cap. XCIII.

SEquuntur puſtulæ, quæ inter Gallica ſymptomata connumerantur, quæ cum in uniuerſo corpore ſuboriri ſoleant tria loca præcipua habent. primus eſt capud, & facies. ſecundus eſt palatum, & quæ pertinēt ad nucam; tertius eſt ſedes, uel canalis inter utranque natem. Duum generum autem ſunt puſtulæ, alterum eſt ſine cortice, cruſta, & ſquama, alterum cum his craßis, & craßißimis. quæ ſunt ſine cruſta, ſunt, ut eleuetur cutis aliquantiſper ueluti in eſcaris, uel exanthematibus Græcorum prominentibus fit. forma aliquandò lunga, aliquandò rotunda. color in medio eſt albus, circumquaque, ueluti porcinæ carnis ſalitæ color. hic non poteſt explicari. non enim eſt ruber, non albus, non pallidus, ſed ſecate per tranſuerſum pernam, talis eſt color puſtularum ſine cortice, & tales apparent ſub palato, ſede, facie, & capite. ſecundum genus eſt habentium cruſtam, & iſtæ rotundæ ſunt, ut plurimùm, & cruſtas adeò craſſas faciunt, & prominentes, ut ueluti cornuum principia uideantur. iſti cortices aliquandò aridi, aliquandò turgentes ſanie ſunt. ſanies aliquandò lutea, ueluti mel: aliquandò alba, ueluti pituita; aliquandò ſubnigra, tenax tamē. quandoque pituitoſa eſt inclinans in aliquam nigredinem. ex his quædam integræ, quædam rimoſæ. non ſunt ualdè doloroſæ, niſi ualdè fricentur; aliquandò etiam ſi excorientur dolorem non pariunt. at maior pars nihil ſub ſe continet; & præcipuè, quæ naſcuntur in capite, rotundæ ſunt, cruſtamq; habent tenuem. quoties ego uideo puſtulas iſtas in capite, aut rhagades in manibus, inditium certum profero gallici; cætera ſigna fallunt nos, hæc certisſima ſunt. Et quoniam ſunt aliqui habentes hepar calidum, qui continuatam habent euaporationem à uentriculo, & hepate in capud, ideo poſſent aliqui decipi. propterea notate diſtinctionem inter has, & gallicas puſtulas. fricate utranque, & auferatis ſquamam ſuper creſcentem; poſtea dimittite ægrum, ut quieſcat per ſpatium duarum, uel trium dierum, & non tangat puſtulam ſi creſcet, & fiet maior, ſiue pænitus deleta remaneat, tunc eſt ſignum non eſſe gallicam: ſi eſt gallica poſt tertiam diem in eodem ſtatu, in quo erat reperietis, & difficiliter mouebitur. Cauſæ iſtarum puſtularum ſunt abundantiæ humorum: ſi eſt biliosſus ſemper eſt mixtus cum melancolico, & pituitoſo uiſcido. huiuſmodi materia partim tranſmittitur, partim in loco naſcitur. quoniam præcipua loca habent à mè explicata. ergo loca illa concurrunt ad generationem harum puſtularum. tamen maiori ex parte ex fluxione ſunt, & qualis fluxerit materia, talem colorem puſtula, & ſanies contrahit. Curatio iſtarum eſt. primò, ut ſanetur hepar, & ſimul, & ſemel puſtulæ; aliter autem cu-

Puſtulæ.

Puſtul. duo genera.

Forma.

Color.

Sanieicolor

Not. differētiam inter puſtul. gall. & non gallicas.

De cauſis.

Curatio.

ramus puſtulas oris, aliter reliqui corporis. primùm uerò medicamentũ eſt aqua plantag. in qua decoctum ſit lignum indicum, & os abluimus. utimur Guaiaco ad ſiccandum, plantaginis aqua ad extinguendam inflammationem. ſi dolor, & inflammatio magna ſunt decoctum Gaiaci cum lacte miſcemus. ſi maior inflammatio aqua plantaginis, & lacte abluimus: aliquandò aqua hordeacea cum fol. rubi, & roſarum, circa ſedem. ſolemus ſanare decocto Gaiaci madente linteolo bis, & ter, & quater in die. aliquandò opus eſt refrigerantibus, & ſiccantibus, & ſic madefacimus linteolũ in aqua plantag. ſolan. & roſ. tertiò ſolemus accipere ung. iſid & diapompholig. æquis portionibus, & imponimus fœliciter. Sed non ita breuiter ſanatur affectus. ſæpè non cædunt medicamentis his, ideò ad robuſtiora uenimus, & hoc peculiari utor. aqua ſcilicet aluminoſa magiſtrali ſed quia hanc aquam pollicitus ſum deſcribere, ideo eam uobis communicare intẽdo. Recipe aquarum plãtag. aq roſ an. lib. i. aluminis rocchæ, argenti ſublimati an. drac. ij. accipimus ſublimatum, & alumen, & terimus. deinde locamus aquam imphiala uitrea, in illo uaſe, quo utimur ad decoquendã aquam, quæ dicuntur inghiſtare di acqua cotta. ponimus uas in carbonibus accenſis ſupra craticulam ferream, & bulliat ad medietatis conſumptionem; poſtea reponimus per ſpacium quinque dierum, ut deſideat ſublimatum, & fex aluminis & omnium; & demum extrahimus aquam limpidiſſimam, quam ſeruamus in uaſe uitreo. uoco aquam aluminis, ne deterreantur ægri. appello magiſtralem, ne ſeplaſiarij miſceant aquam cum alum. & dicant uobis eſſe aquam aluminis. Vtimur igitur aqua iſta, ſed non ſimplici; quoniam erodit. contemperamus nunc duplici quantitate roſaceæ, nunc triplici, nunc quatruplici, & ſi non raſaceæ, plantaginis, uel ſolani. hoc quidem uerum eſt, quòd in puſtulis ani ſolemus uti pura aqua iſta, & in uerrucis priapi etiam pura utimur. in puſtulis ani, quandò uidemus ſupercreſcentem puſtulam, ueluti caranculam. in ore nunquã pura utimur, niſi caſu detectum eſſet os ut dicam ſuo loco. ſed nunquam fruſtratus ſum ab opera iſtius aquæ. in puſtulis autem faciei, & capitis, primò ſolemus recurrere ad remedium commune, & eſt ſpuma decocti ligni indici: aliquandò utimur ſapone nigro puriſſimo, & inungimus. tertiò ſi non ſuccedit ſoleo cruſtas ui auferre, & inungere locum præcipitato mixto cum ung. roſ. Meſu. Quartò ſi neque præcipitatum, neque ſapo, neque ſpuma ſuccedit, in hoc caſu ſoleo recipere ol. ſcorp. & ping. gallinæ ueteris, & ſæuum hircinum æquis portionibus, & quotidie ungo, & ſic ſiccãtur. quandoque impotens eſt hoc, & confugio ad ſacrum illud medicamentum ideſt ad oleum uiperarum. Ego enim accipio duas ueras uiperas, aut ſint mares, aut fæminæ, & ita uiuentes ſeco in fruſtra, & expleo phialam oleo communi, & expono ſolibus canicularibus, & fit oleũ acer

Ad puſtulas oris.

Ad puſt. ſedis.

Aquæ alu. mag. deſcri. notabilis.

Puſt. faciei & ca. cur.

Oleum uiperarum.

rimi odoris, & acutisſimi,& acerrimam,& acutisſimam uim habet, & ego tot uires inueni, ut multis ſoleam uocare nominibus; & non alios do cui, ſemper enim paraui domi. ad rem igitur recurrens, quandò habeo puſtulas ita rebelles hoc oleo utor, quod oleum facit, ut non cadant pili, ſi inungatur capud. ſi autem robuſtius ad huc requiritur medicamentum inungo locum primò hoc oleo, poſtea madefacio aqua magiſtrali pura alternatim: quandò ſanatæ ſunt puſtulæ ueſtigia quædam remanent, quæ moleſta ſunt. ideo ad hæc penitus delenda recipimus radices uirides chelidonij maioris, & contunde cum ſulfurè, & inunge; quia nigredo abire ſolet. ſi rubedo ſit, ceruſſa, & lythargirio argenteo loto utor,& agreſtæ ſucco diſſoluimus,& ueſpertina hora ungimus. uel diſſoluimus cũ ſucco limonum. Tertiò recipimus cortices ouorum ſiccatos, & molimus ſupra marmor, demum diſſoluimus uel omphacio, uel ſucco limonum. & loco apponimus. Hæc igitur ſit curatio puſtularum. ſuccedit ualdè ſæuum ſymptoma, qui eſt articulorum dolor.

Pro de fluuio pilorũ.

Veſtigia puſt. qũo curanda.

De dolore articulorum. Cap. XCIIII.

PEculiare,& maximum eſt ſymptoma in morbo gallico, dolor articulorum. primum capitis uniuerſi, uel dimidij, deinde articulorum ſuperiorum, & inferiorum,& præcipuè internodiorum. hic dolor die quieſcit. noctu, uel ante cœnam, uel poſt cœnam ſolet excrutiare, & inſomnes reddere homines. dolor eſt pungens, quaſi diſtendens,& lacerans. ſit autem dolor ab excremento genito in partibus,& tranſmiſſo ex uentriculo, & hepate. eſt enim materia pituitoſa, & melancolica facta per aduſtionem. excrutiat autem nocte duabus de cauſis. tum quia humor frigidus eſt,& nox frigida, propter ſimilitudinem naturæ. uel (quod certius eſt) cum tota die, & ob motus,& ſolem, corpus habeat meatus apertos, fiunt difflationes,& nocte ſtipantur pori, & ideò dolor aduenit. pungunt iſti dolores, quia fiunt circa perihoſtia. ſolent eſſe cum tumore, & ſine tumore. ſi cum tumore, tractabo quùm de gummis agam. ſi ſine tumore, primùm ſanandi ſunt per ſanationem uiſceris, per decoct. Gaiaci, & ſalſæ quod decoctum efficit maiores dolores per 12. dies uel 15. ideò prænuntiãte hoc, ne ſcandalo afficiantur ægri: exacto 12. uel 15. die, ceſſare incipit dolor. ſed circa loca affecta quid agendum? duo facere poſſumus. Empirici ſolent mitigare dolorem per euacuationem materiæ à partibus intimis, & extimis. Vndè habent pulu. hermodact. qui bis, uel ter cum uino, uel iure exhibitus, mitigat. pulueris hæc eſt compoſitio Recipe Hermodact. et turbit an. drach iij diagridij drach. ij. Zinzib. drach. 1. maſtic. drach ſem. ſaccari candidi, uel albisſimi drach. 6. miſce, tunduntur hæc, & fit puluis,

Dolor.

Doloris qualitas.

Cur nocte infeſtet dolor

Punctionis cauſa.

Vacuatio materię.

tuius exhibent drac. 1. uel cum iure, uel cum maluatico uino ante prandium per quinque horas, non eſt ualdè tutum medicamentum; quia uomitum prouocat, & robuſtè aluum ſoluit, tamen mitigat dolores. ſi uultis tutius medicamentum accipiatis pill fœtid. uel de hermodac. ſcrup. iiij uel drac. 1. circa locum affectum quæ agenda ſunt? applicanda ea, quæ habẽt uim attenuandi, & digerendi, & quæ non obſtruunt, & hac ratione omnia emplaſtica fugio: quia obſtruunt. & confugio ad digerentia, & attenuantia. inter ea, quæ bona ſunt, capio primum leuia. & primò eſt fomentum ex ſacculo repleto furfuribus calidis. & ita calidum impono. replere etiam ſolemus ſale, & millio callidiſſimis. aliquandò hæc non faciunt. & Recip. folior. puleg. fol. calamenti, florum chamæmeli, fol ſalu. & roriſ. an. man. 1. hæc bulliunt in aceto: poſtea habeo ſacculum plenum furfure, infundo in hoc calidiſſimo aceto, exprimo ſacculum, & impono loco affecto ita calidum. aliquandò loco aceti, incoquo in lixiuio acri, quandoque in uino potenti; uerùm, ſi quod eſt, quod mitiget, eſt oleum rutaceum, ol. lil. alb. completum. oleum ſcorp. & ultimo ol. uiperinum, quod ſupra deſcripſi, & hoc eſt præſtantiſſimum.

Medic. tutius pro ſedatione doloris. — *Fomentum primum.* — *Aliud fomẽtum.* — *Olea mitigãtia dolorem*

De Gummatibus Gallicis, atque eorum curatione. Cap. XCV.

VErùm accidit, ut poſt dolores, uel cum doloribus, tumores infeſtent circa articulos, internodia, in media fibula, in medio cubito, & his caput ſæpe coronatur, ut regni Gallici inſignia præſeferat. iſti tumores cum contineant materiam craſſam, quæ eſt ueluti gummi eliquatum, ideò gummata gallica uocantur à Medicis. hi tumores duorum ſunt generum, alter tophaceus eſt, alter autem minimè. tophacei ſunt conſtãtes ex materia pænitus lapidoſa, & uidentur ueluti tophi oſſei, uel materia illa, qua ligantur oſſa fracta. ſecunda ſpecies tumorum eſt, quandò materia eſt mollis; quæ tripliciter apparet; nam aliquandò eſt ueluti laridum, aliquandò eſt minus craſſa, & eſt ſimilis polentæ, & eſt atheroma gallicum. tertia ſpecies eſt ſicut mel, & dicitur melitiris gallica. in capite, ut plurimùm ſunt uel ſubſtantia laridi, uel mellis, uel polentæ. circa pedes, ſunt maiori ex parte lapidoſi, & tophacei, ita in tibijs, in intermedijs nunc tofacei, nunc molles exiſtunt. loca ſunt ligamenta articulorum, corpora oſſium, periboſtia, in quibus tumores doloroſiſſimi ſunt; aliquandò in ſuperficie oſſis creſcit affectus iſte Materia eſt, ut plurimùm, pituitoſa, tenax, & melancolica, cùm natura benè concoquere non poteſt. aliquandò miſcetur bilis, & ita fit meliciris, aliquandò eſt pituita minus craſſa, & fit atheroma. aliquandò craſſa eſt, & melancolica, & fit tophus, uel

Gummata. — *Gummatũ ſpecies.* — *Loca.* — *Materia.*

ſteatoma occaſiones tumorum proueniunt à uiſceribus affectis, ſed ut in pluribus, poſt inunctionem. hidrargyri, qui non ſanarit ægros. Hæc igitur eſt occaſio non leuis: quia cũ inungãtur partes illæ, imbecilles redduntur, & morbus petit loca illa: unde accidit, ut cum aperimus oſſa illa corrupta, hidrarg. incluſum reperiamus. cognoſcuntur tumores iſti; primò à duritie, ſecundò ex præcedẽtibus ſignis gallici, tertiò ex dolore in nocte; hoc dico, quia poſſunt ſuboriri tumores etiam in non laborante indica lue. ſed iſti, de quibus inſtituta eſt tractatio iſthæc, cruciant noctu tantùm, illi uerò noctuq; diuq;, uel neq; noctu. Notandum autem eſt, quòd aliquandò ſunt ſimplices tumores, aliquandò habent oßium corruptionem: ſed qui habent os corruptum, duum ſunt generum, atheromaticus, ſcilicet & melleus: ut plurimùm autem hoc accidit, non in omnibus nec ſemper, & in laridaceo, & tophaceo integrũ manet. oſ ſi igitur uidemus eſſe melleum, uel atheromaticum, & diuturnus ſit tumor. eadem eſt curatio: quia debemus aperire ſubitò, ne materia erodat os, & corrumpat, at in thophaceo, & laridaceo nõ neceſſaria eſt apertio. Omnes atheromatici, et mellei ſanantur, Curatio.
ſaltim per ſectionem, pereat os, uel non pereat: & curatio non eſt doloroſa. ſteatomatici difficillimè ſanantur, certò ſanantur per apertionẽ: ſed ſectio doloroſa eſt ualde, & ideò non curamus per ſectionẽ, ſed per digeſtionem. tophacei, ut plurimùm non ſanantur: ſuccedit tamen quandoq; curatio. ſed primò deuenietis ad alterationẽ hepatis cũ decoctis dictis. cæterùm Salſa eſt Regina in hoc; quia diſcutit tophos quodam quaſi miraculo: lignum etiam digerit; ſed non ita, nec tam facilè. ſi ſalſa digerit tophaceos, multò magis lardaceos. præterea localia non omittenda, quæ digerant materiam: ſunt qui macerant rad. alth. in qua ardenti, & hoc medicamẽto inungũt tumores ſatis feliciter: ardẽs aqua penetrat, rad. alth. Salſa regina in diſcutiendis tum oribus.
mollit aliqui ardenti aqua pura feliciter curant, & præcipuè laridaceos Localia.
alij aqua uel ol ſulfu. ſed leuiter madefaceunt, ne exulceret: hoc autem Aqua ardẽs
non laudo. Ego ſoleo uti hoc empl. Recip. ol. laur. ol maſtich. chamæmill. ana unc. 1. ammoniati, ſagapen. bdelij an. drac. unam & ſemis. Ol. ſulſu.
Myrrh. drach. 1. terebent. unc. ij. cæræ quantùm ſufficit, miſce ad emplaſtri conſiſtentiam; quod imponitur ſatis fælici ſucceſſu uel loco eius utor ol. ſcorpion. mixto cum ol. amygd. amar. quandoq; accipio aliquod genus antiquißimæ pinguedinis, uel gallinæ, uel ſuillæ. quandoq; utor medicamento Gal. Recip. ſuram portinam ſalitam; etiam quòd ſint rancidæ pinguedines, & incoquimus; et paramus ius, in quo caſeum addimus tritum, & uetuſtißimum, et curamus incoquendum, & emplaſtro facto ſupra tophum, & atheroma utimur feliciter. aliquandò impono medulam ex perna ſalita, torreo. os ſupra craticulam, & ex toſto medulam eripio, ultimò recurro ad ole. uiper. mixtum cum ſæuo hircino æquali portio-

ne,adiuuante tamen decocto ſalſæ. Verùm ſi ſunt atheromatici,uel melici non tentate diſcuſsionem: quia ſi ſuccedet remanet folliculus,& ſæpè detectum os, atque corruptum & oporteret uenire ad opus Chirurgicum.& quamuis lardatei tumores ex ſententia antiquorum folliculum habeant,tamen gallici non habent;& experientia uos hoc docebit. & ideo diſſoluentem,ſine apertione, curationẽ tentare poteſtis: in alijs aũt non;quia auferendus folliculus, ſed quid agendum in his?uideatis an corium attenuatum ſit, uel folliculus putrefactus; ſi hoc eſt, aperite. ſi corium eſt craſſum, & folliculus integer,tentate huius putrefactionem, illius uerò attenuationem. ſed quomodo cognoſcimus corruptionem folliculi? hac ratione, quoniam in omni tumore tali, quoties folliculus integer eſt, poſſumus corium ſuperius diducere hac & illac; tumor autem manet in ſua conſiſtentia, in ſua forma,qua ergo ratione macerandus folliculus? (quia, ſi non maceramus,oportet, ut uiolentia extrahatur medicamento erodente,uel inſtrumento chirurgico, & fiunt dolores intollerabiles,) ſed dicet quis, quid refert ſi remanet folliculus? quoniam ſolet ſubcreſcere caruncula quædam intra folliculum,quæ inſanabilis eſt,& hoc fit duorum,uel quatuor dierum ſpacio. quomodo igitur macerabimus?Ego infinita maturãtia proferrem.ſed confugio ad diachil. magnum Meſu cui aliquandò ammoniac. aliquando ſagapen. aliquandò galb.addo.quãdoq; ping.gallinæ uetuſtiori diſſoluo.Ex uſu ergo iſtius medicamenti per ſex uel decem dies tento putrefactionem folliculi:facto hoc aperio cauſtico medicamento, niſi ſit in fronte, uel in facie. quia apertio fit maior, ſecundò quia putreſcunt aliquæ reliquiæ folliculi, tertiò quoniam calefacit locũ,& roborat. ſin minus ferro ſeco.facta apertione ſi reliquiæ reſtant folliculi,extraho præcipitato demum expleo carne locum. & hæc de tumoribus iſtis dicta ſint ſatis: iam ad oſsium corruptionem tranſeamus.

De oſsium corruptione. Cap. XCVI.

Oſsium corruptio.

SAeua ualdè eſt in morbo gallico oſsium corruptio, & adhuc ſæuior, quia corrumpuntur oſſa in illis partibus,in quibus ſanari non poſsũt. quoniam corrũpuntur oſſa,quæ facta ſunt à natura pro cerebri tutela,et coopertione,ita ut totũ uiderim crãneũ exeſum: ego habeo infinita exẽpla:ſed aliquandò etiam corrũpuntur oſſa palati,ut totum palati os recedat,& non ſolum palati oſſa id patiuntur: ſed etiam narium. & ſciatis ꝙ non in omni inueterato gallico hoc fit;ſed tantũ in illis,in quibus inunctio facta eſt Hidrar.ſi igitur fiat,ut corrumpatur os in morbo gallico,ſi ſunt oſſa tibiæ,ea ratione tractanda ſunt,quam dedi in curatione ulceris cum

oſſe corrupto. Sed quia rem intactam relinquere nolumus, ne lectores ad alios tractatus demandemus, ut hanc noſtram plenam, & omnibus numeris abſolutam compleamus tractationem. hic breuiter curationem ulceris cum oſſe corrupto perſtringemus: quoties ergo perforatur os ex humore acri, atq; putreſcente propter gallicam luem: primum, quod indicatur eſt, oſsis ablatio: ſecundũ præſeruare partem ſanam, ne erodatur: ablatio duplex uel manu, uel medicamento, quo proritemus naturam ad oſſis ſeparationem. ſed primò de ea, quæ manu fit, uel inſtrumento, loquamur: qua ratione, & quomodo, & quandò datur occaſio? occaſio eſt, quandò eſt ualdè inſignis quantitas oſsis auferenda, quam dubitamus nõ poſſe naturam auferre: ſecunda occaſio eſt, quandò breuitas tẽporis urget, & citam quærimus ſanationem ulceris: ſed natura citò non poteſt hoc efficere: Nam uos debetis ſcire, ꝙ tardè recedunt oſſa, ſi totum opus naturæ imperio demandatur; ſed nos ſpatio unius horæ. imò citius agimus: Natura 30. 40. 60. aliquandò 80. diebus: tertiò quoties poſſumus tutò, & facilè ſecare materiam oſsis. ſed cum datur occaſio quomodo auferendum os? duobus modis, uel ſcalpro exciſorio cum maleolo, ueluti faciunt ſtatuarij, qui ſcalpro & malleolo ſtatuas effingunt: uel, ut perforemus os terebro fabrili in tribus, uel quatuor partibus, poſtea percurramus ſcalpro cum malleolo à foramine ad foramen. tertia ratio melior non lædẽs eſt, ut ſcalpris raſorijs agamus: benignior, mitior, & tutior ratio eſt, licet aliquantiſper tarda. ſi perforamus terebra fit aſtrictio, & calefactio in oſſe, & poteſt inflammari pars ipſa ſana quis autem erit modus uel terminus actionis? deſiſtemus quoties ablatum fuerit illud totum, quod perforatum eſt, ſecundò, quod eſt denigratum, uel liuidum, tertiò quandò apparet cruor aliquis ſtatim finem faciamus operi: poſtea ariſtolochiæ radix admixta Myrrhæ aſpergitur oſſi reducta in puluerem, ne iterũ corrumpatur. Sed quia hæc inſtrumenta non ſemper ſunt apta, ſeu ratione loci, ſeu ratione ægri timidi, ideò natura ſit illa, quæ ſeperet os corruptũ: quõ autem fiet hoc? ſi nos ſiccis medicamentis, & quæ habent uim penetrandi tentabimus ſiccationem oſſis, uel (ſi hoc modo non poſſumus) faciamus candenti ferro, natura enim non poteſt ſeiungere, niſi os ſit omni ſanguine, & alimento priuatum, ut ait Hipp. exẽplo ſint fructus, & folia, in quibus, cum incipit alimentũ deſiſtere, pediculi pars ſiccatur, et cadunt fructus: ita folia autumno cadunt, quùm humido radicali deſtituuntur; hoc faciemus medicamentis ſiccisſimis, uel corpore ignito; ultimò cũ medicamentis. quæ clauſis oculis non patefacta ipſorum natura, illud faciunt. & ut ab hoc tertio genere incipiã, ſunt omnia illa, quæ ſunt ſicca, et frigida in quarto gradu, quæ uolunt medici, quòd habeãt uim auferãdarũ ſquamarũ, et ſeparãdorũ oſsiũ, quæ niſi à frigida illa qualitate ueniat,

Sequeſtratio oſsis quo ingenio fienda.

Medicamenta ſequeſtrãtia oſ.

ab occulta prouenire dicam ſed quum his utemini, miſcete ualde calido medicamēto penetrātː iſta ſunt hioſciamus, uel papaueris omnis materia, & huiuſmodi, undè Paulus ponit medicamentū factū ex folijs pap. ſilu. & folijs ficuum ſimul contuſis, & impoſitis, nā primū fol. pap. illud faciunt, & à ficulneis foliis habent penetrationem. ſubdit Paul. aliud medicamentum, quod conſtat ex fol. hioſciami, uel ſemin. & contundit cum calcanto uſto. et hoc eſt præſtantius, quia hioſciami ſemen priuat uita partē, & alimento. calcantum uſtum ponimus, quia in eo fit attenuatio uſtione, quod dico de papa. dico de mandrag. non de lactuca, & ſolano, quia nō habent uim ſiccandi. ſecundum medicamentum eſt ſiccans, & primò eſt radix peucedani ſicca. Iridis communis rad. etiam ſicca, radix ariſtol. rotūdæ, uel lungæ, opopan. radix, uel ſucc. ſagapeni uulgaris lachryma, ſquama æris exuſta, ærugo &c. Recentiores laudant aquam ſulfuris oleū appellatum, ego laudo ſummopere. ſed ea ratione, ne corrumpat carnem. laudant calcanti oleum, hoc ēt ego laudo. præterea habemus aquā aluminis magiſt. qua nō reperio medicamentū præſtātius, qua in omnibus utor & ſemper madefacio os corruptum hac aqua; quoniam non ſolet excitare dolorē; reliqua medicamenta quantò ualidiora, tantò doloroſiora. ſed principatum tenet euforbiū inter omnia: & hoc meritò, quia medicamentum habet facultatem ſiccantem in quarto, et habet tenuitatem partiū, & probatur à Dioſco. qui non proponebat, niſi certa medicamēta: ſed huius medicamenti uſus debet cum arte adhiberi, ne corrumpat aliā partē ſanam, nam ego ſoleo accipere paſtam, cui miſceo cum portiunculam Euforb. & pulu. ex rad. irios, & rad. peucædani, & ita compono medicamētū, quod pono ſupra os corruptum tantùm, & non trāsfunditur in partes ſanas ſed ſoleo ēt cærotum quodam ex euforb. ad eundem uſum conficere. hoc modo. Recipe pul. peuced. ariſtol. rotundæ, apopanacis, Euforb. an. drac. ſem tereb unc. ſem. ol. lil. alb. cæræ an. unc. ſem. hæc ſimul coquuntur ad ignem donec ſpiſſum fiat cærotū, et hoc ponimus loco affectio Hipp. 4. de art. 36. ſolet ſeparare fruſtrum oſsis ex tibijs 60 diebus, in alijs locis. 40. & 30. ſi huiuſmodi medic. robuſtiſsimis utemur fiet in 20. diebus, & ego aliquandò extràxi integrum calcanei os, uel tali os, quæ ſunt fruſtra magna, & tunc neceſſariò ueniendum ad ignitum corpus, quod penitus ſiccet os. & exurat partem. ſed aduertatis, ut medicus diligentisſimè obſeruet partē, ubi tuta ſit uſtio fugite unctionem in capite, quando imminet periculū inflāmationis, in oſsibus thoracis ſimiliter, ne febris et mors ſuccedat. præterea in uertebris dorſi fugite uſum ferramenti, ne incandeſcat medulla, & pereat æger: in reliquis locis utimini exuſtiōe uſq; ad medulam, exuxi mille Oſſa, uſque ad medullam ſine periculo dummodo rectè omnia reliqua tractentur. ſed quomodo parabitur iſta exuſtio? primò

Primum medicamētum Pauli.

2. Medicam.

Medicamenta ſiccantia.

Ol. ſulfuris.

Deſcriptio huius aquæ habetur ſupra, cap. 93.

Cerotum ex euforbio.

Vſtio quomodo fieri debet.

uratis quantùm exuri debet: ſecundo non exuratis partes carnoſas circũ poſitas. primùm facimus, ſi ferramentum ignitum erit proportionatum parti exurendæ: aliud, ſi ita in profundum exuremus, quantùm opus eſt. ad profundum dupliciter uenimus, aut longa exuſtione ter, uel quater repetita, aut (ut leniorem faciant exuſtionem ſicuti imaginati ſunt Recentiores) perforemus partem, & poſtea ſcaſtelem in illud foramen ponamus & hoc fit commodius, quia repetitio cruciat ægrum: ſecundum obſeruandum eſt, ne partes circumpoſitæ urantur, hoc fiet, ſi eas ita muniamus: habent fiſtulas ferreas, uel æneas, quas imponunt ulceri, & poſtea per eas imponunt ferramentum ignitum. ſed notate, quòd iſtæ igniuntur, & ignitæ exurunt labia. accipiatis fiſtulam, & ueſtiatis tela, & ſi poteſt eſſe lanea tela tenuis, commoda eſt, & ita exuretis os ſine exuſtione carnis. ſed rarò uindicamus labia ab exuſtione: hoc facto ſtatim extinguendus calor contractus in oſſe per impoſitionem medicamenti actu frigidi, ideo accipimus aquam roſ. ol. roſ uel uiol. album oui, & ſimul miſcemus; & per ſpongiam, uel ſtuppam imponimus bis, uel ter. præterea mitigemus dolorem contractum in labijs, & ita per 24. horas relinquimus hoc medic. deinde uenimus ad maturationem eſcaræ labiorum cum butiro, uel tetrapharmaco habente uim concoquendi, & emolliendi. ſed nõ ſupra os, quia ſupra eum ponetur pul. peucedani, uel alius, & poſtea medicamentum maturans. poſt hoc procedemus ad ſeparationem oßis. ultimò cum ſarcoticis curabimus ulcus.] In capite uerò, ſi tectum fuerit os, & corruptum, quo modo tractandum? nos ſecamus cutim, & detectum os abradimus ſeparãdo malum à bono. at ſi totum os corruptum, totum eſt abradendum, totũ ſequeſtrandum: ego utor forcipe ad auferendum os ſequeſtratum. ſed antequam ſequeſtretur non abrado, ſed curo, ut natura ipſa ſeparet, & ſolet facere ſi incumbamus ſiccationi robuſtisſimæ. & primò decocto ſalſæ utimur, poſtea ad localia uenimus. ſed primùm alternis diebus madefaciam os oleo calcãt. uel ol. uitriol. uel aq. alum. magiſtr. quod mitimus eſt; & ego habeo gratias huic medicamento; quia non abſumit carnem, non facit dolorem, & robuſtè ſiccat; & ſic fit ſequeſtratio à natura cum generatione nouæ carnis, poſtea madefacto oſſe bis inſpergo puluerem capitalem dictum. tertiò ego impono medicamentum ex Euforb. quam compoſitionem uos docui, dum tractarem de ulcere cum oſſe corrupto, uel madefacio ſplenium in aqua alum. magiſt. & pono: labia, & partes carnoſas munio ung. iſidis, uel tego linamento ſicco, uel miſceo ung. iſid. cum ung. diaponf. ſed aduertite quòd aliquandò membrana detecta eſt, uos tegite eam linamentis ſiccis poſtea madefacite os huiuſmodi liquoribus. hoc agimus donec ſequeſtretur os: ſequeſtrato oſſe ſurgit difficultas, quomodo ducenda ſint ulcera ad cicatricem, quoniam durat ulcus uirens ad annum, &

Os capitis.

Laudatur aq. alu. mag.

Cicatricem inducentia.

ad duos annos. ego ſoleo uti unguento de plumbo, & ſatis feliciter ſucceſſit, & deduxi ad cicatricem; utor emplaſtro albo ex pipere Gal. quod ſiccat, & deducit ad cicatricem: ſed hoc difficillimè. abluo ulcus decocto adſtringente ueluti ex roſis, beton. chamæm. & gallis. & coquo ad ablutionem, & adſtrictionem. utor aliquandò puriſſima aqua aluminoſa, & accipio aquam roſ. & aquam beton. & addo parum alum. & ſic fit aqua aluminoſa. uinum auſterum coctum cum roſis præſtantiſſimum eſt. ſed curatio accelerari non poteſt, ideò ſolari poteſtis ægros in hoc caſu, ut patientes ſint. quoniam membranæ ſunt in continuo motu, & magna deperditio facta eſt oſsis. ſi corrumpitur os palati, ego ſemper utor hoc medicamento. ſ. aqua aluminoſa magiſtrali, & ſic citò, & commodè extrahere conor oſſa corrupta. ol ſulf. & calcanti doloroſa ſunt, hæc aqua non eſt doloroſa, & ideò utimur madefaciendo goſſipium, & ponendo ad locum quotidie biſ. poſtea tota die curo, ut abluat os decocto ſcabioſæ, in aqua plantag. ſecundum decoctum eſt ſalſæ in aqua plant. tertium decoctum eſt beton. agrim. & roſ. in uino auſtero. Demum mando, ut æger inungat os melle roſ. quia detergit, & educit ſaniem. ſi eſſet cauitas, impono goſſipiũ imbutum aqua magiſt. alum. quòd ſi aqua hæc uidetur nimis potens, contemperetur cum roſacea, uel aqua plant.

Os palati.

Remedia quùm cadit os palati. Cap. XCVII.

CAdit os palati, ſanatur homo, ſed ſuccedunt miſeriæ, & anguſtiæ intollerabiles. primùm, ut non poſſit loqui, ſecundò ut non poſſit bibere; quia recurrit uinum ad ciathum ex naribus: non poteſt loqui, quia uox reſultat per nares, & ſic coarticulatio fieri non poteſt. In iſto caſu opus eſt, ut nos perpendamus coniectura an lapſus oſſis multus ſit. nam ſi tantum oſſis ceciderit quantus eſt nummus, qui dicitur gazetta, tunc non ſperamus coniunctionem, ſed oportet inuenire artificium, quo claudatur palatum, ergo eſt tentandum, ut citiſſimè fiat cicatrix circum circa: gignitur, autem per decocta adſtringentia. poſt genitam cicatricem oportet explere foramen aliquo, quod non cadat. Hinc aliquãdò goſſipio claudimus, & multi commodè gerunt. ſed domini aliquandò accidit, ut magnitudo foraminis non capiat goſſipium. tunc duo habemus inſtrumenta alterum cæreum, alterum ex argento. difficilia ſunt hæc inſtrumẽta fantaſtica. non poſſum lingua explicare, deferã uobis inſtrumentũ ex cera cõſtructum, atq; docebo uos modum conficiendi, & ſic ex argento, uel auro fieri poteſt. ſolemus quotidie auferre inſtrumẽtũ, detergere, & iterũ aptare. Cæterum aliud eſt inſtrumentũ, quod goſſipio obuoluimus, & ui imponimus in foramine. ſed ego habui doctore n quendam habentem exeſum

Goſſipium claudens foramen palati.

Inſtrumentum in palato ubi os deficiat.

palatum morbo gallico,ita ut non adfuerit locus, ubi cõmendare potuerimus inſtrumenta,nihil enim erat palati. ego aptaui inſtrumẽtũ ad nares, catenam ſcilicet auream in parte uergente circa gurgulionem, quam feci recurrere per nares, & ne exedantur nares ab auro geminis laminis aureis ſuccurro ſuppoſitis catenæ aureæ: ſi uerò magnitudo eſt parua exeſi palati: in eo caſu ſperanda repletio carnis: ſed opus eſt ſumma diligentia. neceſſarium enim eſt, ut non ſinatis, quòd ulcus ad cicatricem deducatur; ſed ſemper uiride ſeruetur; hoc aũt ſeruatur, ſi quinto quoq; die, uel quarto madefiat parùm margo ulceris ſemel tantùm currente goſſipio, oleo uitrioli; ſed oportet, ut ponatur medicamẽtũ ualdè ſarcoticum, quod habeat ulm regignendæ carnis. ego multos ſanaui; & præcipuè illuſtrem Polonũ Duum generum utor ſarcoticis, alterũ eſt decoctũ gaiaci, in quo diſſolutum ſit Myrrha, & Thus: & mando, ut hac crebrò colluat palatũ. ſecundũ medicamentũ eſt paſta quædã, ex qua conficio clauũ, quem impono foramini, & fælici ſucceſſu uſus ſum ſæpè. Medicamẽtum autem eſt huiuſmodi. Recip. gummi elemi, carabe an. unc. ſem. reſinæ pini colatæ unc. i ceræ albæ unc. i. maſtic. Thuris an. drac. i. & ſem. olei cõis quantùm ſufficit: miſce, & fit cærotũ molle, quod accipio, & digitis formo clauũ ad magnitudinem foraminis: ſed ſi quarto quoq; die uidemus cicatricem fieri abluo aqua dicta uel ol. ſulf. in pauca quantitate. Aliquãdo aquis thermarũ diui Petri abluo os, inſpergẽdo pul. rad. irid. & ſic utor fælici ſucceſſu. Sarcotica.

De ulceribus Gallicis. Cap. XCVIII.

V*Lcera gallica ſolent corripere uniuerſum corpus, & per ulcera nõ intelligimus, quæ glandem, ſedẽ, palatumue exulcerant. ſed quæ naſcuntur in uniuerſo corpore: calloſa ſunt, & aliquandò habent oſſa corrupta, aliquandò deſinunt in fiſtulas. In curatione horũ nos præter expurgationẽ totius corporis, & decoctũ, tractare ſolemus hac ratione: ſi adſunt fiſtulæ, uti ulcera fiſtuloſa tractamus. ſi calli adſunt: reuertimini ad curationẽ, quã tradidi in ablatione callorum. ſi uerò his factis non curantur tunc uenimus ad curationẽ ex præcipitato, & ung. roſ. Meſ. & ſolemus imponere hoc medicamentũ. Recipe ung roſ. Meſu. & addimus portiunculã præcipitati præparati, & loti, uel, ſi neq; præcipitato huiuſmodi ulcera ſanantur, uenimus ad ung quod habet in ſe hydrargyron, & hoc ego utor. Recipe aſſungiæ porcinæ, terebent. lotæ an. unc. ij. butiri recentis, ol. lib. alb. an. unc. i. Mercur. extincti unc ſem. ceræ parùm: miſce, & fit medicamentũ. tractamus aũt ulcus, primùm madefaciendo aqua alum. mag. tẽperata copioſiſſima aqua roſ. poſtea imponimus medicamentũ hoc. in exterioribus aũt linteũ magnũ imbutum linimẽto ſimplici & ſemper ſanaui hoc modo.*

Vlcerum curatio.

Vng. ad ulcera.

De impetigine. Cap. XCIX.

Impetiginis cur.

POſt ulcera ſunt impetigines, quæ ſolent ſuboriri, præcipuè in manibus, & pedibus, & curantur ea ratione, qua reliquæ impetigines, & ideò habetis medicamenta propria. at in impetigine gallica oportet inſtituere dietam, quæ leuat morbum. ſed non exhibeatis Guaiacum, quia non ſanat, ſed decoctum ſalſæ pariglie, nam per illud decoctum Gaiaci non fit perpetua ſanatio, & differtur curatio ad tres, uel quatuor menſes.

De Gonorrhæa atque aurium tinnitu. Cap. C.

Tinnitus.

POſt impetiginem eſt gonorrhæa, & tinnitus aurium. Tinnitus curationem non habet, ingenuè fateor eam ignoro. per localia omnia tentaui, curare non potui: & niſi per aſſumptum decocti ſanetur, nulla alia ratione ſanatur. ego uidi multos exhibito gaiaco per ſe incolumes redditos. Vidi etiam multos laborantes morbo gallico, qui non laborabant tinnitu aurium poſt principium aſſumptionis gaiaci ſentiſſe illum, quem ſanaui decocto ſalſæ, aliquandò incurabilis eſt. quandoque curabilis aquis Thermarum uillenſium refrigerantibus uniuerſum corpus. [oleum gaiaci quotidie infuſum poſt totius prouidentiam mirabiliter ſanat.] Gonorrhæa decocto curatur. non per localia. ſed quis quæret quomodo cognoſcitur hæc gallica à non gallica? hoc opus, hic labor eſt. nam in Gonorrhæa gallica, & adeſt iſdem color ſeminis, & uti ex coitu una prouenit, ita & altera. habemus tamen coniecturas. & ego multas habeo. prima eſt quandò incipit gonorrhæa gallica non eſt ardor, uel pruritus ingens, qui eſt in non gallica, in qua exulceratur canalis urinarius, & tunc ſuccedit ſtranguria, qui eſt appetitus ſemper mingendi. ſecundum inditium eſt à diuturnitate, quia gallica longa eſt, non gallica citius cædit niſi fuerit ex catharro. Tertium quod in gonorrhæa non gallica, (ſi copioſa eſt) conſequitur corporis conſumptio; gallica etiam diuturniſſima non ita abſumit corpus. præterea gonorrhæa gallica breui temporis ſpacio ſine moleſtia, & ſemel coeundo concipitur. Vltimò gonorrhææ gallicæ non poſſunt cædere medicamentis localibus. reliquæ per inunctionem teſtium, renium, & aſſumptione medicam per os cædunt faciliùs. ſanamus autem gallicas per decoct. guaiaci, aut ſalſæ. ad localia raro uenio, quia raro ſuccedunt.

Gonorrhæa (margin)

Gallicæ gonorrhææ cõiectura. 1. 2. 3. 4. Quinta.

De Rhagadibus. Cap. CI.

Rhagades:

POſt hæc adſunt in pedibus, & manibus Rhagades, qui morbus perpetuus

tuus eſt,durat enim ad 30.& 50.annos: quoties igitur ſit huiuſmodi exul
ceratio,quæ rimoſa eſt: ſi eſt gallica,cognoſcitur ex præcedentibus: præte Signa.
rea ex eſu alliorum, & caparum. ſi quis patiatur, & neget eſſe galli-
cas,ſi ſpicam allij, uel parum cape comederit tertia die dupplicatæ erunt
Rhagades; & hoc eſt argumentum eſſe gallicas. ex hoc colligatis,ut ſem
per ægri fugiant cæparum, atque alliorum uſum. ſed unde proueniunt Cauſæ.
huiuſmodi Rhagades? ex materia phlegmatica, ſalſa, & aduſta melan
colica. phlegma generatur in uentriculo labefactato: ſalſa pituita & me
lancolia ex hepate aduſto. ſed ſi ad ſunt: duabus rationibus ſanandi calli
huiuſmodi: communibus ſcilicet medicamentis, & localibus. communia Curatio.
medicamenta eſt decoctum ſalſæ, & expurgatio totius corporis: exhi-
beant medici decoctum guaiaci quantùm uolunt, non ſanant; ſola ſalſa
eſt quæ curat iſtas: gaiacum lenit, ſanat. non perfectè tamen. addatis
autem localia, quia ſine his non ſanantur. incipiat primùm æger bibere
decoctum ſalſæ per quatuor, aut ſex dies poſtea utatur localibus. & pri-
mò ſunt mollificantia. Recipe rad.alth.folior.malu.fol.uiol.rad.lapatij.
ana man.ij.capud ueruecis unum,aquæ quantum ſufficit: fit decoctio do-
nec diſſipetur capud, in hoc decocto macerantur manus,& pedes,matuti
na,& ueſpertina hora. Poſt hoc Rec.ol.amygd.dulc.olei roſ.aſſung.porc:
an.unc.1.ceruſſæ hydrarg.extincti an unc.ſem.ceræ alb.unc.1.miſce, &
liquatis liquandis in mortario conficitur linimentum,quo inunguntur ri-
mæ,& ſanantur. ſi calli non cædant, ſolemus macerare prædicto deco-
cto. poſtea nouacula emollitum auferre callum, uel linteo aſpero fricare
donec copioſus exierit ſanguis. demum Madeſacimus huiuſmodi callos a-
qua al mag.aliter non ſuccedet,nam difficilis morbus eſt,ſed ſanatur qui
dem. ſi non ſanatur,Maceramus pedes eodem decoct.radimus ſemel,po-
ſtea illa aqua madefacimus,& cum ſiccata eſt illinimus partes trociſcis
Andronis,quos diluimus uino granatorum,uel cũ ſyr.mirt. ad mellis ſpiſ
ſitudinem,& bis,& ter inungimus.ſed accidit,ut nondum ſuperentur; in
hoc caſu macero pedes cum ſuccis quibuſdam,in quibus hordeum,& lapa
tiũ incoctum ſit. ego coquo hordeũ, donec diſrumpatur,& ſimul folia la-
patij,& expleo ſacculũ,ſupra quem calẽtem impono manus, & pedes per
horã cum dimidia,poſtea inungo hoc medicamento,habente ſublimatum,
uel arg.uiuum.primum eſt Rec.ol roſ.cõpleti,butiri recentis an.unc.1.ce
ruſſæ drac ij.tereb.lotæ unc.1.ſublimati ſupra marmor pictoriũ moliti, &
cum ſucco limonũ loti ſcrup.ij.miſce in mortario,& iſto medicamento inũ
guntur manus,& pedes.Verùm accidit,ut ægrotantes uelint incedere,e-
go habeo in eo caſu emplaſtrum,ex quo conficitur ſolea, quæ ſubijcitur pe
dibus,& ita incedunt.Medic.hoc eſt. Recipe ammon. præp. galban. ana
drach.1.thuris, maſt.aloes, ceruſſæ ana drac. ſem. pingued.Vrſi,Taſſi,

ſuis ana unc.1 .terebent.reſin.pini,an.unc.ſemis,olei roſ.compl unc.ij. auripig.calcant.alum.rocchæ an.drac.ij.& ſem arg.uiu.extincti unc.1. ceræ quantum ſufficit miſce,& fiat ſolidum cærotum, quod extenſum ſupra linteum,facit ſoleam. Verùm ita rebelles ſunt Rhagades,ut aliquandò opus ſit locum affectum ſuffumigare.utimur autem ſuffumigijs,primùm macerando,uel lixiuio communi,uel decocto dicto, poſtea inungimus ſapone nigro fricando callos; quia attenuat eos, & disſipat; poſtea iterum per ſpatium horæ abluimus lixiuio, & poſt ſiccationem ſuffimus; & huiuſmodi ſuffitu omnes liberantur: poſt ſuffitum trociſcum andr.uel cærotum ultimum imponimus Materia ſuffitus eſt hæc Rec.cinnab.auripig.ſandarachæ græc.ana.unc.1 præcipitati unc ſem.ligni aloes,gummi iuniperi, ſtoracis ſiccæ,belzuini Myrrhæ,Thuris ana drac.ij. teruntur hæc craſſo modo,& miſcentur,atque ſupra carbones inſperguntur:aliqui ſublimati portiunculam addunt,at ego nunquam addidi.

Suffitus in rhagad:

De cephalea & reliquis ſymptomatibus. Cap. CII.

Cephaleæ curatio fit per decoctum.Maraſmus ex gallico,& aſthmæ incurabiles ſunt affectus, & ideò ægros ſolis pronoſticis deſinemus. [Modò receptui canens, te lector oratum uelim,ut animum meum hilari fronte recipias. eum à calumniæ, & obtrectationis metu defendens.]

GABRIELIS FALLOPPII

TRACTATVS DE BVBONE PESTILENTI

Propoſitum Cap. Primum.

AGAM de tumore, quod dicitur flagellum Dei altiſſimi; & eſt bubo ille, qui peſtilens appellatur; qui cōiunctus eſt cum febre peſtilenti; quare & obiter (nō ſine tamen aliqua diligentia, quātùm ad curationem pertinet) de ea pertractabo. Hic autem morbus læthalis eſt, atque (vt plurimùm) necat homines; rarique admodum ſunt, qui ab huiuſmodi affectu liberātur: neque ſolùm homines, ſed bruta inficit: canes domeſtici, cati, aues moriuntur: Ego vidi picam correptā gemino bubone anno 30. vel 27. graſſante peſte, tamen animal illud ſuperuixit. Sed quōd auget grauitatē morbi, eſt, quoniam fugiūt omnes Medici. Nos Itali iugulamus amicos, fugientes: Germani boni viri non derelinquunt, & ſeruant multos. Nos ergo conijcimus in loca illa, in quibus aut vi morbi, aut cuſtodum malitia omnes pereūt. Hoc igitur in Italia grauiorem facit morbum. Iſtius bubonis peſtilentis curationem inſtituo, qui maximi eſt momenti: Et dum loquor de bubone peſtilenti, audio tumorem, quem Altoin appellāt Arabes. toin, vel tou dicitur ab Auic. al verò eſt articulus, qui coniungitur cum voce toin. aliqui antracem vertunt: aliqui carbunculum vocant peſtilentem. nō refert aut hoc, aut illo nomine potiatur dūmodo ſciatis, quòd, quemadmodum Græci habent tria genera morborum, quæ cadunt in glandulis. Ita etiam Arabes ab eis ſumentes. Nam apud Gal. & reliquos nos reperimus bubonē, phima, & phigetlon; qui ſunt tumores inflammantes partium glandoſarum, atq; ſuperuenietes in alijs locis, vel ratione vehementiæ, vel malignitatis, & contagij. Bubo ſignificat tumorem in partibus glandulofis, qui peſtilens nō ſit. Phima ſignificat eundem tumorem vehemētem. Phigethlon ſignificat eundem cum malignitate. Ità dicit Auic. Altoin diuiditur in tres ſpecies: & aliquando per hunc, om- Lib 4 ſen 3. cap. de cura altoin.

ne genus tumoris cadens in omni parte corporis, dummodo peſtilens ſit, vocabant. Raſis autem in lib. continentis, & in lib. de peſte carmata nuncupat. Carmata verò apud Auic. eſt tumor peſtilens in omni particula corporis. Secundò per altoin, ſeu bubonem ſignificant omnem inflammationem corporis glandoſi calidam; de quo, tanquàm de inflãmatione calida, loquitur Auic. Tertiò per bobonem intelligunt etiam antiqui tumorem calidum contagioſum, & peſtilẽtem glandularum, vel circa aures, vel ingulum, vel axillas, vel inguina. Nos non loquimur de bubone peſtilenti tantum glandularum; ſed de omni bubone peſtilenti, qui cadat in omnem particulã corporis etiam quòd non ſit in parte glãdoſa, dummodò peſtilens ſit, & febrem coniunctam habeat. Qui tumor ſecundum Auic. eſt inflammatio, & ex genere inflammationum, precipuè in glandulis, coniunctio contagio, & veneno. De hoc loquitur Gal. 2. ad glauc. 1. 13. meth. 5. Pau. 4. lib. cap. 22. Et nos in præſentia, ea, qua poterimus ſolertia tractabimus.

In 1 lib. doc. prima fen ſecūdæ cap. 1.

DE CAVSIS CAP. II.

Efficiens.

HVIVS *potiſſimæ cauſæ internæ duæ ſunt, efficiens, & materialis. Efficiens eſt expultrix membrorũ, quæ tentat exonerationẽ à veneno. nã quoties venenoſus ſanguis continetur in viſceribus, ſtatim expultrix expellit, & quoniam tria ſunt viſcera principalia, ideò, vt plurimum in emunctorijs horum reperiuntur: vel circa aures, vel circa inguina, vel circa axillas. Materia eſt humor ſanguineus putrefactus in venenum conuerſus, vel ſit exuſtus in atram, vel in flauam bilem mutatus, & poſtea acquiſiuerit venenoſitatem per putredinẽ, vel alio modo, ſat eſt, quòd materia eſt ſanguis, vel exuſtus, vel putrefactus, vel corruptus, qui acquiſiuerit naturam veneni, & ideo malas illas febres, prauiora ſymptomata, & hunc peſſimum tumorem facit. Solet autem ſanguis varijs ex cauſis contrahere hanc corruptelam; prima eſt corruptela cibi ex lib. de cibis boni, & praui ſucci cap. 1. Secunda cauſa eſt ex aere corrupto. aer enim habet ſeminaria corruptionis. quoniam elementum in ſe corruptionem non contrahit; ſed habet corpuſcula quædam putredinis, cũ attrahatur per pulmones, ac cor, & ad cauitates arteriarum; ideò ſunt in cauſa putredinis, & corruptionis ſanguinis; inficitur autem aer non per ſe, quamuis ſit calidus, & humidus: habet enim ita latum campum, & abundantem euentationem, Galenus 1. de diff. feb. dicebat quòd variæ ſunt cauſæ corrupti aeris, inter quas ſolet eſſe aqua ſtagnans corrupta, quandò erumpunt flumina, & replent loca decliuia, aqua corrumpitur, deſtruitur, marceſcit, & plurima euaporatio fit per aerẽ, quæ eſt cauſa corruptelæ. Addere poſſumus aliam cauſam ex puteis, ex voraginibus*

Materia.

Sãguinis uenenum ex quot cauſis.
Cibis
Aer.

Cap 4.

Putei, & uoragines.

gimbus,& cauernis aliquot diù clauſis; vbi ſuffocatus aer,& vapor putreſcunt: ſtatim exhalante illa putrida euaporatione fit aer putridus. Agitur ſextus annus, quando Tripoli graſſata eſt peſtis. erat apotheca multis oppleta mercimonijs, vt gariophyllis, nuce moſcata, cinnamomo, pipere &c. aromatibus. Perijt Dominus,& manſit ergaſtulum per ſpatium trium annorum clauſum. Omnes enim putabant eum adhuc ſuperuiuere,nec è viuis exceſsiſſe. nimia humiditate, prohibita difflatione, aromata mucum contrahẽtia, aliaq; ſuppellectilia corrupta ſunt. Hæredes de Mercatoris obitu demum certiores facti,aperientes locum ſex, vel octo ſtatim mortui concidunt, & peſtis ſæuiſsima toti communicata eſt ciuitati: ibi erant ſacci,ibi telæ corruptæ contracto halitu peſsimo infectus eſt aer cõmunis aura. Nos intelleximus ſtragem illam in Italia,quum inter Gallos,& Regis Neapolitani milites cõmiſſum eſt præliũ:manebãt putrida corpora in locis illis decliuibus,et paluſtribus tãtaq; prorogata eſt,corruptio vt poſtea reliquus exercitus Pontificius morti traditus ſit adhuc à pugna ſeruatus integer. Additur ẽt alia cauſa corruptionis, quoties ſuperueniat validiſsimus calor, quo ferueat aer,& reliqua elementa,vt ſuperueniente humiditate fiant magnæ ebullitiones; tunc accidit peſtis, qualis fuit Tucidid.tempore, cuius meminit Gal. Aliquandò (ex præfatione in primum Epid.) ſolemus cauſam referre peſtis in DEVM, *qui punit peccata noſtra: vti eſt celeberrimũ exemplum propoſitũ Dauidi,vt vel peſtẽ,vel bellum,vel famẽ eligeret. Homerus referebat cauſam infectionis Exercitus Græcorũ,in Apollinẽ. Hæc etenim ſunt flagella* DEI. *Aſtrologi volunt,quòd* DEVS *altiſsimus agat per ſuperiora ad hæc inferiora,& dicũt quòd per aſpectus corrumpitur aer,& ſanguis. Aſſerunt nanque quòd quoties in coniunctione Martis, & Saturni accidit Eclypſis Lunaris,& quod dominium habeat Mars,quòdq; huiuſmodi eclypſis fiat in ſigno humano, ſemper fit corruptio aeris, & ſanguinis, & per conſequens peſtis debaccatur. Vnde multas cauſas aſsignare poſſumus corrupti aeris. ſed quoties cauſa erit externa, .ſ. aer ambiens infectus ab illis cauſis dictis,vel pannis,neceſſariò requiritur, vt corpus ſit ſubiectũ aptum ad recipiendam hanc putredinem.nã non omnes,qui tangunt aerem, & veſtimenta patiuntur corruptionem ſanguinis. quæ eſt cauſa? communis eſt aer, & in eodem thalamo ſunt panni peſte infecti. neceſſarium eſt,vt adſit aptitudo corporis,quæ niſi fuerit,corpus non inficietur.corpora apta, ſunt calida, & humida, ſanguinea .ſ. quoniam cum peſtis ſit ſpecies putredinis intenſiſsimæ, nihil magis obnoxium putredini quàm, quæ ſunt calida, & humida. Hinc eſt mos communis vbique, vt omnes, qui volunt præſeruari, ſecent venam ſuam,& mittatur copioſiſsimus ſanguis,vt minor copia ſit humoris calidi,& humidi. Alia cauſa proponitur à Gal. loco dicto,&*

Calor ingẽs

In 1. lib. de diff feb cap. 4.

DEVS

Primo iliados.

Aſpectus ſiderum.

Corpora apta infici peſte calida & hum.

Habentia latos poros.

eſt, quod corpora habentia poros apertos, & nimis latos apta ſunt ad corruptelam; quia facilè vndequaque attrahitur aer, & penetrat ad viſcera. ſed not. quòd quemadmodum requiritur, quod corpus reſiſtens non habeat latiſsimos meatus, ita non debet habere nimis anguſtos: eò quoniam ingredietur ambiens per poros cutis; ſed ingreſſus per alias vias, nõ poterit exhalare per cutim, & ſic facilè accendetur putredo. Vltimò etiam ſunt valde obnoxij huiuſmodi corruptioni, qui habent humores multos præter naturales cacochimos in corpore. Hinc eſt, quòd cauti Medici expurgant ab omni immundicie in ſuſpicione peſtis, & maximè à bilipſis, & pituitatis humoribus. Rhaſis in lib. de peſte pulcherrimo (quem non reperimus Arabicum, nec Latinum, ſed Græcum impreſſum cum Alexand. Tral. Hic etiam liber factus eſt Latinus) dicit, quod corpora habentia ſanguinem bulliẽtem ſunt apta ad corruptionem. aſſerit enim ſanguinem eſſe veluti muſtum bulliens, vt fiat vinũ; ita ſanguis, vt fiat purior, bullit. Iſtæ autem ebullitiones fiunt per ſeptenarios, & ita à primo anno ad ſeptimum, ſanguis valde bullit, & ea ætas maximè expoſita eſt putredini. puer uli enim ſemper manantibus capitis vlceribus, variolis, & cocturis cutis laborant. iſta eſt prima ebullitio, quando ab excrementoſo ſanguine fit purus. Secunda ebullitio eſt, quæ fit ex vino puro indefecatum, & talis fit in ſanguine à ſeptimo ad decimum quartum annum, quando ſanguis fit defecatus. Hinc eſt quòd variolæ, quæ fuere relictæ in primo ſeptenario ſolent in ſecundo ſuperuenire. Hinc fit quod ĩ his duobus ſeptenarijs corpora sũt maximè obnoxia putredini. Hinc corpora infantulorum puerorũ, adoleſcentulorumq; ſemper faciliùs corripiuntur peſte, quàm adultorum. Primùm, quia abundant plurimò calido, & humido. præterea, quia fit huiuſmodi ebullitio ex ſententia Rhaſis. & quia in tertio, quarto, & quinto ſeptenario corpora ſicciora ſunt, & non tanta fit ebullitio, ideò non ita corrumpuntur. Suboritur ergo bubo ex ſanguine fluente expulſo à facultate viſcerum deſtinata, vel etiam ĩcerta. corrumpitur ſanguis ratione mali victus, vel aquis putridis, vel vapore malo, aere infecto, vel ex putredine, vel ex alijs dictis cauſis.

Cachochima.

Epilogus.

DE SIGNIS CAP. III.

DECIPIVNTVR *maximè Medici in bubonibus peſtilẽtibus, & decipiuntur duplici de cauſa: altera eſt, quia morbus ipſe malignus eſt; & ideò ſæpe ſe ipſum non ita facilè prodit; ſed latitat. Verùm hæc ratio erroris non frequens eſt: ſed frequentior eſt altera illa, quæ fit ratione experimenti deficientis: rara eſt peſtis, & cum ſit contagioſa, Medici tractationẽ libenter fugiunt; idcircò mirum non eſt, ſi non poſſunt valde exercitari in*

cogni-

cognitione affectus. Ego quanuis multa legerim, & collegerim ex auditu, quæ faciunt ad peſtis cognitionem, tamen plus didici vna die in peſte Patauina, quàm toto æuo meo legendo, & audiendo; quoniam res experimentū requirit: & cognitio mea imperfecta poteſt vocari, quanuis perfectiſſima ſit comparata ad eam, quam antea habebam. Ideò omnia, quæ ego dicam diligenter ſunt memoriæ mandanda, ne faciatis quod mihi contingit non leui huius ciuitatis dāno. Nā cū Germanus laboraret febre peſtilēti, et bubone in ceruice (qui infectus fuit ratione pannorum delatorū ex Hoſpita ab Hiſtria: vnde gener muliérculæ mortuus eſt, & ſic ijdē panni ad tres, vel quatuor infecere domos) ſi ego, & reliqui cognouiſſemus bubonem peſtilentem prohibere potuiſſemus peſtem. Ego teſtor ignorantiam meam, iam me decipi impoſſibile, vel ad minus difficile eſſet. Referre vobis polliceor in hoc caſu quædam, quæ ſcripta non reperietis. ſcriptores iſti breuitatem affectantes imperfecti fiunt, & diminuti. Dicam ergo ſigna partim aſſumpta à bubone. ſ. à loco affecto, partim à conſequentibus affectum, partim à ſymptomatibus. ſed quoniam nunquam reperitur bubo peſtilens ſine febre, volo vt incipiamus ab iſto capite. Primum ergo ſignum eſt febris peſtilens, quæ febris nunquam eſt vnius generis. aduertatis ne vos decipiat. Multa obſeruaui in illa peſte, ex auditu multa didici: ego aliquando reperi febrem ardentiſſimam coniunctam, quæ exurit fauces, & linguam, ſed ad tactum acris eſt, at rariſſimum hoc eſt. vt plurimùm ſolet eſſe languida, parua, tepida, & ita parua, vt vix percipiatur ab ægrotante. Et memini viſitaſſe mulierem in vico propè Diuam Agatham, quæ conquerebatur de dolore lateris, ad tactum, dolor ſentiebatur, ego detegi bubonem ſub axilla: cum percunctarer an laboraret febre, reſpondebat quod non, ſed aderat febris, quā ratione tactus non percipiebat, quia euaporatio leuis erat. ſed inæqualitas, frequentia, celeritas, perturbatio, inordinatio pulſus aderant. Domini quū hæc videtis, erit febris peſtilēs, præcipuè ſi æger æſtum percipiat in præcordijs, reliquis partibus immunibus à caliditate exiſtentibus, erit hoc certiſſimum febris peſtilentis inditium. Id autem obſeruatum fuit à Galeno 9. de ſimpl. med. & 1. com. in 6. de morbis vulgaribus com. text. 29. idem confirmat Rhaſis in libro de peſte quòd ad tactum non apparet calor, ſed æſtum percipit intimum æger, non in extremis partibus. Secundum ſignum aſſumitur à colore faciei, & ita certum eſt hoc ſignum, vt quoties quis offerebatur, in quo erat bubo nos ſtatim conſpecta facie cognoſceremus adeſſe peſtem. Et quis eſt iſte color? eſt, vt penitus pereat ratio coloris naturalis, & videatur veluti eriſipelatoſa facies, ſi erecti manent habent caput decline ad inferiora, facies in vno loco rubicunda, in alio pallidior, nō nulla in parte ſubrubra, in nonnulla vero ſubnigra, & quaſi inflammata eriſipelatoſa videtur.

NOTAND.

Primum ſignum eſt febris.

2. ſignum.

ne, adiuuante tamen decocto ſalſæ. Verùm ſi ſunt atheromatici, uel mel-
lei non tentate diſcuſsionem: quia ſi ſuccedet remanet folliculus, & ſæ-
pè detectum os, atque corruptum & oporteret uenire ad opus Chirurgi
cum. & quamuis lardatei tumores ex ſententia antiquorum folliculum
habeant, tamen gallici non habent; & experientia uos hoc docebit. &
ideo diſſoluentem, ſine apertione, curationē tentare poteſtis: in alijs aūt
non; quia auferendus folliculus, ſed quid agendum in his? uideatis an co-
rium attenuatum ſit, uel folliculus putrefactus; ſi hoc eſt, aperite. ſi
corium eſt craſſum, & folliculus integer, tentate huius putrefactionem,
illius uerò attenuationem. ſed quomodo cognoſcimus corruptionem fol-
liculi? hac ratione, quoniam in omni tumore tali, quoties folliculus
integer eſt, poſſumus corium ſuperius diducere hac & illac; tumor au-
tem manet in ſua conſiſtentia, in ſua forma, qua ergo ratione maceran-
dus folliculus? (quia, ſi non maceramus, oportet, ut uiolentia extra-
hatur medicamento erodente, uel inſtrumento chirurgico, & fiunt dolo-
res intollerabiles,) ſed dicet quis, quid refert ſi remanet folliculus?
quoniam ſolet ſubcreſcere caruncula quædam intra folliculum, quæ inſa-
nabilis eſt, & hoc fit duorum, uel quatuor dierum ſpacio. quomodo igitur
macerabimus? Ego infinita maturātia proferrem. ſed confugio ad diachil.
magnum Meſu cui aliquandò ammoniac. aliquando ſagapen. aliquandò
galb. addo. quādoq; ping. gallinæ uetuſtiori diſſoluo. Ex uſu ergo iſtius me
dicamenti per ſex uel decem dies tento putrefactionem folliculi: facto hoc
aperio cauſtico medicamento, niſi ſit in fronte, uel in facie. quia aper-
tio fit maior, ſecundò quia putreſcunt aliquæ reliquiæ folliculi, tertiò
quoniam calefacit locū, & roborat. ſin minus ferro ſeco. facta apertione
ſi reliquiæ reſtant folliculi, extraho præcipitato demum expleo carne lo
cum. & hæc de tumoribus iſtis dicta ſint ſatis: iam ad oſsium cor-
ruptionem tranſeamus.

De oſsium corruptione. Cap. XCVI.

Oſsium corruptio.

SAeua ualdè eſt in morbo gallico oſsium corruptio, & adhuc ſæuior,
quia corrumpuntur oſſa in illis partibus, in quibus ſanari non poſſūt.
quoniam corrūpuntur oſſa, quæ facta ſunt à natura pro cerebri tutela, et
coopertione, ita ut totū uiderim craneū exeſum: ego habeo infinita exē-
pla: ſed aliquandò etiam corrūpuntur oſſa palati, ut totum palati os rece
dat, & non ſolum palati oſſa id patiuntur: ſed etiam narium. & ſciatis ꝙ
non in omni inueterato gallico hoc fit; ſed tantū in illis, in quibus inunctio
facta eſt Hidrar. ſi igitur fiat, ut corrumpatur os in morbo gallico, ſi ſunt
oſſa tibiæ, ea ratione tractanda ſunt, quam dedi in curatione ulceris cum

oſſe corrupto. Sed quia rem intactam relinquere nolumus, ne lectores ad alios tractatus demandemus, ut hanc noſtram plenam, & omnibus numeris abſolutam compleamus tractationem. hic breuiter curationem ulceris cum oſſe corrupto perſtringemus: quoties ergo perforatur os ex humore acri, atq; putreſcente propter gallicam luem: primum, quod indicatur eſt, oſsis ablatio: ſecundũ praeſeruare partem ſanam, ne erodatur: ablatio duplex uel manu, uel medicamento, quo proritemus naturam ad oſſis ſeparationem. ſed primò de ea, quae manu fit, uel inſtrumento, loquamur: qua ratione, & quomodo, & quandò datur occaſio? occaſio eſt, quandò eſt ualdè inſignis quantitas oſsis auferenda, quam dubitamus nõ poſſe naturam auferre: ſecunda occaſio eſt, quandò breuitas tẽporis urget, & citam quaerimus ſanationem ulceris: ſed natura citò non poteſt hoc efficere: Nam uos debetis ſcire, ꝙ tardè recedunt oſſa, ſi totum opus naturae imperio demandatur; ſed nos ſpatio unius horae. imò citius agimus: Natura 30.40.60. aliquandò 80. diebus: tertiò quoties poſſumus tutò, & facilè ſecare materiam oſsis. ſed cum datur occaſio quomodo auferendum os? duobus modis, uel ſcalpro exciſorio cum maleolo, ueluti faciunt ſtatuarij, qui ſcalpro & malleolo ſtatuas effingunt; uel, ut perforemus os terebro fabrili in tribus, uel quatuor partibus, poſtea percurramus ſcalpro cum malleolo à foramine ad foramen. tertia ratio melior non lædẽs eſt, ut ſcalpris raſorijs agamus: benignior, mitior, & tutior ratio eſt, licet aliquantiſper tarda. ſi perforamus terebra fit aſtrictio, & calefactio in oſſe, & poteſt inflammari pars ipſa ſana quis autem erit modus uel terminus actionis? deſiſtemus quoties ablatum fuerit illud totum, quod perforatum eſt, ſecundò, quod eſt denigratum, uel liuidum, tertiò quandò apparet cruor aliquis ſtatim finem faciamus operi: poſtea ariſtolochiae radix admixta Myrrhae aſpergitur oſſi reducta in puluerem, ne iterũ corrumpatur. Sed quia haec inſtrumenta non ſemper ſunt apta, ſeu ratione loci, ſeu ratione aegri timidi, ideò natura ſit illa, quae ſeperet os corruptũ: quõ autem fiet hoc? ſi nos ſiccis medicamentis, & quae habent uim penetrandi tentabimus ſiccationem oſſis, uel (ſi hoc modo non poſſumus) faciamus candenti ferro, natura enim non poteſt ſeiungere, niſi os ſit omni ſanguine, & alimento priuatum, ut ait Hipp. exẽplo ſint fructus, & folia, in quibus, cum incipit alimentũ deſiſtere, pediculi pars ſiccatur, et cadunt fructus: ita folia autumno cadunt, quùm humido radicali deſtituuntur; hoc faciemus medicamentis ſiccisſimis, uel corpore ignito; ultimò cũ medicamentis. quae clauſis oculis non patefacta ipſorum natura, illud faciunt. & ut ab hoc tertio genere incipiã, ſunt omnia illa, quae ſunt ſicca, et frigida in quarto gradu, quae uolunt medici, quòd habeãt uim auferãdarũ ſquamarũ, et ſeparãdorũ oſsiũ, quae niſi à frigida illa qualitate ueniat,

Sequeſtratio oſsis quo ingenio ſienda.

Medicamenta ſequeſtrãtia oſ.

ab occulta prouenire dicam ſed quum his utemini, miſcete ualde calido medicamẽto penetrãt: iſta ſunt hioſciamus, uel papaueris omnis materia, & huiuſmodi, unde Paulus ponit medicamentũ factũ ex folijs pap. ſilu. & folijs ficuum ſimul contuſis, & impoſitis, nã primũ fol. pap. illud faciunt, & à ficulneis foliis habent penetrationem. ſubdit Paul. aliud medicamentum, quod conſtat ex fol. hioſciami, uel ſemin. & contundit cum calcanto uſto. et hoc eſt præſtantius, quia hioſciami ſemen priuat uita partẽ, & alimento. calcantum uſtum ponimus, quia in eo fit attenuatio uſtione, quod dico de papa. dico de mandrag. non de lactuca, & ſolano, quia nõ habent uim ſiccandi. ſecundum medicamentum eſt ſiccans, & primò eſt radix peucedani ſicca. Iridis communis rad. etiam ſicca, radix ariſtol. rotũdæ, uel lungæ, opopan. radix, uel ſucc. ſagapeni uulgaris lachryma, ſquama æris exuſta, ærugo &c. Recentiores laudant aquam ſulfuris oleũ appellatum; ego laudo ſummopere. ſed ea ratione, ne corrumpat carnem. laudant calcanti oleum, hoc ẽt ego laudo. præterea habemus aquã aluminis magiſt. qua nõ reperio medicamentũ præſtãtius, qua in omnibus utor & ſemper madefacio os corruptum hac aqua; quoniam non ſolet excitare dolorẽ; reliqua medicamenta quantò ualidiora, tantò doloroſiora. ſed principatum tenet euforbiũ inter omnia: & hoc meritò, quia medicamentum habet facultatem ſiccantem in quarto, et habet tenuitatem partiũ, & probatur à Dioſco. qui non proponebat, niſi certa medicamẽta: ſed huius medicamenti uſus debet cum arte adhiberi, ne corrumpat aliã partẽ ſanam, nam ego ſoleo accipere paſtam, cui miſceo cum portiunculam Euforb. & pulu. ex rad. irios, & rad peucædani, & ita compono medicamẽtũ, quod pono ſupra os corruptum tantùm, & non trãsfunditur in partes ſanas ſed ſoleo ẽt cærotum quodam ex euforb. ad eundem uſum conficere. hoc modo. Recipe pul. peuced. ariſtol. rotundæ, apopanacis, Euforb. an. drac. ſem tereb unc. ſem. ol. lil. alb. cæræ an. unc. ſem. hæc ſimul coquuntur ad ignem donec ſpiſſum fiat cærotũ, et hoc ponimus loco affectio Hipp. 4. de art. 36. ſolet ſeparare fruſtrum oſsis ex tibijs 60 diebus, in alijs locis. 40. & 30. ſi huiuſmodi medic. robuſtiſsimis utemur fiet in 20. diebus, & ego aliquandò extràxi integrum calcanei os, uel tali os, quæ ſunt fruſtra magna, & tunc neceſſariò ueniendum ad ignitum corpus, quod penitus ſiccet os. & exurat partem. ſed aduertatis, ut medicus diligentisſimè obſeruet partẽ, ubi tuta ſit uſtio fugite unctionem in capite, quando imminet periculũ inflãmationis, in oſſibus thoracis ſimiliter, ne febris et mors ſuccedat. præterea in uertebris dorſi fugite uſum ferramenti, ne incandeſcat medulla, & pereat æger: in reliquis locis utimini exuſtiõe uſq; ad medulam, exuxi mille Oſſa, uſque ad medullam ſine periculo dummodo rectè omnia reliqua tractentur. ſed quomodo parabitur iſta exuſtio? primò

Primum medicamẽtum Pauli.

2. Medicam.

Medicamenta ſiccantia.

Ol. ſulfuriſ.

Deſcriptio huius aquæ habetur ſupra, cap. 93.

Cerotum ex euforbio.

Vſtio quomodo fieri debet.

uratis quantùm exuri debet: ſecundo non exuratis partes carnoſas circũ poſitas. primùm facimus, ſi ferramentum ignitum erit proportionatum parti exurendæ: aliud, ſi ita in profundum exuremus, quantùm opus eſt. ad profundum dupliciter uenimus, aut longa exuſtione ter, uel quater repetita, aut (ut leniorem faciant exuſtionem ſicuti imaginati ſunt Recentiores) perforemus partem, & poſtea ſcaſtelem in illud foramen ponamus & hoc fit commodius, quia repetitio cruciat ægrum: ſecundum obſeruandum eſt, ne partes circumpoſitæ urantur, hoc fiet, ſi eas ita muniamus: habent fiſtulas ferreas, uel æneas, quas imponunt ulceri, & poſtea per eas imponunt ferramentum ignitum. ſed notate, quòd iſtæ igniuntur, & ignitæ exurunt labia. accipiatis fiſtulam, & ueſtiatis tela, & ſi poteſt eſſe lanea tela tenuis, commoda eſt, & ita exuretis os ſine exuſtione carnis. ſed rarò uindicamus labia ab exuſtione: hoc facto ſtatim extinguendus calor contractus in oſſe per impoſitionem medicamenti actu frigidi, ideo accipimus aquam roſ. ol. roſ. uel uiol. album oui, & ſimul miſcemus; & per ſpongiam, uel ſtuppam imponimus bis, uel ter. præterea mitigemus dolorem contractum in labijs, & ita per 24. horas relinquimus hoc medic. deinde uenimus ad maturationem eſcaræ labiorum cum butiro, uel tetrapharmaco habente uim concoquendi, & emolliendi. ſed nõ ſupra os. quia ſupra eum ponetur pul. peucedani, uel alius, & poſtea medicamentum maturans. poſt hoc procedemus ad ſeparationem oſsis. ultimò cum ſarcoticis curabimus ulcus.] In capite uerò, ſi tectum fuerit os, & corruptum, quo modo tractandum? nos ſecamus cutim, & detectum os abradimus ſeparãdo malum à bono: at ſi totum os corruptum, totum eſt abradendum, totũ ſequeſtrandum: ego utor forcipe ad auferendum os ſequeſtratum. ſed antequam ſequeſtretur non abrado, ſed curo, ut natura ipſa ſeparet, & ſolet facere ſi incumbamus ſiccationi robuſtisſimæ. & primò decocto ſalſæ utimur, poſtea ad localia uenimus. ſed primùm alternis diebus madefaciam os oleo calcãt. uel ol. uitriol. uel aq. alum. magiſtr. quod mitimus eſt; & ego habeo gratias huic medicamento; quia non abſumit carnem, non facit dolorem, & robuſtè ſiccat; & ſic fit ſequeſtratio à natura cum generatione nouæ carnis, poſtea madefacto oſſe bis inſpergo puluerem capitalem dictum. tertiò ego impono medicamentum ex Euforb. quam compoſitionem uos docui, dum tractarem de ulcere cum oſſe corrupto, uel madefacio ſplenium in aqua alum. magiſt. & pono: labia, & partes carnoſas munio ung. iſidis, uel tego linamento ſicco, uel miſceo ung. iſid. cum ung. diapon. ſed aduertite quòd aliquandò membrana detecta eſt, uos tegite eam linamentis ſiccis poſtea madefacite os huiuſmodi liquoribus. hoc agimus donec ſequeſtretur os: ſequeſtrato oſſe ſurgit difficultas, quomodo ducenda ſint ulcera ad cicatricem, quoniam durat ulcus uirens ad annum, &

Os capitis.

Laudatur aq. alu. mag.

Cicatricem inducentia.

ad duos annos. ego ſoleo uti unguento de plumbo, & ſatis feliciter ſucceſſit, & deduxi ad cicatricem; utor emplaſtro albo ex pipere Gal. quod ſiccat, & deducit ad cicatricem: ſed hoc difficillimè. abluo ulcus decocto adſtringente ueluti ex roſis, beton. chamæm. & gallis. & coquo ad ablutionem, & adſtrictionem. utor aliquandò puriſſima aqua aluminoſa, & accipio aquam roſ. & aquam beton. & addo parum alum. & ſic fit aqua aluminoſa. uinum auſterum coctum cum roſis præſtantiſſimum eſt. ſed curatio accelerari non poteſt, ideò ſolari poteſtis ægros in hoc caſu, ut patientes ſint. quoniam membranæ ſunt in continuo motu, & magna deperditio facta eſt oſſis. ſi corrumpitur os palati, ego ſemper utor hoc medicamento. ſ. aqua aluminoſa magiſtrali, & ſic citò, & commodè extrahere conor oſſa corrupta. ol ſulf. & calcanti doloroſa ſunt, hæc aqua non eſt doloroſa, & ideò utimur madefaciendo goſſipium, & ponendo ad locum quotidie biſ. poſtea tota die curo, ut abluat os decocto ſcabioſæ, in aqua plantag. ſecundum decoctum eſt ſalſæ in aqua plant. tertium decoctum eſt beton. agrim. & roſ. in uino auſtero. Demum mando, ut æger inungat os melle roſ. quia detergit, & educit ſaniem. ſi eſſet cauitas, impono goſſipiũ imbutum aqua magiſt. alum. quòd ſi aqua hæc uidetur nimis potens, contemperetur cum roſacea, uel aqua plant.

Os palati.

Remedia quùm cadit os palati. Cap. XCVII.

CAdit os palati, ſanatur homo, ſed ſuccedunt miſeriæ, & anguſtiæ intollerabiles. primùm, ut non poſſit loqui, ſecundò ut non poſſit bibere; quia recurrit uinum ad ciathum ex naribus: non poteſt loqui, quia uox reſultat per nares, & ſic coarticulatio fieri non poteſt. In iſto caſu opus eſt, ut nos perpendamus coniectura an lapſus oſſis multus ſit. nam ſi tantum oſſis ceciderit quantus eſt nummus, qui dicitur gazetta, tunc non ſperamus coniunctionem, ſed oportet inuenire artificium, quo claudatur palatum, ergo eſt tentandum, ut citiſſimè fiat cicatrix circum circa: gignitur, autem per decocta adſtringentia. poſt genitam cicatricem oportet explere foramen aliquo, quod non cadat. Hinc aliquãdò goſſipio claudimus, & multi commodè gerunt. ſed domini aliquandò accidit, ut magnitudo foraminis non capiat goſſipium. tunc duo habemus inſtrumenta alterum cæreum, alterum ex argento. difficilia ſunt hæc inſtrumẽta fantaſtica. non poſſum lingua explicare, deferã uobis inſtrumentũ ex cera cõſtructum, atq; docebo uos modum conficiendi, & ſic ex argento, uel auro fieri poteſt. ſolemus quotidie auferre inſtrumẽtũ, detergere, & iterũ aptare. Cæterum aliud eſt inſtrumentũ, quod goſſipio obuoluimus, & ui imponimus in foramine. ſed ego habui doctorem quendam habentem exeſum

Goſſipium claudens foramen palati.

Inſtrumentum in palato ubi os deſciat.

palatum morbo gallico,ita ut non adfuerit locus, ubi cõmendare potuerimus inſtrumenta,nihil enim erat palati. ego aptaui inſtrumẽtũ ad nares, catenam ſcilicet auream in parte uergente circa gurgulionem, quam feci recurrere per nares, & ne exedantur nares ab auro geminis laminis aureis ſuccurro ſuppoſitis catenæ aureæ: ſi uerò magnitudo eſt parua exeſi palati: in eo caſu ſperanda repletio carnis: ſed opus eſt ſumma diligentia. neceſſarium enim eſt, ut non ſinatis, quòd ulcus ad cicatricem deducatur; ſed ſemper uiride ſeruetur; hoc aũt ſeruatur, ſi quinto quoq; die, uel quarto madefiat parùm margo ulceris ſemel tantùm currente goſſipio ex oleo uitrioli; ſed oportet, ut ponatur medicamẽtũ ualdè ſarcoticum, quod habeat uim regignendæ carnis. ego multos ſanaui, & præcipuè illuſtrem Polonũ Duum generum utor ſarcoticis, alterũ eſt decoctũ gaiaci, in quo diſſolutum ſit Myrrha, & Thus: & mando, ut hac crebrò colluat palatũ. ſecundũ medicamentũ eſt paſta quædã, ex qua conficio clauũ, quem impono foramini, & fælici ſucceſſu uſus ſum ſæpè. Medicamẽtum autem eſt huiuſmodi. Recip. gummi elemi, carabe an. unc. ſem. reſinæ pini colatæ unc. i ceræ albæ unc. i. maſtic. Thuris an. drac. i. & ſem. olei cõis quantùm ſufficit: miſce, & fit cærotũ molle, quod accipio, & digitis formo clauũ ad magnitudinem foraminis: ſed ſi quarto quoq; die uidemus cicatricem fieri abluo aqua dicta uel ol. ſulf. in pauca quantitate. Aliquãdo aquis thermarũ diui Petri abluo oſ, inſpergẽdo pul. rad. irid. & ſic utor fælici ſucceſſu. Sarcotica.

De ulceribus Gallicis. Cap. XCVIII.

VLcera gallica ſolent corripere uniuerſum corpus, & per ulcera nõ intelligimus, quæ glandem, ſedẽ, palatumue exulcerant. ſed quæ naſcuntur in uniuerſo corpore: calloſa ſunt, & aliquandò habent oſſa corrupta, aliquandò deſinunt in fiſtulas. In curatione horũ nos præter expurgationẽ totius corporis, & decoctũ, tractare ſolemus hac ratione: ſi adſunt fiſtulæ, uti ulcera fiſtuloſa tractamus. ſi calli adſunt: reuertimini ad curationẽ, quã tradidi in ablatione callorum. ſi uerò his factis non curantur tunc uenimus ad curationẽ ex præcipitato, & ung. roſ. Meſ. & ſolemus imponere hoc medicamentũ. Recipe ung roſ. Meſu. & addimus portiunculã præcipitati præparati, & loti, uel, ſi neq; præcipitato huiuſmodi ulcera ſanantur, uenimus ad ung quod habet in ſe hydrargyron, & hoc ego utor. Recipe aſſungiæ porcinæ, terebent. lotæ an. unc. ij. butiri recentis, ol. lib. alb. an. unc. i. Mercur. extincti unc ſem. ceræ parùm: miſce, & fit medicamentũ. tractamus aũt ulcus, primùm madefaciendo aqua alum. mag. tẽperata copioſiſſima aqua roſ. poſtea imponimus medicamentũ hoc. in exterioribus aũt linteũ magnũ imbutum linimẽto ſimplici & ſemper ſanaui hoc modo.

Vlcerum curatio.

Vng. ad ulcera.

De impetigine. Cap. XCIX.

Impetiginis cur.

POſt ulcera ſunt impetigines, quæ ſolent ſuboriri, præcipuè in manibus, & pedibus, & curantur ea ratione, qua reliquæ impetigines, & ideò habetis medicamenta propria. at in impetigine gallica oportet inſtituere dietam, quæ leuat morbum. ſed non exhibeatis Guaiacum, quia non ſanat, ſed decoctum ſalſæ pariglię, nam per illud decoctum Gaiaci non fit perpetua ſanatio, & differtur curatio ad tres, uel quatuor menſes.

De Gonorrhæa atque aurium tinnitu. Cap. C.

Tinnitus.

POſt impetiginem eſt gonorrhæa, & tinnitus aurium. Tinnitus curationem non habet, ingenuè fateor eam ignoro. per localia omnia tentaui, curare non potui: & niſi per aſſumptum decocti ſanetur, nulla alia ratione ſanatur. ego uidi multos exhibito gaiaco per ſe incolumes redditos. Vidi etiam multos laborantes morbo gallico, qui non laborabant tinnitu aurium poſt principium aſſumptionis gaiaci ſentiſſe illum, quem ſanaui decocto ſalſæ, aliquandò incurabilis eſt. quandoque curabilis aquis Thermarum uillenſium refrigerantibus uniuerſum corpus. [oleum gaiaci quotidie infuſum poſt totius prouidentiam mirabiliter ſanat.] Gonorrhæa *Gonorrhæa decocto curatur. non per localia. ſed quis quæret quomodo cognoſcitur hæc gallica à non gallica? hoc opus, hic labor eſt. nam in Gonorrhæa gallica, & adeſt iſdem color ſeminis, & uti ex coitu una prouenit, ita & altera. habemus tamen coniecturas. & ego multas habeo. prima eſt quandò incipit gonorrhæa gallica non eſt ardor, uel pruritus ingens, qui eſt in non gallica, in qua exulceratur canalis urinarius, & tunc ſuccedit ſtranguria, qui eſt appetitus ſemper mingendi. ſecundum inditium eſt à diuturnitate, quia gallica longa eſt, non gallica citius cædit niſi fuerit ex catharro. Tertium quod in gonorrhæa non gallica, (ſi copioſa eſt) conſequitur corporis conſumptio; gallica etiam diuturniſſima non ita abſumit corpus. præterea gonorrhæa gallica breui temporis ſpacio ſine moleſtia, & ſemel coeundo concipitur. Vltimò gonorrhææ gallicæ non poſſunt cædere medicamentis localibus. reliquæ per inunctionem teſtium, renium, & aſſumptione medicam per os cædunt faciliùs. ſanamus autem gallicas per decoct. guaiaci, aut ſalſæ. ad localia raro uenio, quia raro ſuccedunt.*

Gallicæ gonorrhææ cōiectura. 1. — 2. — 3. — 4. — Quinta.

De Rhagadibus. Cap. CI.

Rhagades.

POſt hæc adſunt in pedibus, & manibus Rhagades, qui morbus perpetuus

tuus eſt, durat enim ad 30. & 50. annos: quoties igitur ſit huiuſmodi exulceratio, quæ rimoſa eſt: ſi eſt gallica, cognoſcitur ex præcedentibus: præterea ex eſu alliorum, & cæparum. ſi quis patiatur, & neget eſſe gallicas, ſi ſpicam allij, uel parum cæpe comederit tertia die dupplicatæ erunt Rhagades; & hoc eſt argumentum eſſe gallicas. ex hoc colligatis, ut ſemper ægri fugiant cæparum, atque alliorum uſum. ſed unde proueniunt huiuſmodi Rhagades? ex materia phlegmatica, ſalſa, & aduſta melancolica. phlegma generatur in uentriculo labefactato: ſalſa pituita & melancolia ex hepate aduſto. ſed ſi ad ſunt: duabus rationibus ſanandi calli huiuſmodi: communibus ſcilicet medicamentis, & localibus. communia medicamenta eſt decoctum ſalſæ, & expurgatio totius corporis: exhibeant medici decoctum guaiaci quantùm uolunt, non ſanant; ſola ſalſa eſt quæ curat iſtas: gaiacum lenit, ſanat. non perfectè tamen. addatis autem localia, quia ſine his non ſanantur. incipiat primùm æger bibere decoctum ſalſæ per quatuor, aut ſex dies poſtea utatur localibus. & primò ſunt mollificantia. Recipe rad. alth. folior. malu. fol. uiol. rad. lapatij. ana man. ij. capud ueruecis unum, aquæ quantum ſufficit: fit decoctio donec diſſipetur capud, in hoc decocto macerantur manus, & pedes, matutina, & ueſpertina hora. Poſt hoc Rec. ol. amygd. dulc. olei roſ. aſſung. porc: an. unc. 1. ceruſſæ hydrarg. extincti an. unc. ſem. ceræ alb. unc. 1. miſce, & liquatis liquandis in mortario conficitur linimentum, quo inunguntur rimæ, & ſanantur. ſi calli non cædant, ſolemus macerare prædicto decocto. poſtea nouacula emollitum auferre callum, uel linteo aſpero fricare donec copioſus exierit ſanguis. demum Madefacimus huiuſmodi callos aqua al mag. aliter non ſuccedet, nam difficilis morbus eſt, ſed ſanatur quidem. ſi non ſanatur, Maceramus pedes eodem decoct. radimus ſemel, poſtea illa aqua madefacimus, & cum ſiccata eſt illinimus partes trociſcis Andronis, quos diluimus uino granatorum, uel cũ ſyr. mirt. ad mellis ſpiſſitudinem, & bis, & ter inungimus. ſed accidit, ut nondum ſuperentur; in hoc caſu macero pedes cum ſuccis quibuſdam, in quibus hordeum, & lapatiũ incoctum ſit. ego coquo hordeũ, donec diſrumpatur, & ſimul folia lapatij, & expleo ſacculũ, ſupra quem calētem impono manus, & pedes per horã cum dimidia, poſtea inungo hoc medicamento, habente ſublimatum, uel arg. uiuum. primum eſt Rec. ol roſ. cõpleti, butiri recentis an. unc. 1. ceruſſæ drac. ij. tereb. lotæ unc. 1. ſublimati ſupra marmor pictoriũ moliti, & cum ſucco limonũ loti ſcrup. ij. miſce in mortario, & iſto medicamento inũguntur manus, & pedes. Verùm accidit, ut ægrotantes uelint incedere, ego habeo in eo caſu emplaſtrum, ex quo conficitur ſolea, quæ ſubijcitur pedibus, & ita incedunt. Medic. hoc eſt. Recipe ammon. præp. galban. ana drach. 1. thuris, maſt. aloes, ceruſſæ ana drac. ſem. pingued. Vrſi, Taſſi,

Signa.

Cauſæ.

Curatio.

ſuis ana unc.1.terebent.reſin.pini,an.unc.ſemis,olei roſ.compl unc.ij. auripig.calcant.alum.rocchæ an.drac.ij.& ſem arg.uiu.extincti unc.1. cæræ quantum ſufficit miſce,& fiat ſolidum cærotum, quod extenſum ſupra linteum,facit ſoleam. Verùm ita rebelles ſunt Rhagades,ut aliquandò opus ſit locum affectum ſuffumigare.utimur autem ſuffumigijs,primùm macerando,uel lixiuio communi,uel decocto dicto, poſtea inungimus ſapone nigro fricando callos; quia attenuat eos, & diſſipat; poſtea iterum per ſpatium horæ abluimus lixiuio, & poſt ſiccationem ſuffimus; & huiuſmodi ſuffitu omnes liberantur: poſt ſuffitum trociſcum andr.uel cærotum ultimum imponimus Materia ſuffitus eſt hæc Rec.cinnab.auripig.ſandarachæ græc.ana.unc.1 præcipitati unc ſem.ligni aloes,gummi iuniperi, ſtoracis ſiccæ,belzuini Myrrhæ,Thuris ana drac.ij. teruntur hæc craſſo modo,& miſcentur,atque ſupra carbones inſperguntur:aliqui ſublimati portiunculam addunt,at ego nunquam addidi.

Suffitus in rhagad:

De cephalea & reliquis ſymptomatibus. Cap. CII.

CEphaleæ curatio fit per decoctum.Maraſmus ex gallico,& aſthmæ incurabiles ſunt affectus, & ideò ægros ſolis pronoſticis deſinemus. [Modò receptui canens, te lector oratum uelim,ut animum meum hilari fronte recipias. eum à calumniæ, & obtrectationis metu defendens.]

GABRIELIS FALLOPPII

TRACTATVS DE BVBONE PESTILENTI

Propoſitum Cap. Primum.

AGAM de tumore, quod dicitur flagellum Dei altiſſimi; & eſt bubo ille, qui peſtilens appellatur; qui cõiunctus eſt cum febre peſtilenti; quare & obiter (nõ ſine tamen aliqua diligentia, quãtùm ad curationem pertinet) de ea pertractabo. Hic autem morbus lethalis eſt, atque (vt plurimùm) necat homines; rarique admodum ſunt, qui ab huiuſmodi affectu liberãtur: neque ſolùm homines, ſed bruta inficit: canes, domeſtici, cati, aues moriuntur: Ego vidi picam correptã gemino bubone anno 30. vel 27. graſſante peſte, tamen animal illud ſuperuixit. Sed quod auget grauitatẽ morbi, eſt, quoniam fugiũt omnes Medici. Nos Itali iugulamus amicos, fugientes: Germani boni viri non derelinquunt, & ſeruant multos. Nos ergo conijcimus in loca illa, in quibus aut vi morbi, aut cuſtodum malitia omnes pereũt. Hoc igitur in Italia grauiorem facit morbum. Iſtius bubonis peſtilentis curationem inſtituo, qui maximi eſt momenti: Et dum loquor de bubone peſtilenti, audio tumorem, quem Altoin appellãt Arabes. toin, vel tou dicitur ab Auic. al verò eſt articulus, qui coniungitur cum voce toin. aliqui antracem vertunt: aliqui carbunculum vocant peſtilentem. nõ refert aut hoc, aut illo nomine potiatur dũmodo ſciatis, quòd, quemadmodum Græci habent tria genera morborum, quæ cadunt in glandulis. Ita etiam Arabes ab eis ſumentes. Nam apud Gal. & reliquos nos reperimus bubonẽ, phima, & phigetlon; qui ſunt tumores inflammantes partium glandoſarum, atq; ſupernueniẽtes in alijs locis, vel ratione vehementiæ, vel malignitatis, & contagij. Bubo ſignificat tumorem in partibus glanduloſis, qui peſtilens nõ ſit. Phima ſignificat eundem tumorem vehemẽtem. Phigethlon ſignificat eundem cum malignitate. Ità dicit Auic. Altoin diuiditur in tres ſpecies: & aliquando per hunc, om-

Lib 4 fen 3. cap. de cura altoin.

ginibus, & cauernis aliquot diù clauſis; vbi ſuffocatus aer, & vapor putreſcunt: ſtatim exhalante illa putrida euaporatione fit aer putridus. Agitur ſextus annus, quando Tripoli graſſata eſt peſtis. erat apotheca multis oppleta mercimonijs, vt gariophyllis, nuce moſcata, cinnamomo, pipere &c. aromatibus. Perijt Dominus, & manſit ergaſtulum per ſpatium trium annorum clauſum. Omnes enim putabant eum adhuc ſuperuiuere, nec è viuis exceßiſſe. nimia humiditate, prohibita diſflatione, aromata mucum contrahētia, aliaq; ſuppellectilia corrupta ſunt. Hæredes de Mercatoris obitu demum certiores facti, aperientes locum ſex, vel octo ſtatim mortui concidunt, & peſtis ſæuißima toti communicata eſt ciuitati: ibi erant ſacci, ibi telæ corruptæ contracto halitu peßimo infectus eſt aer cõmunis aura. Nos intelleximus ſtragem illam in Italia, quum inter Gallos, & Regis Neapolitani milites cõmiſſum eſt prælių: manebāt putrida corpora in locis illis decliuibus, et paluſtribus tātaq; prorogata eſt, corruptio vt poſtea reliquus exercitus Pontificius morti traditus ſit adhuc à pugna ſeruatus integer. Additur ēt alia cauſa corruptionis, quoties ſuperueniat validißimus calor, quo ferueat aer, & reliqua elementa, vt ſuperueniente humiditate fiant magnæ ebullitiones; tunc accidit peſtis, qualis fuit Tucidid. tempore, cuius meminit Gal. Aliquandò (ex præfatione in primum Epid.) ſolemus cauſam referre peſtis in DEVM, *qui punit peccata noſtra: vti eſt celeberrimū exemplum propoſitū Dauidi, vt vel peſtē, vel bellum, vel famē eligeret. Homerus referebat cauſam infectionis Exercitus Græcorū, in Apollinē. Hæc etenim ſunt flagella* DEI. *Aſtrologi volunt, quòd* DEVS *altißimus agat per ſuperiora ad hæc inferiora, & dicūt quòd per aſpectus corrumpitur aer, & ſanguis. Aſſerunt nanque quòd quoties in coniunctione Martis, & Saturni accidit Eclypſis Lunaris, & quod dominium habeat Mars, quòdq; huiuſmodi eclypſis fiat in ſigno humano, ſemper fit corruptio aeris, & ſanguinis, & per conſequens peſtis debaccatur. Vnde multas cauſas aßignare poſſumus corrupti aeris. ſed quoties cauſa erit externa, .ſ. aer ambiens infectus ab illis cauſis dictis, vel pannis, neceſſariò requiritur, vt corpus ſit ſubiectū aptum ad recipiendam hanc putredinem. nā non omnes, qui tangunt aerem, & veſtimenta patiuntur corruptionem ſanguinis. quæ eſt cauſa? communis eſt aer, & in eodem thalamo ſunt panni peſte infecti. neceſſarium eſt, vt adſit aptitudo corporis, quæ niſi fuerit, corpus non inficietur. corpora apta, ſunt calida, & humida, ſanguinea .ſ. quoniam cum peſtis ſit ſpecies putredinis intenſißimæ, nihil magis obnoxium putredini quàm, quæ ſunt calida, & humida. Hinc eſt mos communis vbique, vt omnes, qui volunt præſeruari, ſecent venam ſuam, & mittatur copioſißimus ſanguis, vt minor copia ſit humoris calidi, & humidi. Alia cauſa proponitur à Gal. loco dicto, &*

Calor ing.

In 1. lib. de diff feb cap. 4.

DEVS

Primo iliados.

Aſpectus ſiderum.

Corpora apta inſici peſte calida & hum.

Habentia latos poros.

eſt, quod corpora habentia poros apertos, & nimis latos apta ſunt ad corruptelam; quia facilè vndequaque attrahitur aer, & penetrat ad viſcera. ſed not. quòd quemadmodum requiritur, quod corpus reſiſtens non habeat latiſſimos meatus, ita non debet habere nimis anguſtos: eò quoniam ingredietur ambiens per poros cutis; ſed ingreſſus per alias vias, nō poterit exhalare per cutim; & ſic facilè accendetur putredo. Vltimò etiam ſunt valde obnoxij huiuſmodi corruptioni, qui habent humores multos præter naturales cacochimos in corpore. Hinc eſt, quòd cauti Medici expurgant ab omni immundicie in ſuſpicione peſtis, & maximè à bilipſis, & pituitatis humoribus. Rhaſis in lib. de peſte pulcherrimo (quem non reperimus Arabicum, nec Latinum, ſed Græcum impreſſum cum Alexand. Tral. Hic etiam liber factus eſt Latinus) dicit, quod corpora habentia ſanguinem bulliētem ſunt apta ad corruptionem. aſſerit enim ſanguinem eſſe veluti muſtum bulliens, vt fiat vinū; ita ſanguis, vt fiat purior, bullit. Iſtæ autem ebullitiones fiunt per ſeptenarios, & ita à primo anno ad ſeptimum, ſanguis valde bullit, & ea ætas maximè expoſita eſt putredini. pueruli enim ſemper manantibus capitis vlceribus, variolis, & cocturis cutis laborant. iſta eſt prima ebullitio, quando ab excrementoſo ſanguine fit purus. Secunda ebullitio eſt, quæ fit ex vino puro indefecatum, & talis fit in ſanguine à ſeptimo ad decimum quartum annum, quando ſanguis fit defecatus. Hinc eſt quòd variolæ, quæ fuere relictæ in primo ſeptenario ſolent in ſecundo ſuperuenire. Hinc fit quod ī his duobus ſeptenarijs corpora ſūt maximè obnoxia putredini. Hinc corpora infantulorum puerorum, adoleſcentulorumq; ſemper faciliùs corripiuntur peſte, quàm adultorum. Primùm, quia abundant plurimò calido, & humido. præterea, quia fit huiuſmodi ebullitio ex ſententia Rhaſis. & quia in tertio, quarto, & quinto ſeptenario corpora ſicciora ſunt, & non tanta fit ebullitio, ideò non ita corrumpuntur. Suboritur ergo bubo ex ſanguine fluente expulſo à facultate viſcerum deſtinata, vel etiam incerta. corrumpitur ſanguis ratione mali victus, vel aquis putridis, vel vapore malo; aere infecto, vel ex putredine, vel ex alijs dictis cauſis.

Cachochima.

Epilogus.

DE SIGNIS CAP. III.

DECIPIVNTVR maximè Medici in bubonibus peſtilētibus, & decipiuntur duplici de cauſa: altera eſt, quia morbus ipſe malignus eſt; & ideò ſæpe ſe ipſum non ita facilè prodit; ſed latitat. Verùm hæc ratio erroris non frequens eſt: ſed frequentior eſt altera illa, quæ fit ratione experimenti deficientis: rara eſt peſtis, & cum ſit contagioſa, Medici tractationē libenter fugiunt; idcircò mirum non eſt, ſi non poſſunt valde exercitari in cogni-

cognitione affectus. Ego quanuis multa legerim, & collegerim ex auditu, quæ faciunt ad peſtis cognitionem, tamen plus didici vna die in peſte Patauina, quàm toto æuo meo legendo, & audiendo; quoniam res experimentũ requirit: & cognitio mea imperfecta poteſt vocari, quanuis perfectiſsima ſit comparata ad eam, quam antea habebam. Ideò omnia, quæ ego dicam diligenter ſunt memoriæ mandanda, ne faciatis quod mihi contingit non leui huius ciuitatis dãno. Nã cũ Germanus laboraret febre peſtilẽti, et bubone in ceruice (qui infectus fuit ratione pannorum delatorũ ex Hoſpita ab Hiſtria: vnde gener mulierculæ mortuus eſt, & ſic ijdẽ panni ad tres, vel quatuor infecere domos) ſi ego, & reliqui cognouiſſemus bubonem peſtilentem prohibere potuiſſemus peſtem. Ego teſtor ignorantiam meam, iam me decipi impoſsibile, vel ad minus difficile eſſet. Referre vobis polliceor in hoc caſu quædam, quæ ſcripta non reperietis. ſcriptores iſti breuitatem affectantes imperfecti fiunt, & diminuti. Dicam ergo ſigna partim aſſumpta à bubone. ſ. à loco affecto, partim à conſequentibus affectum, partim à ſymptomatibus. ſed quoniam nunquam reperitur bubo peſtilens ſine febre, volo vt incipiamus ab iſto capite. Primum ergo ſignum eſt febris peſtilens, quæ febris nunquam eſt vnius generis. aduertatis ne vos decipiat. Multa obſeruaui in illa peſte, ex auditu multa didici: ego aliquando reperi febrem ardentiſsimam coniunctam, quæ exurit fauces, & linguam, ſed ad tactum acris eſt, at rariſsimum hoc eſt. vt plurimùm ſolet eſſe languida, parua, tepida, & ita parua, vt vix percipiatur ab ægrotante. Et memini viſitaſſe mulierem in vico propè Diuam Agatham, quæ conquerebatur de dolore lateris, ad tactum, dolor ſentiebatur, ego detegi bubonem ſub axilla: cum percunctarer an laboraret febre, reſpondebat quod non, ſed aderat febris, quã ratione tactus non percipiebat, quia euaporatio leuis erat. ſed inæqualitas, frequentia, celeritas, perturbatio, inordinatio pulſus aderant. Domini quũ hæc videtis, erit febris peſtilẽs, præcipuè ſi æger æſtum percipiat in præcordijs, reliquis partibus immunibus à caliditate exiſtentibus, erit hoc certiſsimum febris peſtilentis inditium. Id autem obſeruatum fuit à Galeno 9. de ſimpl. med. & 1. com. in 6. de morbis vulgaribus com. text. 29. idem confirmat Rhaſis in libro de peſte quòd ad tactum non apparet calor, ſed æſtum percipit intimum æger, non in extremis partibus. Secundum ſignum aſſumitur à colore faciei, & ita certum eſt hoc ſignum, vt quoties quis offerebatur, in quo erat bubo nos ſtatim conſpecta facie cognoſceremus adeſſe peſtem. Et quis eſt iſte color? eſt, vt penitus pereat ratio coloris naturalis, & videatur veluti eriſipelatoſa facies, ſi erecti manent habent caput decline ad inferiora, facies in vno loco rubicunda, in alio pallidior, nõ nulla in parte ſubrubra, in nonnulla vero ſubnigra, & quaſi inflammata eriſipelatoſa videtur.

NOTAND.

Primum ſignum eſt febris.

2. ſignum.

videtur, ego obſeruaui in 500. hominibus, ac totidem fœminis: Veterum etiam obſeruatio eſt. Solet fieri citrinus color faciei, ita vt eminus luteus appareat, & cum hoc teſtantur ægri habere dolorem in aliqua parte. Nos flauam illam intuentes faciem cum ſplẽdore adiuncto, dicebamus adeſſe bubonem peſtilentem. Tertium ſignum à faucibus, & lingua percipitur. ſed hoc perpetuum non eſt, quoniam plures reperiuntur, qui habẽt os humidum, non ſiccum. ſi autem febris ardens ſit, videmus linguam, et palatum nigrum, & quaſi cruſta obductũ. ſed hoc non eſt ſignũ certum. Addimus quartò vrinas, quarum duo genera vidi; turbidas ſcilicet, atque claras: turbidæ erant quales ſubiugalium. & hæ vel ſubalbidæ erant, vel nigræ: ſi adſit febris, & tumor ſtatim dicam adeſſe peſtem. At in peſte ſuperiori non obſeruatæ ſunt frequentes vrinæ craſſæ, & turbulentæ, ſed aquoſæ, tenues, cum liuore in ſuperficie, & videbatur veluti cõnſperſum oleum: habebant enim circulum talem ſuper vrinas ſubalbidas, aquoſas, ſeroſas. Quoties ego video liuidũ circulũ, ſemper timeo de veneno ex 3. de præſ. ex pulſ. Gal. proponit vrinas ſubtenues, ſubalbidas in peſte apparuiſſe, quanuis frequentiſſimæ ſint vrinæ ſubiugales. Quintò nos in peſte ſuſcipimus etiam ſigna ab egeſtionibus alui, quæ vt fœtidiſſimæ tetrum ſpirant odorem: præterea ſuo colore indicant putredinem, nigræ enim ſunt, & frequenter liuidæ, liquidæ, vt plurimum autem bilioſæ ſunt, & videtur fluxus cholericus, quanuis etiam & fluxus colliquatiuus adſit aliquibus ex 3. epid. com. tex. 51. tamen ego non vidi colliquationem pinguedinis in peſte ſuperiori, quanuis ratio adſit, & teſtetur ipſe Gal. Dicta ſigna alia vidi, & præſertim fœtorem, qui ingentiſſimus indicat maximam putredinem in corporibus. Sextum ſignum ſumitur à nauſea continua, qua non omnes laborant: aliqui fiunt famelici, & ſitibundi, & præcipuè fœminæ, ita vt ſaturati nunquàm potuerint: ego vidi mulieres noctu mortuas veſpertina hora ſatiari non potuiſſe, quaſi voluerint vna die abſumere, quod toto tẽpore vitæ ſuæ comedere debuiſſent. ſed vt plurimùm nauſeæ ſunt. Septimum ſignum, ſolet ſuccedere ſudor fœtidus, cum eruptio bubonis ſit eruptio ſymptomatica: eſt enim motus naturæ; quoniã expellitur materia à facultate expultrice viſcerũ, Natura non poteſt regere tantam veneноſitatẽ, ideò (vt plurimùm) ſolet ſuccedre bubo cum ſudore fœtido, quoniã in multis id obſeruaui. Octauum ſignum additur à Gal. 3. de præſag. ex pul. cap. 4. quandò aliquis ægrotans grauis eſt, quando adeſt fœtor oris, hoc non potui obſeruare in illa peſte. Addatis nono maximam difficultatem reſpirationis, & ipſius vocis raucedinem ex Gal. & Rhaſi, ſed de iſta raucedine non dubitate, quoniam tanta eſt quandoque, vt excitet riſum. videntur veluti gallinæ, quæ patiuntur pituitam, videntur habere offam in ore. Viſus enim affectum cor eſt, & conſe-

Margin notes: Gal 3. de pſ. ex pulſ. 4. Rhaſ. lib. de peſte 4. — 3. ſignum. — 4. ſignum. — 5. ſignum. — 6. ſignum. — 7. ſignum. — 8. ſignum. — 9. ſignum.

conſentiunt omnia inſtrumenta apta ad reſpirationem. Decimò præmonet 10. ſignum.
Rhaſis,quòd,qui huiuſmodi tumoribus laborare incipiunt,patiuntur oſcitationes, hiatus, chaſmata, vos videtis eos continuò contrahi. Verùm ego 11. ſignum.
vndecimum ſignum vidi manifeſtiſsimum in peſte ſuperiori,quod eſt vellicatio narium, & hoc proponunt ſcriptores, vt ſi glandem fricant ſignum eſt lapidis in veſica: ego vidi ducentos peſtilentes, qui non potuerunt è naribus auferre manum. cauſa eſt, quoniam exhalans vapor fœtidus, exuſtus dum petit cerebrum,& nares vellicat,conuellit,& facit pruritum. Ad- 12. ſignum.
datis duodecimò capitis dolorem inſignem cum grauedine magna. Non credatis fœminis, quæ decipiunt Medicos, ſed ſeipſas magis, nunquàm enim confitentur ſymptomata, ſed aſtantes referre ſolent, ideò quærite ab eis. ego inueni quaſdam meretriculas laborantes bubone ſub axillis, quæ ridebant,alacres erant,& negabant laborare morbo peſtilenti,tamen maritus, aut Mœchus detexit vnam ex eis,& dicebat ſe conqueſtam dolore capitis. timebant ægri tunc ne ad locũ illũ deſtinatum Lazarectũ dictũ relegarẽtur.
Tertio decimo adeſt maxima temporum pulſio. Quartodecimo adda- 13. ſignum. 14. ſignum.
tis vigilias multas, aliquando veterno corripiuntur. Ego non credebam iſthæc, ſed vidi quatuor, aut plura exempla in ſuperiori peſte. quoniam cũ deferentur ad feneſtras non poterant deferentes ſubſtentare caput. at maiori ex parte vigilant, delirant frequentiſsimè. Quintumdecimum ſignum 15. ſignum.
eſt inſipientia: pauci ſunt, qui non delirent, fœminæ, quæ fingunt nihil pati non deſipiunt, delirio tamen occupantur, quoties natura tentat expulſionem bubonis,dũ eſt in motu materia,& poſtea ceſſat delirium facto bubone etiam quòd mors proxima ſit. Addimus 16. ſyncopim malam,atque inap- 16 ſignum.
petentiam,quæ cum nauſea adiungitur,ſyncopis tamen adeſt, cõcidunt ſpiritus, & tamen non ſunt mortui: rariſsimi deducti ad feneſtras, vt conſpicerentur, non conciderunt in animi deliquium ob timorem, mærorem, affectionem cordis, & diſperſionem ſpirituum. Adda tis 17. tumo- 17. ſignum.
ris ipſius ſigna, quæ iſta ſunt. ſi videmus tumorem eſſe carbonem cum aliquot ex his quæ diximus, iudicamus eſſe peſtilentem. quomodo autem cognoſcatur carbo dictum eſt in curatione carbonis. [& ne lector aliò demandetur propoſitum eſt: hic breui negotio rem hanc pertranſire. Primum ſi- Carbonis ſignum.
gnum carbonis eſt cruſta quædam,quæ in media inflammatione reperitur,ſi cauſticum non præ appoſitum fuerit. Secundum ſignum proponitur à Gal. 14 meth 10
à Paulo.& eſt inflammatio nigra,& pruritus inſignis,& ſi ſcalpat,ad ſcal lib.4 cap 25
pturam ſuccedent veſicæ ſubnigræ,vel citrinæ. poſt ſubrupta puſtula,inue „
nietis cutim duram,& quaſi excaroſam carentem ſenſu poſt cruſtæ illius co „
lor indicat,qui quandoque citrinus eſt,aliquando liuidus,aut ſubniger ali- „
quando lutei coloris. citrinus color venenoſum ſignificat carbonem: niger „

malum

,, malum, ſed non adeò virulentum; liuidus, aut plūbeus peſtilentē. præterea
,, accidit vt color atrior ſit habens ſplendorem, veluti picis nigræ. ſplendoris
,, huius ratio eſt à feruore, & igne. Lapides, metalla, ferrum dum igniuntur
,, ſemper ſplendorem concipiunt. ita maxima ebullitio ſanguinis huiuſmodi
,, lucem parit. addatis quòd corpora nigra denſata, & congelata ſplendent.
,, iſti qui ænea parant ſpecula conſtipant valdè ſuperficiem, hinc ille fulgor.
,, Ita ergo impletur cutis ab huiuſmodi humore craſſo, vt amplius dimoueri
,, non poßit, ardore addito fit lux. Adeſt quin etiam pondus, grauitas, tenſio
,, pulſio, atq; dolor inſignis, ita vt laborantes videantur habere partem va-
,, lidißimis conſtrictam vinculis. Addite quòd in carbone neceſſe eſt ferè ad-
,, eſſe febrem. cætera ſigna quærite ab authoribus. ſat ſi hæc curſim anno-
18. ſignum taſſe] 18. quoties, cū aliquo ex ſignis dictis ſunt tumores poſt aures, vel iugulum, vel ſub axillis, vel inguinibus peſtis eſt. præterea quoties inflāmatio ſit lucida in ſuperficie, non dubitate eſſe codiſellam, eſſe peſtem. quoniam maior pars horum tumorum habet ſplendorem illum, ita vt tanta ſit limpiditas ſeroſi tumoris, vt perlucidus tumor videatur quaſi ex vitro factus. maior.n. pars harum inflammationum eſt cùm edemate, aliqua tamen peſtis eſt cum eriſipelate. virides aliquando ſunt tumores, aliquando plumbei,
Vltimum ſignum. liuidi, aliquando nigri vt carbones, aliquando citrini. Vltimum ſignum, eſtq; ſignum potentißimum eſt analogia. Nam quoties videmus vnum, vel alterum ex his interficere homines dicemus eſſe peſtilentes. Sed notate quòd
Not. nobis oblatùm eſt vnum nunquam viſum, nunquam auditum, nunquam proditum à ſcriptoribus. quòd ſuboriebantur veſicæ multæ nigræ in vniuerſo corpore, quæ erant repletæ aliquo liquore citrino. ego memini quòd diſputauimus multùm de his veſiculis an eſſet peſtis nec ne. ego volebam eſſe peſtem, quoniam canis torrefactus aqua feruenti, timet frigidam. ego fui deceptus primùm; nolui amplius decipi: mouebar etiam ratione; quia putredo magna, & maximi motus denotabantur. poſtea obſeruaui hoc in alijs, & confirmaui ſententiam meam. ſequitur vt præſagij ſermonē inſtituamus.

DE PRAESAGIO CAP. IIII.

QVomodo cognoſcere debeamus bubonem peſtilentem quoties aut eruperit, aut iam iam erupturus ſit; quot ſint ſigna, eo vnde ſumuntur, dictum eſt ſuprà. Sequitur vt de præſagio agamus. in hoc autem ſemper malum, & mortem præſagiamus. non quia ſemper omnes pereant; ſed quoniam maior pars perit; & quia eadem ſigna ſunt & in perituris, & in conualituris. nam vno excepto bono fine in iſto affectu, omnia ſuccedunt æqua-
4. aph. 21 lia ambobus; & hoc didici ex Galeno vbi in his pernicioſis affectibus dicit

eadem

eadem euenire morituris, & non morituris; ideò lethum præſagite. præcipuè cum morbus nouus ſit, qui ſemper perniciofus eſt: dantur enim intercapedines 25. & 30. annorum inter vnam peſtem, & aliam à 35. anno huc vſq; maxima pars ciuitatum Italiæ paſſa non eſt peſtem exceptis quatuor, aut tribus ciuitatibus, ideò morbus nouus eſt pernicioſus, & lethalis.

DE CVRATIONE, ET PRIMO DE HIS, quæ ſpectant ad aerem Cap. V.

SVccedit curatio, in qua maxima requiritur diligentia, & ſiquis eſt morbus, qui rectè non curetur, eſt hic vnus. In grauiſſimis hiſce morbis nulla diligentia adhiberi poteſt; quia Medici timent, in leuibus morbis omnis ſeruatur diligentia, Latrones, Fures, Fœminæ, & Serui inutiles manent, cæteri fugiunt. ſed ſi accidit, vt cogamini habere diligentiam, hæc ſeruanda ſunt pro curatione, & eadem ſeruanda, quæ in reliquis, vt primùm habeamus rationem ſex rerum non naturalium, 2. corporis, tertiò loci affecti: primò aer ſolet fouere, & efficere morbum, igitur ad hoc initium ſumamus, vt plurimùm bubones ſolent prouenire ratione aeris infecti, vel communi cauſa, vel pannorum infectorum, oportet ergo ſuffocare malam putredinem. & quoniam ignoramus naturam corpuſculorum diſſeminatorum per aerem, & facientium contagium, ſed ſcimus quòd huiuſmodi putredo conſeruatur à caliditate, & humiditate; quā, ſi vincere tentemus, quodammodo ſuperare poterimus venenum, ex primo de temp. cap. 4. peſtilentiæ tempore aer humidus, atque calidus eſt. Hæc ſententia Gal. ab Hipp. confirmatur: ſi ergo non poſſumus pugnare in putridum, pugnemus in iſtam qualitatem reddendo aerem ſiccum, & frigidum, vel ſaltem ſiccum, relinquendo caliditatem, ſi hoc agemus nos imitabimur Gal. vbi dicit nos debere prius immutare extrinſecam cauſam agentem hoc eſt aerem. & hæc eſt cauſa, quòd Hipp. in illa peſte, quæ ex Aethiopia craſſata eſt vſq; in Græciam, monuit omnes viros Græcos, vt alterarent aerem, exurerent vnguenta odorata, & herbas, & corollas odoratas in vijs publicis, in quibus, nondum colluuies aduenerat ex Gal. in lib. de Theriaca ad Piſonem, cap. 16. quamuis non ſit legitimus Gal. Primùm ergo tentamus exiccationem per fumum odoratū, veluti lignorū iuniperi, cedri, cupreſſi, pinus. Præterea inſpergimus thalamum aceto potentiſſimo. ornamus floribus habentibus vim ſiccandi, & refrigerandi, vt roſis, violis, ſandalis, nenupharinis floribus. Thymiamata odorata ſuccendere ſolemus, & ſpargere per aulas. ſi æſtas fuerit ego vſus ſum hoc thymiamate, Accepi cortices malorum cōmunium ſiccatos, cortices cydoniorum ſiccatos, & cortices naranciorum ſiccatos an.

Aer.

Primo de dif. feb. cap. 4.

Suffitus de ſcr pto.

vnc. med. ſandalorum omnium, roſ. rub. an. vnc. i. caphuræ, carabæ an. drach. i. myrtillorum, foliorum myrti, ladani an. vnc. med. pulu. nucum cupreſſi vnc. ii. maſticis, picis colophoniæ ana quantum ſufficit ad pulueres excipiendos: eliquamus reſinam colophoniam, maſticem, & infundimus pulueres, & facimus materiam quæ refrigerata frangitur; & ponimus ad ignem. Solemus etiam inſpergere thalamum aqua roſacea, & perfundere frondibus ex vlmo, & quercu, ex robore, frondibus vitium, ſalicis, populi &c. Aduertatis vnum, in quo ſolent peccare adſtantes, nè madefiant ægri aceto, vel aqua roſ. nunquam detegantur, nunquam fiat occaſio conſtipationis in cute: ſed tantùm ſub naribus ipſorum odoratũ ponatur recreans ſpiritus, habenſq; vim refrigerandi, vt acetum, & roſas; ſed neq; facies, nec frons, neq; pulſus madefiant. At ſolemus parare quædam, quæ geſtantur ſub naribus, & ſunt poma ex paſta diuerſa ſunt ſpongiolæ quodam liquore madentes. huiuſmodi ſeruantur in pomo ligneo excauato perforato multis foraminibus, & duplici parte conſtant optimè potentes ſimul compaginati ſicuti ſunt ſcattulæ: non colat liquor, non incaleſcit materia, non polluuntur manus: His vtimnr ſani pro præſeruatione, ægri pro confortandis ſpiritibus, & alterando aere, liquor eſt. Recipe ſpecierum cordialium temperatarum vnc. med. moſchi, ambræ an. gran. ij. caphuræ gran. i. ſanda. omnium an, drach, med. ladani drach. ij. aq. roſ. aq. florum myrti, aquæ flo. mali Medici, narantij ſcilicet an. quantum ſufficit, aceti parum. ſimul bulliant parum, poſtea madefacimus ſpongiam & collocamus in ligno, atque ſeruamus ſub naribus, ſed ſi fuerit hyems nos ſolemus vti calidioribus aromatibus, & ita ſpecies cordiales capimus calidas, & omnia calida, & ſi fieri poſſit, vt ita diues ſit æger, vt mutare poſſit locum ſine incommodo, mutatio loci facti ad ſanitatem, veluti ſi lectica trahi, curru, vel nauigio ſine incommodo vehi poſſit.

Poma præſeruantia. *Liquor pro ſpongiolis.* *Mutatio loci.*

DE CIBO ET POTV. CAP. VI.

Cibvs & potus ex arte inſtituendus, in quibus neceſſarium eſt habere ante oculos, quòd in omni bubone peſtilenti ſemper lapſus adeſt virium, ſi quæratis vndè eſt defectus ille virium? eſt ratione venenoſitatis humoris: Indicatur ergo, vt ſubminiſtremus alimentum copioſum, cum maſſa ſanguinis corrupta ſit, quod alimentum alat ſpiritus, & calorem innatum. ſed, ſtante imbecillitate virium, paucum exhibeamus per vices frequentes, vt confici poſſit; non bis tantùm in die. Sed cuius generis? debet eſſe facilis concoctionis, & multùm alens; & ideò tenuis victus, vel attenuans non conuenit in peſte. Materia autem ſit ſicca, non humida: ictircò carnes neceſſa-

In peſte ſuper adeſt uirium lapſus. *Quãtitas cibi.* *Qualitas. Materia. Carnes.*

ceſſario exhibendæ in contuſo. ſed ſint carnes ſicciores ex pullis, à columbis ex turribus præſtantiſſimæ ſunt. Athagenarum carnes, & auicularũ montanarũ præſtantes ſunt. Pauperibus Deus auxilietur: quinta tamen, vel ſexta quaq; hora ſunt cibandi. Exhibeãtur et herbæ frigidæ ſiccæ, vt acetoſa; & omnia acida etiam quòd adſtringant, exhibete, veluti acetum, ſuccum limonum, naranciorum acidorum, medicorum malorum, cortices citri, flores bugloſſæ conditos ſaccaro, flores roſ. & omnium, quæ ſapiunt naturam alimenti, dummodo habeant vim ſiccandi, & facilè concoquantur, conditum ex cydonijs, & malorum genera acida, & auſtera bona ſunt. Non ne adſtringunt iſta? adſtringunt quidem, ſed vtor ad attenuandum. Deinde non eſt putredo facta obſtructionibus, veluti eſt in febribus peſtilentibus, & malignis non dico in peſte. peſtilentes vocamus febres, quoniam habent ſymptomata, vel ſigna quæ ſolent inueniri in peſte. Peſtis fit à contagio; eſt putredo facta per contagium; & ideò non timeatis adſtringentia, dummodo cohibeant putredinem, & ſiccent corpus. Potus erit aquæ coctæ, hac cauſa; quoniam ſi caſu fiat, vt iſta peſtis generetur ratione infecti aeris communioris, non eſt dubium, quòd inficitur ſolum, & aquæ, ſicuti aquæ putridæ aerem perturbant, atq; contaminant. ideò incoquite aquas, & miſcete ſyr. diamor. ſyr. de agreſta, ſyr. de acetoſ. citri: iſta conueniunt. Raſis exhibebat aquam, ex fontibus abundantibus continuò fluentibus, limpidis, & valdè frigidis. quæ res locis calidioribus fortaſſe conuenit, nõ in noſtris, quia ſuffocaretur calor naturalis. Ego exhibeo vinum, & enim faciliter ſubſtentantur vires, & non ſit vinoſum ratione vigiliarum, doloris capitis, delirij lethargi &c. Vinum ergo ſit pauciferum, nigrum, ſubauſterum, craſſum, & terreſtre exhibeatur, & diluatur aqua copioſiſſima. Noſtri dant vinum granatorum, & mihi placet. Galenus 9. de ſimpl. med. fac. capite de terris, exhibet bolum armenum cum vino in febre peſtilenti, dummodo lentæ ſint febres, non habentes feruorem actualem. Sunt aliquot ita diligentes, vt nolint aliquid prætermittere, & dicunt, quòd (ſi fieri poſſit) æger ſemper bibat vinum, vel aquam patera aurea, quæ habeat quintam, vel ſextam partem argenti admixtam, ſed à natura. & aſſerunt, quòd experientia comprobatum eſt maximam ineſſe vim vaſculi. Aliqui mandant, vt accipiamus laminã auream ignitam, & extinguamus vino, vel aqua, hocq; bibat Aeger. Non dubito quòd cum aurum lætificet cor hominis, & poſſit communicari liquoribus cum faciat ad cor roborandũ, quòd non oberit, dummodo diues ſit æger,

Herbæ.

Condita.

Potus.

Aqua.

Vinum.

Vinũ granatorum.

Diligentia aliquorum Epilopus.

[fortaſſe melius eſſet exhibere elixir, aut aurũ illud potabile chymiſtarum, »
quòd varijs, atq; varijs parari poteſt modis, ſicuti videre licet in Matthioli epiſtolis lib. 4. vbi Andreas de blauuen ad ipſum Matthiolum ſcribit, ego »
autem modum, quo vti ſolebat Auunculus meus vobis ordinatè communica »

Modus faciendi aurum potabile.

bo. Recipe auri puri limati ad placitum; ſoluatur in aqua forti, deinde illa aqua extrahatur per elambiccum; & hoc in balneo Mariæ, & non ad ſiccum; & aurum remanebit in fundo benè humidum, & calcinatum. Tunc ſic accipe, & pone in boccia vitrea, & funde deſuper aquam mellis deſtillatam, quouſque ſupernatet ad vnum digitum, vel plus, & pone ad deſtillandum in balneo Mariæ, & deſtilla per diem cum igne temperato, & extrahe aquam mellis; deinde ſuper pone aquam aliam mellis, vt prius: & hoc fac ſic totiens deſuper ponendo, & deſtillando vſq; quo abſtraxeris omnem ſalſedinem ab auro, quæ remanſerit ex aqua forti: tunc fundè deſuper de aqua vitis optima ſepties deſtillata, & ſoluetur ipſa calx auri, iam vt ſupra dulcificata; quo ſoluto, abſtrahe aquam vitis cum alembico, vſque quo aurum remaneat in fundo, ſicut cera, aut oleum groſſum, aut butirum; illud tale eſt aurum potabile, & datur Principibus, & nobilibus, & alijs quibuſcunq; in potu cum pauco vino nobiliſſimo, cum quo ſoluitur, & bibitur. Notandum autem quòd aqua mellis iſto fit modo.

Aqua mellis q̃o fiat.

Recipe mellis puri in boccia vna, non niſi ad tertiam partem plena, & immitte duos, vel tres lapillos paruos viuos, qui in aqua reperiuntur ad quantitatem paruæ nucis; & deſtilletur lento igne in fornace, vel balneo Mariæ, & debet deſtillari ingenioſè, ne inflетur. Hoc eſt ſecretum, de lapillis videlicet; quia nunquam deſtillantur olea terebenthinæ, maſticis, & ſimilium, niſi mediantibus lapillis, vel arena maris, vel tegulis, aut lateribus contuſis.

Vires.

Aurum potabile valet contra febres ſyncopales, continuas, peſtilentes, & quaſlibet. contra hecticam, phtiſim, peripleumoniam, pleureſim, & contra eos, qui ſunt marcore conſumpti; ad eos, qui ſine cauſa triſtantur, contra melanconiam, & maniam, contra epilepſiam, apoplexiam, & breuiter contra ægritudines cordis principaliter, & ſecundario cerebri. Et ſi quis fuerit propinquus morti, dummodo adhuc anima in corpore exiſtat, & poſſit de eo pauculum deglutire, poterit confiteri, & aliud facere per aliquot horas: Facit hominẽ alacrem, bonum efficit colorem, & corporis odorem, infinitasq́; laudes habet, quas breuitatis cauſa relinquo. Hoc vno ſermonem claudes quòd Chymici tantùm ſibi tribuunt, vt credant huius potu ſenes fieri iuuenes ætate florentes.]

Epilogus.

In ſumma autem alatur æger non tenui alimento; quia deſunt vires; nec pleniſſimo, quia conficere non poteſt, ſed mediocri, pluribus interpollatis vicibus. Alimentum ſit ex materia facilis concoctionis, exhibeatur ſiccum; condiatur cum ſiccis ſiccè, admiſceantur habentia vim adſtringendi, ſiccandi, & reſiſtendi putredini. Si quis dubitaret hanc rationem victus non eſſe bonam; quia in febre peſtilenti eſt craſſities humorum; ſecundo, quia debemus citò nutrire, & adſtringentia non ſunt oportuna: præterea ſunt obſtructiones non admittentes adſtringentia, decipitur; nam ex Gale. ſanguis in

In lib. de cibi boni & mali ſucci.

aliquo

aliquot erat tenuis, in aliquot ſeroſus, in aliquot acris, & feruens, in aliquot ater, & craſſus: ergo non in omni corpore peſtilenti craſſus eſt humor. Pariter de obſtructione dico, huiuſmodi affectum fieri per contagium: tertiò ego dico, quòd debemus exhibere, quæ citò penetrant, at accida non impediunt penetrationem, ſed facilitant; quoniam propellunt ſemper quæ non ſunt adſtringentia: præterea cũ ſint acida, & acria adſtringentia, non adeſt impedimentum in penetratione! patet hoc in Oxirodinis vbi ſemper communis medicorum ſchola addere ſolet acetum, aut aliquid acre ad præbendam oleis, aut aquis, aut alijs materiebus, penetrationem, vt patet in praxi.]

DE SOMNO ET VIGILIA CAP. VII.

NON ſatis eſt in tam peſtifero morbo bonam victus rationem inſtituiſſe, quoad cibum & potum, & ambientis rationem, ſed etiam ſomni, & vigiliæ habenda eſt ratio. In quo non omnes conſentiunt. aliqui volunt, vt ex toto ſeruetur vigil æger: alij mandant, vt dormiat ſemper, & habent rationes vndequaque. Qui laudant ſomnum dicunt neceſſarium eſſe conſeruare ſomnum longũ, ne vigilijs exacerbentur ſymptomata. Secunda ratio, in morbo adeſt calor febrilis accẽdens corpus, at ſomnus humectat, et refrigerat corpus, vigiliæ magis exiccant. & addunt aliam rationem, quòd non eſt dubium, quòd vigiliæ labefactant, diſcutiunt vires, & ſpiritus; ſomnus reficit, ac recreat. Adeſt 4 authoritas Auic. vbi tractat de cura epilepſiæ, & corruptionis memoriæ, vbi dicit, quòd vigilia longa imbecillum reddit cerebrum & caput replet; at in bubone peſtilenti, ſymptomata videmus grauia circa caput. præterea ſomnus facit concoctionem materiei, & itá iſtis rationibus volunt, vt tota die dormiat æger, & ſemper. Vice verſa, qui probant vigilias, habent rationes non leues. Prima eſt, in bubone peſtilenti ſolet ſuperuenire coma vigil, ſopor ille apertis oculis, ſi concedimus ſomnum diurnum, periculum eſt, ne ſuccedat hoc ſymptoma. addunt alij hanc rationem, quòd omnes concedunt, quòd materia, quæ facit bubonem ſit materia venenoſa. Hoc ſtante: non ne eadem ratione curanda materia venenoſa genita in corpore noſtro, qua curatur venenum aſſumptum? Ideò prima indicatio eſt, vt euacuemus, euacuatio autem fit magis in vigilijs. Auicenna in cura venenati monet, vt ſemper viliget; quoniam ſi non dormit materia venenoſa non ita facilè radicatur in viſceribus; nec vires validas colligit: ſi hoc eſt verum, ideò, ſtante veneno in corpore noſtro, non eſt tutus ſomnus. Tertia ratio: non ne laborantes peſte, ſyncopi frequentiſſimè corripiuntur? ſi hoc fit, concedere ne debemus ſomnum, cum habeamus authori-

Somnũ laudantium rationes.

Fen prima 3. libri:

Vigilias laudantiũ rationes.

authoritatem Auic. 11. tertij & 3. primi, quòd ſomnus non eſt commodus,
4. aph. 67. vbi frequens eſt ſyncope? addatis cauſam, & quæ eſt? quia ex Gale. calor
profundatur ab extremis partibus ad intimas, & ita fit deliquium animi.
Sexto epid. ſect. 5. Probatur ex Hipp. vbi dicit ſanguis in ſomnis ad interiora magis refugit; nos timemus hoc refugium ſanguinis, quia eſt vehiculum deliquij. Adeſt quarta ratio 4. aph. 67. in ſomno plurima fit euaporatio, quæ petit caput; & nos habemus caput læſum, aut ratione lethargi, aut comatis, aut delirij. Addatis aliam rationem ex Galeno loco citato. nam dicebat in morbis exitialibus, ſomnus, labores, ideſt laxitudines, timores, conuulſiones quandoq; facit, igitur in hoc morbo exitiali non debetis concedere ſomnum. Vos videtis ſtridorem dentium, & motus concutientes totius corporis, quando expergiſcuntur peſtilenti febre laborantes. Vltimò eſt communis vſus, vt illi, qui laborant bubone, non admodum dormiant, & præcipuè diurnus ſomnus
Sentētia propria. improbatur. Quid eſt dicendum? Non eſt dubium, quòd ſomnus, & quòd vigiliæ mala ſunt in exitialibus morbis, ſicut cibus, & potus; videmus enim contrarios effectus ex his: at ſi æger inclinet caſu in lethargi vel comatis ſuſpitionem, ſi teſtetur capitis grauitatem; ſi ſcatens videtur caput ægrotantis vaporibus, ſomnus non eſt bonus. Si vigiliæ minantur, magna eſt reſolutio ſpirituum, ſiccatur corpus, adeſt delirium, ideò concedere debemus ſomnum. nam ſomnus, qui ſedat delirium, bonus eſt ex Hipp. aph. citato. Quomodo aūt debemus in his nos regulare? ſi ſciuerimus quid agat ſomnus in ægrotantibus. In ſomno vis animalis quieſcit; ſi æger laborat, agitatur ab anxietate morbi, concedat totam noctem, vt dormiat. præterea cum vis naturalis vigeat, & concoquat in ſomno, videndum an cibus requirat concoctionem, an cruditas adſit, & tunc breuem ſomnum concedemus, etiam poſt prandium. tertiò viſcera exercitantur in ſomno. ſi materia adhuc fluit ad locum, & viſcera ſunt intenta ad expulſionem, non dormiat æger, quia non retrahendus calor naturalis, nec motus materiei: præterea calor naturalis fit maior in ſomno per collectionem vaporum: ſi videmus refrigeratum corpus; ſi cædant vires, & facultas vitalis, tunc concedendus ſomnus; ſed non profundus: quia in illa peſte 55. anni plurimi moriebantur in ſomno, non aduertentibus adſtantibus: ideò breuis, & paucus ſit ſomnus, fiant ſtrepitus, & excitetur æger, ne profundus ſit ſomnus. Calor etiam ſolet ad interiora fluere, ideò non concedatis ſomnum; vigilet potius die tota, & nocte ne recurrat materia ad viſcera, & ſuffocetur calor naturalis: At ſi adeſt ſiccitas, & ſitis maxima, affectate ſomnum longum, qui humectet, & ſedet ſitim. Non poſſumus ergo regulam certam proponere in huiuſmodi affectu, circa ſomnum, & vigiliam: quoniam pro diuerſitate ſymptomatum, vel vigilandum eſt, vel dormiendum.

DE

DE MOTV ET QVIETE, ET excrementis. Cap. VIII.

Motvs, & quies non ſunt deſpicienda. opus eſt, vt æger quieſcat: ſed ſi poſſet traſferri de loco ad locum, bonum eſſet. mutentur linteamina. Habeamus verò maximam rationem excrementorum, & ideo neceſſarium eſt quotidie laborantes huiuſmodi venenoſo affectu, habeant clyſterem, non dico acerrimum calefacientem, ſed validum educentem fæces craſſas, & aliquid humoris peccantis. & ideò imponimus elect. lenit. mel roſ. mel viol. & ſimilia in clyſtere. De paſſionibus animi non eſt, vt cogitemus. quis eſt ille beſtia, cui non erigantur capilli decies in hora in tam tremendo affectu? omnes timent &c. omnia tamen tentanda, vt ipſi non agnoſcant morbum. Rethorica Demoſtenica non conſolaretur eos: tamen bona verba adeſſe debent, vt proſint, & aliquid faciant, ſi poſsibile eſt. Succedit ſectio venæ, in qua tota ſchola in duas claſſes eſt diuiſa. Animi paſſionis.

DE VENAE SECTIONE CAP. IX.

Erat curationis peſtilentis caput, in quo alteramus vniuerſum corpus, & euacuamus vel ſecta vena, vel exhibitione pharmac. igitur de venæ ſectione tractemus: in qua non conſentiunt ſcriptores: nam aliqui affirmant: aliqui verò negant eſſe ſecandam venam; & non mouentur leuibus rationibus, & authoritates grauiòſsimorum hominum in hoc videbitis diſſentire. Qui dicunt ſecandam venam, habent authoritates Gal. dicentis, quòd, quùm morbus eſt magnus, indicat ſectionem venæ, quòd bubo peſtilens ſit maximus morbus nemini eſt dubium: quia non ſemper appellamus magnum morbum, qui magnus ſit in quantitate; ſed qui magna habeat ſymptomata: cum igitur in morbo magno ſecanda ſit vena, ergo & in hoc. Secundo ex Gal. colligimus, quòd in omni febre putrida indicatur ſectio venæ: primò, quia morbus eſt magnus: ſecundò, quia indicatur apertio obſtructionum, quæ ſolet fieri ſecta vena: tertiò, quia indicatur refrigeratio caloris; at in bobone peſtilenti tanta eſt putredo, vt habeat febrem putridam iunctam, ergo ſaltem ratione febris ſecanda eſt vena: tertiò ſi febris putrida indicat ſectionem venæ, veruſq; ſit Gal. quòd quoties ſit febris ab obſtructione, etiam ſi non ſit plenitudo, ſecanda eſt vena: non eſt dubium, quòd ijs qui laborãt peſtilenti bubone multæ ſunt obſtructiones, quia aer tempore peſtilenti eſt humidus, & ideò inducit obſtructiones. Quartò dicunt quidam ex recentioribus quòd quanuis contrariæ opinionis nollent concedere vbiq; ſecandam venam, dicunt ſaltem ſecandam, vbi abundarit

Lib. de uenę ſect. 9. & 4. de ra. uic. ac com. 19.

11. meth. 14 & 15.

8. meth. 4.

ſanguis

ſanguis, detur quòd in bilioſo non ſecanda vena: ſed ſi adeſt plenitudo, & ſigna ſanguinis, ſecanda vena eſt. præterea, qui laborant bubone peſtilenti, ſolent abundare ſanguine; quia laborantes hac affectione ſunt, vt plurimum calidi, & humidi, ergo in bubone peſtilenti, vt plurimum, abundat ſanguis. vnde ſtante hoc: ſi non in omni abundantia humorum, ſaltem in ſanguine: ſed vt plurimum, ſunt ſanguinei, ergo vt plurimum ſecanda eſt vena. Præterea cognoſcitur abundantia ſanguinis ex craſsitie, & rubedine vrinæ. at talis vrina apparet in patientibus bubonem peſtilentem, ergo, vt
Prima 4 *plurimum, ſecanda vena. Præterea eſt authoritas Auic. ubi dicit, ſi in febre peſtilenti peccat ſanguis, ſeca venam. ſed hic, vt plurimũ, abundat ſanguis, ergo, vt plurimum, ſecanda vena. idem patet ex Rhaſi, vbi abundante ſanguine ſecat venam. Idem ex authoritate Pauli lib. 2. cap. 36. vult ſecandam venam ex ſententia Ruffi in hac febre. Præterea Auenzoar, qui fuit maximæ authoritatis apud Arabes, ſecat venam in hac febre. His nituntur iſti authoritatibus, & rationibus. Ego verò ſum oppoſitæ opinionis, quòd nullo pacto eſt ſecanda vena, aut deriuando, aut reuellendo, vel quomodocunque ſit, & in nullo tempore. Et primò monet me exeperimentum, ſecundo ratio. Et quia ratio habet hanc malam conditionem, vt pro diuerſo capite, varia videatur, & ille, qui plures habet authoritates, qui eloquẽtior eſt, magis perſuadet. Ideò in rebus, in quibus eſt periculum vitæ, primum inditium eſt ab experimento, & magis fidem habemus experimento, quàm rationi. Primò audiui in peſte 1524. anni, & 27. 28. 29. & 30. ſupra M.D. (illis quatuor annis ſæpe laborarunt peſte, vel magna, vel mediocri) & ab excellentiſsimis Medicis percepi, atque Tonſoribus, qui mihi teſtabantur ſe feciſſe maxima pericula in ſectione venæ, & illi, quibus ſecta eſt vena, ſæpè mortui ſunt omnes, & miraculum fuit, quòd omnes, qui ſanati ſunt, à ſectione venæ immunes fuerunt. Poſtea ego vidi, & curaui, vt ſecaretur vena, & non ſecaretur. Quibus erat ſecta vena ab Excellentiſsimo Frigemelica, illi omnes peribant. quibus verò non ſecta vena, multi ſanabantur, & illis, qui incolumes facti ſunt, non eſt ſecta vena. Cum ego hoc expertus ſim in quamplurimis, veni in hanc ſententiam. ſectionem venæ in hoc affectu non conuenire. & quamuis ſit ſententia Hipp. quòd cùm morbi incohant, ſi quid videtur mouendum, moue per motum interpretatum Gal. ſectionem venæ, & pharmacum. Hæc ſententia me confirmauit in opinione mea: quoniam Gal. dicit in com. quòd non debemus id agere in principio, niſi fuerint ſalubres morbi. Nam ſi exitiales fuerint, & in principio, non eſt mouendum aliquid, modo hic morbus eſt exitialiſsimus; nam ſi corripit quinque, interficit quatuor. Vnde nos certè nihil agimus, ſed teneamus aliquid, ne ita ſinamus miſeros ægrotantes: at nihil refert, quia non exſpectamus*

Lib. de peſte cap. 6.

Lib. 3. tract. tertio.

Ratio periculoſa, ubi ē periculũ uitæ.

2 apho. 29.

mus

mus concoctionem naturæ, & victoriam eius ſupra morbum, & ideò cruciare non debemus, nec labefactare vires. Addebam, quòd ſemper adeſt maxima virium imbecillitas. Ego dico in omni bubone adeſſe maximam virium imbecillitatem: & probo hac ratione. Ego ſcio triplici ratione fieri virium imbecillitatem. prima imbecillitas ſolet fieri ob aggrauationem, & pondus, quoties tanta eſt plenitudo in corpore noſtro, vt non poſſit corpus regere tantam abundantiam humorum; vaſa vix poſſunt continere huiuſmodi plenitudinem, & dicitur plenitudo quo ad vaſa, & quo ad vires, quia calor naturalis non poteſt dominari, & conſeruare vires, & ideo ſpiritus ſuffocantur, & facultas, & virtus debilitatur. Altera ratio imbecillitatis vocatur per reſolutionem; quoniam reſoluuntur ſpiritus, qui ſunt inſtrumentum immediatum omnium facultatum: reſoluuntur ſpiritus, quia deſit oportuna materia, ex quibus conficiuntur. Deficit hæc materia, quando venæ, & arteriæ inanitæ ſunt. Alio modo deficiunt ſpiritus, & materia ſpirituum, & plenis venis, & quomodo? vt dicebat Gal. loquēdo de macie corporis & vbi d. quòd aliquando venæ plenæ ſunt ſuccis, & emaciantur partes. quia, aut partes ſunt refrigeratæ, & non attrahunt ſuccū in venis contentum. vel quia ſuccus exiſtens in vaſis eſt craſſus, ineptus, & cacochimus, & non habet analogiā ad ſpiritus vitales, pro conſeruanda caliditate. iſta dicitur imbecillitas facta per reſolutionem ſpiritus vitalis innati. Tertia imbecillitas eſt, quæ fit ob corruptionem ſpirituum; nam ſpiritus tripliciter pati ſolent, aut quia ſuffocantur, aut quia vertuntur in halitum, & diſſipantur, aut quia corrumpuntur in propria ſubſtantia. Nā ſtatim quum ſpiritus corruptus, & diſſipatus eſt, non poteſt eſſe adæquatum ſubiectum caloris innati, & ita deſtruitur ex toto, vita. Hoc autem prouenit ob malignam qualitatem inimicam ſpiritibus, & viſceribus, in quibus gignitur ipſe ſpiritus. Veluti qualitas quædam peſtilens, & contagioſa, quæ putredinalis eſt, & conſiſtit in tota ſubſtantia. ſed abeſt caliditas, & humiditas intenſa, mediantibus quibus ſubſtantia corrupta eſt. His ita poſitis; ego dico in bubone peſtilenti neceſſario inueniri hanc imbecillitatem aliquando triplicem, aliquando duplicem: Poteſt enim eſſe, vt non tanta præceſſerit congeſtio excrementorū, quā ſuſtentare nō poſſit natura. ſed dicamus aliud iam incipiente bubone ſemper adeſt imbecillitas virium: quoniā cum ſemper reperiatur tertia, & vltima imbecillitas, ita vt ſpiritus corrumpatur; ideò neceſſe eſt, vt calor non poſſit regere e. g. adſunt in homine ſano vires, vt quatuor, ſanguis, vt quatuor: iſta non eſt plenitudo quo ad vires, nec quo ad vaſa. ſi corripitur bubone peſtilenti, neceſſarium eſt, vt in hac inuaſione contagioſa ſuffocentur ſpiritus, in tota ſubſtantia corrūpantur ratione veneni: & vires, vt quatuor imminuentur, ſi compares ſanguinis quantitatem,

Virium imbecillitas triplex.

6 epid ſect. 3. co. tex. 29.

vt tria cum viribus redactis, vt duo, vel vt vnum, non poterunt vires ſubſtentare ſanguinẽ, ideò oportet dicere eſſe imbecillitatẽ, quo ad vires. Quod aũt labefactentur ſpiritus, & vires ratione venenoſitatis, non eſt dubiũ. videatis ſymptomata; nunquã reperietis laborantẽ bubone, in quo non ſint manifeſta ſigna labefactatæ facultatis vitalis, & animalis; ratione corruptionis, & diſſipationis ſpiritus, quæ prouenit ratione qualitatis venenoſæ impreſſæ in humoribus ob contagium, cũ venenoſa ſit iſta affectio labefactans vires. omnes concedunt putrefactionem in bub. peſt. eſſe in extremis, & intimis, & cauis, & maximis venis, & vaſis. & eſſe putredinem, non vnius tantùm humoris, ſed indiſcriminatim, omnium: cum in omnibus vaſis adſit tanta putredo; quæro an adſit materia oportuna pro reſtitutione ſpirituum diſſolutorum à febre vel lenta, vel acuta? non dubitate, quòd non ſubminiſtratur tanta, quæ ſat ſit, & ita deficient vires per reſolutionẽ: & ſic omnes imbecillitates adſunt in bubone peſtilenti. Si ſemper adeſt neceſſariò imbecillitas virium, & Galenus mandat, vt in magno morbo ſecemus venam, dummodo vires conſtẽt: ergo non poſſumus ſecare venám, neq; multum, neq; paucum mittere ſanguinem. ſi volumus mittere ſanguinem in pauca quantitate, erit ſicut pannus calidus, qui vti facilè paratur, ita floccifaciendus eſt. ſi mittemus magnam quantitatem: quæro an materia peccans exiſtens in loco tota ſit ſequeſtrata à tota maſſa, an non ex toto ſequeſtrata, ſed ex æquo diffuſa per venas. incipiente bubone incipit materia mala ſequeſtrari à tota maſſa: nos non poſſumus ſecare venam; quia habemus magnam quantitatem ſequeſtratam, quæ fiet furioſa magis: ideò ego colligo, quòd nulla ratione ſecemus venam. Dicet quis, ſi non adeſt bubo quid faciendum? Quæſtio hæc ad me non pertinet, cum habeatis tàm doctos viros, & ordinarios, & extraordinarios, qui hanc rem vobis poterunt explicare. ſat ſit quòd in bubone non ſecanda eſt vena. quoniam cum ſequeſtrata ſit materia, imminuemus frenum illius diabolicæ materiæ. Sunt autem duo caſus in quibus ſecanda eſt vena. alter eſt, quum conſideramus totam maſſam infectam, & quòd ſpiritus ſubſtentantur per cibum continuum, vel per ſecundas humiditates; in hoc caſu laudo, vt ſecemus venam extrahendo magnam ſanguinis copiam, & ſi poſſemus euacuare totum, tanto melius. Ego habeo exemplum Pauli, qui in ictu venenato in principio non mittit ſanguinem, quia maſſa tota iam non eſt infecta, & ne trahatur venenum ad intra. Ideò Paul. Rha. Aliabbas, & alij non ſecant venam in principio. Verùm progreſſu temporis, quum vident totam maſſam infectam, omnes ſecant venam in eo caſu. Idem dico de peſtilenti materia; ſi non eſt infecta tota maſſa, non ſecanda vena; ſed ſi tota ſit infecta, ſecemus. Alter caſus eſt quoties videmus, quòd delituerit bubo, & hoc frequentiſſimè accidit, quum hoc videmus, ſecate

Duo caſus, i quibus ſecã da eſt uena.

cate venam; quia cum incœperit natura ſequeſtrare materiam, & videamus retrocedere, ſignum eſt, quòd petit cor, & viſcera interiora; tunc ego mitterem ſanguinem ex loco affecto, vel cucurbitulis ſcarificatis, vel ſectione venæ. In reliquis omnibus talia non auderem. ſed veniatis ad Antidota, quæ morbum ſuperare poſſunt. & quamuis omnes Antidotis non ſanentur, tamen, qui ſanati ſunt Antidotorum ope id aſſequuti ſunt, neglecta venæ ſectione ex lib. de ſimp. med. fac. cap. de terris. vbi .d. Galenus, quòd in illa peſte, quanuis tentata fuerint omnia, nullus tamen incolumis euaſit, niſi acceperit bolum armenum. ſub omnibus, includatis ſectionem venæ. ecce quòd Gal. totam curationem ponit in Antidotis.

SOLVTIO RATIONVM CONCLVDENTIVM mittendum ſanguinem Cap. X.

DISPVTABAMVS an liceat in bub. peſt. ſecare venam, vt materiam fluentem diuertamus, atq; putreſcentem imminuamus. addidimus rationes plurimas, & authoritates, quibus omni ratione ſecandam venam probabamus, ſtante, incipiente, vel augeſcente bubone: addidimus in oppoſitum rationes, & authoritates, nullo modo ſecandã venam admittentes, duobus caſibus exceptis. alter eſt, ſi dum natura incipit expellere materiam, ſtatim, nulla præſente cauſa, deliteſcat tumor: alter caſus eſt, ſi credimus totum ſanguinem infectum eſſe veneno: nam in eo caſu dicebam, maximam copiam ſanguinis mittendam; quoniam potius debemus tentare noui ſanguinis generationem. Hoc verò ità rarum eſt, vt nihil rarius. & ita, ſi dicerem ferme nullo modo ſecandam venam, non errarem. Hucuſq; venimus, ſuperſunt diſcutiendæ authoritates, quibus probabatur ſecandam omni ratione venam: inter quas prima erat: in omni morbo magno ſecanda vena; peſtis eſt huiuſmodi, ergo authoritas eſt ex Gal. vbi habemus: in omni morbo magno, & vehementi debemus ſecare venã. Ad hoc dicimus: veram hanc eſſe ſententiam, quòd debemus ſecare venam, non quia magnus morbus indicat ſectionem venæ: nam ſi vnum, vt vnum, indicat vnum, morbus eſt magnus, indicat magnum præſidium, at ſectio venæ non eſt præſidium validum. præterea ſi obſeruamus in ſectione venæ multa habere poſſumus, primo imminutionem materiæ: ſecundo celerem motum: poſſumus tertio habere imminutionem multam, vel mediocrem. ſi igitur poteſt eſſe remedium magnum, citum, & materiam poteſt imminuere, neceſſarium eſt, vt quatenus eſt citum remedium indicetur à cito morbo: quatenus eſt remedium materiæ euacuandæ, indicatur à materia, quæ adeſt: quatenus eſt materiæ copia indicat ſectionem venæ: requiritur igitur, quòd magnus ſit morbus, in quo materia

Epilogus.

Ad primã rationem. lib. de uenæ ſect. cap. 9. 4. de rat. uic. ac. 19.

ſit euacuanda,indicans euacuationem,& celerem,ideò à magno morbo non indicatur ſectio venæ per ſe. ſed ſententia eſt Gal.magnũ morbum indicare ſectionem venæ. Demus hoc. iſte eſt magnus morbus,ergo ſecanda eſt vena.

Inſtantia. Dico ſecandam venam,niſi eſſet morbus periculoſus ex 29.com.2.aph.Gal.

Solutio. ſed dimittamus iſtam perniciem:ad id,quod dicebat Gal.magnus eſt morbus ergo ſecanda vena, dummodo vires conſiſtant, at in morbo peſtilenti vires non conſtant, quia ſemper corrumpuntur ſpiritus dimitto animi defectum, & ſuffocationem, quæ, vt plurimùm, eſſe ſolent in bubone peſtilenti, ergò

Ad ſecundũ. contra indicatio impedit ſectionem venæ. ad aliam rationem, quæ erat bubo peſtilens habet coniunctam febrem putridam, at in omni febre putrida

11.meth.14 ſecanda eſt vena ex Gal.ad hoc reſpondeatis,dupliciter: primùm,quòd veriſſima hæc eſt ſententia in omni putrida febrè ſecandam venam, non quòd putrida, quatenus putrida,indicet ſectionem venæ,ſed cauſæ,obſtructiones &c. Dico ergo, quòd etiam ſuppoſuimus adeſſe ſummam virium imbecillitatem, quæ contraindicat ſectionem venæ, & ideò in omni putrida, dummodo ſint vires robuſtæ,ſecanda eſt vena,ſi vires non deficiunt ratione reſolutionis, & corruptionis.ſi enim imbecilles eſſent ratione aggrauationis,ſecanda eſſet vena. ſecundo dico,quòd ſolent ſuboriri bubones, & non adeſſe manifeſtam febrem. tunc non valet argumentum. in omni febre putrida ſecanda eſt vena,ergo in bubone peſtilenti, quia cum hoc non ſemper eſt adiuncta febris. Habemus experimentum, & authoritatem Gale. qui teſtatur,

3 epid.ſec.3 quòd aliquando ſuboriuntur tumores contagioſi peſtilentes, in quibus non

co tex. 59. cap.de terra ſamia. adeſt febris,confirmatur authoritate eiuſdẽ 9.de ſimp.med.fac. Hipp.idem dicit in illo 3.epid.ſed demus adeſſe febrem: ſecanda eſſet vena, niſi adeſſet virium lapſus. Tertium erat argumentum,in omni febre, quæ prouenit ex

Ad tertiam. obſtructione neceſſario debemus ſecare venam, at in bubone peſtilenti adeſt febris putrida ex obſtructione: non etenim eſt putredo in corpore noſtro,

8.meth.4. niſi ex obſtructione, quoniam retenti vapores ſuffocantur, & faciunt putredinem ob ebullitionem;ergo neceſſarium eſt, vt ſecetur vena. Domini, ſuppono, quod neceſſario ſupponendum: morbum hunc fieri per contagium,& quòd putredo,nec omnis fiat per obſtructionem; cum enim ſit eiuſdem generis, & ſpeciei cum putredine, quæ per medium communicatur, ergo non facta eſt per obſtructionem putredo iſta, contagium eſt cauſa immediata externa putredinis huius, obſtructio eſt cauſa immediata interna putredinis. Vndè Gal.d.habentes meatus apertos facilius contagium contrahere, difficilius verò morbos pati ab obſtructione. igitur colligo hanc febrem non eſſe ex obſtructione, ſed ex contagio. At quæret quiſpiam poſſet ne adeſſe etiam

Ad ultimam obſtructio? poteſt quidem eſſe, ſed raro. Addebatur vltimo, quòd ſi nolumus ſecare venam in omni febre cum bubone,ſaltem debemus ſecare domi

nante

nante ſanguine ex authoritate Auic. Ad hoc dixi, quòd ſi dominatur ſanguis bonus, ſtantibus viribus, debemus ſecare venam: ſed hoc non reperitur, quia ſanguis corruptus eſt. Erant authoritates illæ authorum, quæ probabant ſecandam venam, vt Pauli, Aetij, Ruffi. Domini, authores illi intelligendi ſunt de præſeruatione. Et ego dico, quòd in omni peſte debemus ſecare venam, pro præſeruatione; quia imminuimus materiã, & exiccamus corpus, nam humiditas eſt fomentum, vehiculum, & ſubiectum contagij. legite Rhaſim lib. 30. continentis, vbi loquitur de curatione peſtis. dum verba facit de præſeruatione citat ſententiam Ruffi; dum ſermonem habet de morbo, nunquam fecit mentionem ſecandæ venæ; præterquam in variolis. vbi dicit, quòd ſi ſecamus venam erumpentibus variolis copioſis, interficiemus homines. ad authoritatem verò illam illius Rhaſis Græci? Habemus librũ Græcum Rhaſi adſcriptũ, doctum quidem, qui cum Alex. imprimitur. ille ſecat venam. opus eſt intelligere de qua peſte loquatur, quoniam põt eſſe peſtis nõ contagioſa: author nanq; ille ſatis confuſè loquitur. Eſt authoritas Auic. ad quam neſcio quid reſpondeam, niſi abundante ſanguine in primo inſultu nondum progreſſa ſatis qualitate peſtilenti licere mittere ſanguinẽ. Itaque ego colligo ex his, quòd nulla ratione debemus ſecare venam, niſi in illis duobus caſibus, à me ſuperius ſatis fuſè enumeratis.

Ad authoritates

Ad aliam authoritatem Rhaſ.

Ad authori. Auic.

DE PHARMACI EXHIBITIONE, Quæſtio. Cap. XI.

QVEMADMODVM controuerſia ſuborta eſt inter Medicos in bubone, an ſecanda ſit vena, quoniam res difficillima eſt, ita eadẽ lis eſt exorta in exhibitione pharmaci: quia maligna materia feruet, & ad varia loca fluit, & excitat tumores modo in vno, modo in pluribus emunctorijs, vt in inguinibus, axillis, & parotidibus. Cum igitur hoc ſit: videtur operæpretium fore, ſi veniamus ad curationem, & præcipuè in principio, & augumento, dum mouetur, & furens eſt materia, quæ non mouenda per ſectionem venæ (vt diximus) cum vires non admodum conſiſtant. Nos autem ſcimus communem eſſe Medicorum ſententiam, quòd quoties indicatur ſectio venæ, & ob ætatem, vel imbecillitatem virium non audemus: loco eius debemus pharmacum propinare, vt in puerulis &c. ideò, quanuis grauis ſit morbus, & potius omnia ſint dimittenda prognoſticis, videtur opportuna pharmaci exhibitio. Sunt qui contrarium tenent. & hi habent ſuas rationes. Prima eſt: adeſt virium maxima imbecillitas: & tunc nõ eſt tutus vſus pharmaci, ergo. Secunda eſt quòd, vt plurimum, in bubone peſtilenti adiuncta febre ſolet ſuccedere fluxus alui, copioſus. Tertia non debemus nos exhibere

Pharmacum exhibendũ.

Rõnes probantes pharmacum non dandum. 2 ratio. 3. ratio.

bere pharmacū,quoniam affectus, vt plurimum, conſiſtit in extrema putredine, quæ facit ſummum ardorem, at purgantia calefaciunt corpus, ideò vſus medicamēti ſolutiui ineptus eſt. Quòd aūt pharmaca ſubductoria calefaciāt conſtat ex Gal. (1. apho. 24.) Ideò non exhibendū pharmacum ſolutiuū in bubone peſtilenti. ſed Domini, quanuis rationes & validæ, & plures afferri poßint in hac ſententia, tamen, quia neceſſarium eſt, vt experimento multum adſcribamus, præcipuè in morbis periculoſis, & in his, in quibus ars non exerceri poteſt; ideò in iſtis neceſſarium eſt, vt experimentis fidamus. quare ego incipiam ab experimentis aliorum, poſtea mea adducam. (Experiméta pharmacum laudantia) Habemus multos, qui fœlici ſucceſſu teſtantur vſos fuiſſe pharmacis, & ego moueor communi quadam opinione. (Exper. Carpenſis.) Scioq; tantæ authoritatis Bononiæ, Ferrariæ, Regij, & in patria mea fuiſſe Iacobum Carpenſem, Chyrurgicum, vt ſuo tempore omnes alios Italos ſuperauit, quiq; in vniuerſa Europæ peſte à 27. ad 31. annum ſanauit omnes quos tractauit. ſcioq; ipſum exhibuiſſe pharmacum ſolutiuum in principio, & augumento robuſtißimum, dummodo morbus non eſſet in declinatione. (Experi. Gentil.) Præter hoc habeo aliud experimentum Gentilis in 4. can. fen prima, in quo loquens de medicamentis purgantibus exhibitis in peſte. d. quòd ſuis temporibus Medici vtebantur ſcamoneatis, & validißimis medicamentis ſatis fœlici cum ſucceſſu, & plures ſanati ſunt. (Auēz. authoritas.) Adiungitur authoritas Auenz. qui lib. 3. Theiſir tract. 3. cap. 4. exhibet medicamentum ſoluens, euforbium continens ſatis copioſum, quo nihil validius ad calefaciendum, & ſiccandum: eſt enim calidum, & ſiccum in 4. ſatis intenſo. & Gentilis ipſe hoc idem teſtatur. Poſſum ergo ab authoritate horum doctißimorum virorum teſtari, quòd exhibendum ſit pharmacum ſolutiuum in peſte. (Propriū experimentū.) Sed ego addo proprium experimentum, cui magis fido. Exhibui 30. vicibus pharmacum in proximè ſuperiori peſte 55. anni, & paucißimos vidi obijſſe, maxima pars bonum exitum habuit, dummodo bonam quantitatem humoris eduxerit medicamentum, nam ſi parua, aut nulla educta fuit quantitas, malus ſucceßit finis. & hoc obſeruaui dicto illorum Nebulonum, qui decreto Illuſtrißimi Sena. Venet. ſuſpenſi ſunt. teſtabantur ſecaſſe venam, & ſtatim pharmacum exhibuiſſe feliciter. ſed hoc nolo haberi pro vero experimento. De ſectione venæ dictum eſt. De pharmaco ego venio in hanc ſententiam, quòd ratio, ſi quæ adeſt, cædat experimento, quanuis rationes nullius ſint momenti. (Ad rationem) Sed iſti dicunt, eſt imbecillitas uirium; hanc debent timere in ſectione venæ, quæ bonum, & malū aufert humorem, at medicamentum, quanuis ſpiritus aliquantiſper labefactet: humorem tamen peccantem extrahit, ideò tolerabilior eſt eius vſus. & quando motum materiæ recuſabat Gal. hoc erat potius per ſectionem venæ, quàm per pharmacum, & legite bene com. illud, in quo agit de intento con-

contra ſectionem venæ, licet faciat mentionem pharmaci. De fluxu alui, alias ego dicebam, quòd fluente aluo in bubone peſtil. non eſt aliquid exhibendum; & non credebam dicentibus, fluxum procedere, ex feruore materiæ, qua vacuata fluxus ceſſabat. Poſtea ego credidi, & vidi, quòd exhibitio rhabarb. & ſyr. roſ. ſol. fecit bonam vacuationem, & alui fluorem impediuit. Sit ergo ſtatum, & firmum hoc. ſi non eſt fluxus multus ſymptomaticus, ſed qui ſubleuet ægrotantem, non exhibeamus medicamentum. at ſi fluxus bilioſus, copioſus, ſymptomaticus, exhibendum pharmacum, non ſcamoneum, ſed medicamenta roborantia viſcera. Tertio dicunt medicamentũ calidum eſt. & ijdem exhibent Theriacam, & Mitridatum, quæ calidiora ſunt ſcamonio, & alijs multis. ſed propoſitio vnius inconuenientis nõ ſoluit aliud. non ne multa medicamenta ſunt, quæ aut frigida ſunt, aut temperata? vt ſunt electuaria diuina propoſita à ſchola Arabica, in quibus caſtigatur ſcamonium. Colligo ergo, & ſum cum Empyricis, quòd, quoties poſſumus in principio, vel augumento bubonis peſtilentis exhibere pharmacũ ſolutiuũ, præcipuè ſi materia nõ fluat, & ſi fluat, diminute fluat, exhibeamus.

Ad ſecundã

Ad tertiam.

Determinatio.

DE PHARMACIS CAP. XII.

PHARMACA autem ſunt Manna, Tamarindi, qui adſtringant, quantum velint, timeo potius aperientia; quia hic non eſt obſtructio. Mirabolani, folia ſenæ, rhabarbarum, & in ſumma, quæ habent ſcamonium, agaricum, rhabarbarum, dummodo compoſita ſint ex frigidis, non gummis, & ar omatibus Græcorum; ſed more Arabum, mihi ſummè placent. Vnde electuarium roſ. elect. de ſucco roſ. diaprunis ſolut. elect. de pſyllio præſtantiſſima ſunt. laudo, vt nos vtamur minus calidioribus. At vnum notant Recentiores, quod mihi ſummopere probatur. Quoties exhibere volumus pharmacum ſolutiuum, vt ſemper exhibeamus aliquod genus Antidoti ſimul, vt ſi pharmacum lædit vires, antidotum iugulet venenum illud. Plurima verò ſunt huiuſmodi antidota. Maximè probatur antidotus, quæ dicitur de ſanguinibus, & ego frequentiſſimè vſus ſum. poteſtis vti Theriaca, Mitridato. ſed notate, quod mihi vſu venit, cum vellem miſcere antidotum pharmaco, aliquando ob nimiam copiam antidoti, pharmacum non ſoluit, & quamuis exhibitio antidoti proſit multum, in maxima ſuper purgationẽ credebam quod exhibita antidotus hoc non faceret, ſed facit, ideò ſemper minimam quantitatem antidoti admiſceo. & quoniam ego maximè fido huic medicamento ex ſanguinibus. ſciatis, quòd Damocrates apud Gal. lib. 2. de antidotis, deſcribit pharmacum iſtud. & quia hoc eſt difficile paratu, & in vſu eſt alia deſcriptio Recentiorum, ideò vera iſthæc compoſitio exami-

Solutiua

Antidota

Antidotus ẽ ſanguinib⁹.

Cap. 3.

Deſcriptio antidoti de ſanguinib⁹.

examinanda, & communicanda vobis erit. Recipe ſanguinis ſicci anatis maris anatis fœminæ, anſeris, hædi, rutæ ſilueſtris recentiorum, ſeminum cumini, fœniculi, anethi, napi, rapi (eſt gemina ſpecies rapi, altera eſt oblongior, altera rotundior) ana drach. iij. radic. gentianæ, trifolij, ſquinanthi, thuris. roſ. rub. ſiccarum, radicis dictami albi ana drach. iiij. piperis albi, piperis longi, coſti recentiorum, valerianæ craßioris, ſeminum aniſorum, cinnam. ana drach. ij. myrrhæ, nardi indicæ ana drach. vi. belzuini, aſſati, ammoniaci ana drach. iij. ſanſuci, agarici trociſc. ana drach. ij. carpobalſami officinarũ grana xx. ireos, croci, rhabarbari, zinziberis, maſticis ana drac. i. ſtœchados drach. v. rad. carlinæ communis drach. ij. & med. miſce, teruntur tenuißimè, poſtea cum libr. iiij. mellis deſpumati, miſce. & ſeruatur medicamentum pro elect. Hoc ſolemus miſcere cum ſolutiuis. Sed notate vnum, cuius in ſuperioribus mentionem feci, quòd aliqui fœlici cum ſucceſſu, ſolent pro pharmaco ſolutiuo exhibere præcipitatum per os. Ego vidi exhibitum. ſed nimis acerba eſt huius medicamenti exhibitio, quia ſoluit aluum & excitat ita vomitum, vt viderim mortuos vomẽtes, tamen vidi cum antidoto hoc exhibitum. Obſeruaui quinetiam medicamentum ex duabus cæpis propinatum ab Empyrico, quod volo etiam vobis communicare. Erat quidam Patauij, qui vſum eius habebat. Accipiebat duas cæpas albas, & illas excauabat, atque imponebat pro vtraque cæpa drach. ij. antidoti de ſanguinibus, vel mitrid. confectionis, poſtea coquebat cæpas in furno, & terebat, ponebatq; in linteo, & exprimebat ſuccum, cui addebat aliquid confectionis amech, vel elect. roſ. Meſues, vel diaprunum. ſol. vnc. med. deinde addebat floris caßiæ drach. iiij. vel v. Ego vidi hoc medicamentum nõ ſolum aluum ſoluiſſe, ſed promouiſſe ſudorem validißimo impetu, ita vt ſtatim affectus ſanatus ſit. tamen cum non habeam intelligentiam huius pharmaci, hac ratione eo non vſus ſum. volui autem communicare, vt poßitis illo vti, quando libuerit.

Præcipitati exhibitio.

Medicamentũ ex cæpis.

DE ANTIDOTIS SIMPLICIBVS CAP. XIII.

QVA arte tractandus ſit æger quoties cœperit laborare bubo. peſt. & quòd pertinet ad ſectionem venæ, & pharmacũ iam dictum eſt. nunc relinquitur, vt veniamus ad aliud genus auxilij, quod in antidotis cõtinetur: nam ſolemus minuere materiam per ſectionem venæ, ſolemus etiam ſuperare pharmacis reſiſtentibus putredini, & per impoſita medicamenta loco affecto. quæ ſit materia medicamentorum in hoc caſu non ita certum eſt: nam quædam oportuna ſunt calefacientia, quædam refrigerantia, at omnia ſumi debent ſiccantia; quia omne pharmacum ſiccans natura ſua re

ſiſtit

ſiſtit putredini inſigni, qualis eſt iſta: ſed debent habere vim antidotam adiunctam ratione cognitam. Infinita ſunt hæc antidota obiter autem duo explicauimus in ſuperiori capite, videlicet illud de ſanguinibus, atq; aliud de cæpis. iam locus expoſcit, vt ego tantum illa deſcribam, quæ rationi, & experimento penitus correſpondere videntur. Diſtinguuntur verò in ſimplicia, & compoſita. Inter ſimplicia aliquot ſunt metallica; aliquot à plantis, aliquot ab animalibus. Inter metallica principem tenet locum ſmaragdus, gemma illa præcioſa, cuius fruſtrula haberi poſſunt ab illis, qui poliunt lapides. ſunt. n. fragmenta quædam, quæ ſi moliuntur ad pictorium marmor, & exhibeantur ad pondus v. vel vi. gran. cũ vino diluto aqua roſa. ſatis fœlicem ſucceſſum ſperamus. Quod huiuſmodi lapis id nobis præſtare poſsit, præter experimentum Medicum, habemus ex authoritate Alberti Philoſophi excellentiſs. Secundum locum tenet terra ſigillata, quam nos duplicem habemus, rubram alteram, alteram verò albam. loquor ego de alba, & de illa, quæ habetur ex aula Principis Turcharum, à ſerrallio ſcilicet, quæ turcico ſigillo eſt obſignata. Huiuſmodi Natolica creta appellatur, quia ex Natolia defertur, ex lacu quoddam ſumpta; nam lacus ille non ſemper continet huiuſmodi cretam albam, ſed ſtatis temporibus per ſolſtitium æſtiualem vſq; ad extremum menſis Iulij perdurat eruptatio huiuſmodi cretæ; & cum Turcæ in veneratione habeant Diuum Ioannem Baptiſtam, credunt collectam cretam illius diei habere maximam vim. iſta ergo creta admixta bolo orientali conficiuntur ollulæ, & pateræ ad bibendam aquam, ne offendatur veneno Rex Turcarum. creta igitur iſta præſtantiſsima eſt, & ego vidi multa experimenta, & locutus ſum cum Legatis Illuſtriſsimorum Dominorum, qui viderunt exhibitam huiuſmodi cretam fœlici cum ſucceſſu. Tertium locum tenet terra ſigillata rubra, quæ facta eſt ex alba, & bolo orientali. Quartum locum habet bolus armena vera, quæ non habetur apud omnes, habetur tamen apud aliquos Seplaſiarios, hic Patauij: æmulatur lapidem aſpectu, & habet omnes notas, quas tribuit Gal. & neſcio quo facto deducta ſit hæc terra huc. [Huius boli maxima copia allata eſt Matera Apuliæ ciuitate tempore Gabriel. Fallopp. à Doctiſsimo quodã iuuene Materate Ioanne Antonio Vericello, diſſeminataq; eſt per omnes has officinas, habet multas veri boli notas, niſi quòd arenulas quandoque admixtas retinet. ibi maxima copia eſt huius mineræ, & pro ſolido vno Ruſtici colligent ſaccum rubricæ illius. Fortaſſe ſeplaſiarij in minimas reddunt glebulas, plumbo ſuperficiem ſucant, capſulis aptant minimis, vt pretium mercis augeant. atq; cum Cardano in lib. 5. de ſubtilitate, vbi dicit lutum Appulum non abſimile viribus glebæ armenicæ. poteſt autem reduci ad perfectionem, & ab arena repurgari hoc modo. elue lutum appulum, repurga ab arena,

Antidota ſimplicia

Smaragdus.

In 2. de reb^9 metallicis.

Terra ſigillata alba

Natoliã uocant omnes prouĩcias ultra Helleſpõtum ad ortũ Solis.

Bolus orientalis.

Terra ſigillata rubra

Bolus armenus.

9 de ſimpl. med. fac. cap de terris.

Modus purgãdi bolum ar. noſtratẽ.

D diligenter

diligenter ſiccatum aceto acerrimo,& olei parte ſexta, excipe ita,vt in pul tis formā redigatur: ſepelies aūt vdo loco in multos annos.vtinā tāto cœli be neficio Terra noſtra donaretur, vt tam præſtans gigneret ſpōte naturæ alexi

Lib. exerc. ad Cardanū exerc. 96.

pharmacum. Iulius Cæſar ſcaliger deridet Cardanum, tribuens tot vires cœlo, & terræ Armeniæ. ſed iuditium de hoc ferant alij. Noſtri chirurgi ſatis felici cum ſucceſſu vtuntur ad prohibendam vulneribus inflammationem, & ego cum vino auſtero propinaui,& ſucceſſit.] Quinto loco eſt bolus armena orientalis, vel bolus orientalis, quæ non eſt creta lemnia ſphragis,

Lib 5.cap.71 Creta Melitenſis.

ſed eſt rubrica ſinopis Dioſc. quæ circa paludem mæotidem ſuboritur. Penultimo in loco eſt creta Melitenſis. in Melita Inſula concreſcit collis ex creta candidiſſima,quē dicunt miraculo Diui Pauli effectum. miraculoſa creta eſt aduerſus vermes. & venena. Hæc niſi fucetur gypſo ab iſtis heronibus ciurmatoribus bona eſt. Vltima eſt terra, quæ circumfertur ſub cornu Monocerotis. cornu illud multiplex vidi, neq; ſcio quas vires habeat, ſed loquor de fruſtulis illis lapidoſis, quæ circumferuntur, & dicuntur cornu vnicorni, quod defoditur in monte Gargano iuxta ſacellum Diui Angeli. mulieres noſtræ aſſumunt fruſtrum, & infundunt in aqua, & concreſcunt circa lapidem veſiculæ rotundæ: hanc aquam exhibent puerulis laborantibus vermibus, vel febre acuta,aut alia, ſucceſſu quidem felici. ſuccedunt

Ruta capraria.

quæ aſſumuntur ex plantis. Vnum ego probo, quod gralega vulgo dicitur, ruta capraria à quibuſdam, eſt planta ſuborta in vijs, quam plantam non attingunt animalia. Hæc ita magnas habet vires, vt, ſi exhibeatur ciathus vi. vnc. ſucci iſtius herbæ calidi, ſuperet peſtem ſudore, & ab ea præſeruet. ſecundo in loco eſt carlina illa, non ſolùm Germanica, ſed Italica, ex Apulia, & Calabria delata.

Carlina. Chamæleo.

Nos habemus chamæleonta album, & nigrum. & ſic vocant carlinam albam, & nigram; vtraq; præcioſa eſt. Habemus Germanicam,quæ non aſſimilatur his; quia flores,& caules maiores habet, Huiuſmodi radix cum vino exiccata exhibetur, & ſoluit, vel per aluum, vel per ſudorem. ſolemus etiam ſuccum propinare. Addimus plantam,

Vincetoxicū

quam vocant vincetoxicum. Habemus duplex genus. alterum Hirundinaria & Aſclepias dicitur; alterum gentianella dicitur. Hoc præſtantiſſimum eſt. profert folia, & caulem gentianæ, & flores etiam. verùm radices Aſclepiadis ſunt hellebori albi; color in exterioribus eſt ſubcitrinus, ſapor amaritudinem aloes ſuperat, gentianæ,& abſynthij. ſunt quædam loca, in quibus frequens inuenitur planta iſta, vt in agro Vincentino, In illo eſt quædam villa quæ Carmignanum vocatur diſtans à ciuitate 9. lapide; vbi ſunt fontes, & naſcitur maxima copia huius herbæ. Quarto eſt

Zedoaria.

Zedoaria, & alba rotunda,& producta flaua. Detectum eſt his ſuperioribus annis, quòd illi Nebulones, qui inſeruiebant coreptis febre peſtilenti,

&

& peſte, quòd non præſeruabant corpora ſua, niſi vſu zinziberis, & Zodoariæ, ea ore maſticando. maſticabant mane zinziber poſtea bibebant vinum maluaticum, & tota die habebant Zodoariam in ore mandendo. Eſt etiam nux vomica officinarum, qua vtimur ad interficiendos canes deradendo, & miſcendo larido. Huiuſmodi nux, quamuis vomica appelletur, tamen metella eſt Arabum. Hæc exhiberi ſolet in peſte. ego non expertus ſum, quia cognita mihi eſt vis huius medicamenti poſt peſtem. Retulere mihi hoc plurimi nobiliſsimi Germani fide digni, qui bubonũ cicatrices indicabant. propinant autem hanc cum ouo contritam. Hoc ſcio quòd non interficit homines, licet canes enecet. Et ego expertus ſum Piſis, tantùm mentem perturbauit, & bis dedi, Rhododendron interficit anſeres plurimos, & tamen facit contra venena. Taxus veneuum eſt multis animalibus Antidotus homini. Ex animalibus non habemus multa, quæ faciant ad noſtrum inſtitutum. ſed tantùm illud diuinum, quod lachrymam cerui vocant, quæ bezarthici lapidis acquiſiuit nomen. Bezaarthica ſunt Antidota medicamenta: Ideò Princeps eſt medicamentum in toto genere. ſi quæratis quis ſit iſte lapis, ego ignoro. ego vidi, & feci experimentum in peſte Ferrarienſi in quampluri mis Luſitanis. lapis eſt oblongus, ſubcinericij coloris, ſubnigri, leuis admodum, qui, ſi aperiatur, videtur veluti feſtuca obductus: odorem habet nec bonum, nec ingratum; ſapor non eſt iniocundus in primo guſtu, ſed fœtidum, & hircinum ſapit, ſi diù ore detineatur. iſti Luſitani dicunt, quòd reperitur in veſsica fellea animalis hirco ſimilis, nec verum eſt, quòd creſcat ſub angulo oculi cerui. ego ignoro an verum dicant. ſcio tamen, quòd in peſte hoc medicamentum ſuperat omnia. iſta ſunt medicamenta, quæ expertus ſum, & non dixerim omnes ſanari, ſed multos.

Zinziber. Nux uomica. Rhododendron. Bezahar.

DE ANTIDOTIS COMPOSITIS Cap. XIIII.

HABEMVS & cõpoſita Bezahartica, quæ omnia non enumero. Nam primas tenet Theriaca; ſequitur Mitridatica confectio; ſupra deſcripta eſt Antidotus ex ſanguinibus, quibus ego maximam ſoleo fidem adhibere. uerum inter omnia ego magnopere fido oleo, qui deſcribitur ab Excellentiſsimo Petro Andrea Matthiolo in lib. 6. Dioſco. in præfatione. quod oleum de ſcorpionibus vocat. quanuis ego libentius vtar alio; cuius deſcriptionem accepi à Reuerendiſsimo Cardinali Rauennati, qui teſtabatur habuiſſe à Leone Pontifice, à quo fonte emanauit deſcriptio Matthioli. Deſcriptio autem talis eſt. Recipe olei antiqui (ſi poſſumus habere 100. annorum; & ſi non habemus, accipimus oleum oliuarum maturum, & coqui-

Theriaca. Mitrida. Oleum Matthio. de ſcorpionibus. NOTAND. Olei mirabilis deſcriptionem.

mus diū in ſartagine vel ferrea, vel ænea,) libr. v. terebinth. optimæ vnc. vi. euforb. caſtor. ana drach. i. lumbricorum præparatorum vino maluatico man. med. miſce, colocamus in vaſe vitreo, & in balneo Mariæ efficimus, vt bulliant iſthæc per ſpacium octo, vel decem horarum: poſtea colamus medicamentum per lintheum purum neq; tenue, neq; craſſum ſine expreſſione. Addimus deinde colaturæ in diebus canicularibus 180. ſcorpiones, & adiungimus duas viperas fœminas diſſectas in fruſtra cum capitibus, caudis, & ſanguine. Hæc iterum bulliant. poſtea exponamus vas ſoli appenſum, vel collocatum in vaſe pleno arena in diebus canicularibus decem. Hoc facto addimus huiuſmodi pulueres. Zedoariæ flauæ, radicum tormentillæ, radicum gentianæ, rad. diptami albi, ariſtoloch. longæ, rhabarb. electi ana vnc. i. florum altheæ, perforatæ, ebuli, roriſmarini ſiccatorum omnium ana manpi. ſemis, Theriacæ cōis, Mitridaticæ confectionis ana vnc. i. miſce, & in vaſe vitreo, uel vitriato optimè clauſo ſepelliantur ſub fimo equino ad 40. vel 60. vel 90. dies, ſecundum quòd requirit neceſſitas, & vt quærimus medicamentum magis, vel minus coctum. Hoc facto colatur medicamentum, & ſeruatur in vaſe ſtamneo, vel argenteo. Ego poſſem immutare pharmacum, & antidota varia addere, ſed quia vidi maximum experimentum de hoc, ideò non audeo. Et maximam fidem habeo huic medicamento. atq; vtinam poſſem ita verbis extollere, ſicuti experimento comprobatum eſt. Vidi à deſtillatore Iulij tertij deſtillatum hoc medicamentum, & redactum in aquam. vndè fit guſtui iucundiſſimum, & citiſſimæ operationis. Ego habeo domi ampullulam, quam ſeruo pro maximis occaſionibus. Vſus eius eſt in ueneno aſſumpto per os, in uiperarum ictu, in uermibus, & in bubone peſtilenti. Vngamus ergo pulſantes arterias apparentes manuum, pedum, atque temporum, & dorſum. in aliquot inungimus dorſum, & partes circa cor, ter uel quater aſſumendo intercedente ſpacio ſex horarum inter uicem, & uicem. His pharmacis nos tentamus ſanitatem in bubone peſtilenti tàm ſimplicibus, quàm compoſitis: ſequitur, ut tractemus locum affectum, & ſymptomata.

Vſus.

DE VIRIVM IMBECILLITATE reparanda. Cap. XV.

Epilogus.

CONTRA peſtem pugnandum eſſe victus ratione, & reliquis rebus non naturalibus dictum eſt: contra eandem, & communibus præſidijs pugnandum eſſe patuit, vel venæ ſectione, vel purgantibus medicamētis. Sed vera arma ſunt antidota ipſa. Hæc autem multiplicia eſſe ſuperiori in lectione dicebam, alia ſimplici, alia compoſita. ſimplicia, aut ex metallo

lo aut ex plantis, aut ex animalibus eſſe: hæc omnia probè enumerata ſunt. Addebã inter cõpoſita quædã prodita ab Antiquis oportuniſſima: tradidi aũt ea, quibus maximè fidere. in hac eadẽ curatione adhuc duo capita ſuperſunt: aliud pertinet ad ſymptomata, vltimũ verò ad locũ affectũ. Primũ ergo tractemus de ſymptomatibus: & inter cætera primas habet viriũ imbecillitas. Vnde inualuit conſuetudo apud omnes, vt vel præſeruando, vel ſanando habeant maximam conſiderationem virium cordis, & ita ſuffumigijs factis ex cordialibus ſuccurrunt & deueniunt ad localia, ad ipſum cor & familiaris eſt ſacculus expletus mixtura quadam, quæ madeſcit aqua, & aceto roſaceo, & huiuſmodi formam ſolet, vt plurimum, habere. Recipe roſ. rub. ſiccarum man. i. & med. coriand. præp. drach. ij. ſpodij ex ebure, corall. alb. & rub. ſantal. omnium ana drach. i. margaritarum, oſſis ex corde ceruino ana drach. i. corticum citri drach. ij. caphuræ grana iiij. tunduntur craſſo modo, collocãtur facto ſacculo ex tela, aut ſerico; poſtea madefaciunt ſacculum in aqua roſacea, & aceto, & exprimunt, & imponunt cordi. Solemus vti epithemate cordiali, ſi languida fuerit febris ex ſpeciebus cordialibus calidioribus, quas diſſoluimus aqua meliſſæ, borag. roſar. & endiu. & ita pannum madefacimus, & imponimus ſupra cor. ſi febris fuerit ardentiſſima, eodem modo, & eadem ſerie vtimur ſpeciebus cordialibus, ſed frigidioribus. Solent illinire pectus vngu. roſ. Meſ. vel cerato roſ. admixtis ſpeciebus cordialibus vel calidis, vel temperatis. Sed ego non tacebo medicamentum quaſi factum à Deo, cuius author primus fuit Iacob ille Carpenſis. ſolet conflari quædam placentula ex metallica materia, quæ ſeruatur in ſacculo tenuiſſimo propè cor, & qui infecti ſunt lenimen accipiunt, qui verò non, præſeruantur, & nunquam ægrotant. & eſt facta ex arſen. criſtall. partibus ij. & arſen. riſagall. rubri parte i. conficimus placentam rotundam craſſitudinis vnius digiti cum albo oui, vel cum mucillagine dragacanti; & multi fidunt huic medicamento, ita vt non inficiantur. appenſam collo tenemus in parte ſiniſtra thoracis, & non inuenitur medicamentum magis faciens pro præſeruatione.

Virium imbecillitas

Sacculus ℞ corde.

Epithemata

Vnctiones.

Medicamentum Dei, ad præſeruandũ

DE NAVSEA, ET VOMITV. CAP. XVI.

SI adſit nauſea, & nihil excernatur, debemus iuuare naturam vt mali humores excernantur, aqua tepida præſtans eſt: ſed oximel exhibitum cum decocto ſemi. anethi, vel aqua illa ſtillaticia per elambic ex putamine nucis iuglãdis viridiori macerato in aceto tribus, vel quatuor diebus. exhibetur ad pondus quatuor, vel quinque vnciarum. Verum, ſi vomitus adeſſet nimius, monent, vt veniamus ad ſiſtentia vomitum, & veniunt ad vſũ cy

doniorum

doniorum, boliarmenæ, &c. ad emplaſtrum ex cruſta panis ad exteriora. ſolent, exhibito cibo, ſtatim imponere cucurbitulas ſupra ventriculum. ſi eſſet moderatus ſinimus, vt natura exoneret ſeſe ab excrementis infarctis in corpore.

AD VENTRIS FLVXVM. Cap. XVII.

SOLET *eſſe fluxus ventris ita grauis, vt labefactet vires. ſi moderatus eſt, nihil faciamus. ſi vehemens ſit, Empirici exhibent ſoluentia medicamenta, vt rhabarb. & ſiſtunt fluxum. & ego vidi experimentum. non dubitate, verùm, ſi adhuc timeretis, exhibete bolum armenum, vel terram melit. vel ſigillatam, vel quodcunque antidotum; ſemper ſiſtet hunc fluxum ſymptomaticum. Ego vidi in febribus peſtilentibus communibus, ſi demus puluerem, vel ſuccum ſcordij, ſiſtitur aluus; quia rectificat viſcera, & alterat, & immutat hepar. & huiuſmodi fluxus bilioſus, vt plurimùm, prouenit ratione feruoris hepatis.*

AD LETHARGVM, DELIRIVM, & ſitim Cap. XVIII.

SI *ſuperuenerit lethargus, vel delirium, vos habetis curationem horum ab Excellentiſsimis Practicis. ſuccurritur enim omnibus reuulſionum generibus, frictioribus, ligaturis extremorum &c. Solet ſitis maximè infeſtare. dixi, quòd neceſſarium eſt ſatisfacere, ideò exhibeamus potum multum, in quo adſit vinum, ſed dilutum: & aliquando, interdiu. Mala quidem ratio eſt, ſed cogimur ab illo grauiſsimo ſymptomate, quia exurit fauces, linguam &c. ita vt non poſsimus loqui: non ſemper tamen his vtimur. Sed ſolemus etiam conficere pillulas hippoglotidas, hoc eſt ſeruandas ſub lingua, quæ conſtant ex ſemine citruli, & mucilag. cydoniorum, atque gummi dragaganti. verùm ſi poſſumus habere fructum illum, quem vulgò anguriam vocamus (quem credo eſſe melopeponem Antiquorum) æger non comedat, ſed habeat in hore fruſtra. ſimiliter lactucarum folia, citrulus &c. faciunt. Continuò autem decocto hordei humefacite linguã; quia magis humectat quàm aqua frigida propter humiditatem acquiſitam ab hordeo, quæ diutius durat in palato. præterea ſunt iulep longi vocati, aquæ ſtillatitiæ, additis ſyrupis ex borag. bugloſs. mel. cap. ven. præſtantiſsimæ ſunt potiones.*

AD

AD DORSI DOLOREM atque thoracis Cap. XVIIII.

ALIQVANDO ſuperuenit dolor dorſi: in iſto caſu eſt illud oleum, cuius compoſitionem explicaui, quòd oleum ſcorpionum dicitur, vel illud Petri Andreæ Matthioli; quia conuincit putredinem, à qua excitati ſolet dolor. ſed noſtri confugere ſolent ad refrigerantia vt ol. roſ. comp. & ol. viol. & addunt ceram albam, & pulu. ſantalorum, ex quibus linimentum conficiunt, quo inungunt dorſum. alij vng. popul. alij vngu. roſ. Meſues, alij vngu. alabaſtr. vtuntur. Nos duplex facimus vngu. aliud quod vocamus vnguentum ex alabaſt. candido; quia recipit pulueres alabaſtri candidi, quod non habet par in omni dolore cap. à materia calida. cuius compoſitio talis eſt: Recipe vng. popul. vngu. roſ. Meſu. ana vnc. vna, alabaſtri candidi vnc. med. ole. nenuph. vnc. j. & med. caphu. ſcrup. i. ceræ quàm minimum, miſce, & fiat vnguen. aliud vnguentum de alabaſtr. eſt commune, quod habetur in officinis, & vtimur in contuſis, de quo non loquimur. Quòd, ſi præter dolorem dorſi ſuccedat thoracis dolor, ſolemus prædictis inungere, ſed præcipuè ol. amigda. dulcium, & roſ. complet. ſimul mixtis. præterea ſi ſuperuenirent alia leuiora ſymptomata, confugiemus ad illa, quæ in carb. conuenire ſolent.

Vngu. ex alabaſt. cãdido

Dolor thoracis.

DE LOCO AFFECTO Cap. XX.

CIRCA locum affectum quid agendum? Domini, omnes Recentiores, & qui methodo certa tractant morbos, & omnes Empyrici admodum ſolliciti ſunt in extractione, & incremento bub. vndè frigida repellentia, & diſcuſſoria valida fugienda; ſed attrahentibus incumbamus: ita vt extrahatur totum uenenum. ideò veniatis primum ad cucurbitulas, ſi bubo non creſcit. poſt has omnes Empyrici deueniunt ad attrahentia naturam ſua totum illud virus. vndè accipiunt gallum tenerum non valdè ſalacem, auferunt pennas circa anum, & ponunt anum ſupra bubonem leniter comprimendo, vt gallus excernere non poſſit feces; & ſi excernat, non extrahamus donec moriatur, quod fit ſpacio vnius horæ. Hoc facto monent, vt ponamus emplaſtrum, quod reſiſtat veneno, & faciat ad attractionem, & maturationem. Et ita accipiunt ſuccum apij eleoſelini dicti, ſuccum ſcabioſæ, ſuccum conſolidæ mediæ, ſuccum vincetoxici; ſi haberi poteſt; ſin minus, reliquatur: & folia rutæ, atque cum farina emplaſt. faciunt. Sed accidit, vt ita furioſus ſit bubo, vt ſtatim corrumpi incipiat, & cruſta obduci, & gangrenari, in eo caſu veniamus ad exuſtionem; aliqui ſecant, & ſtatim

Dioſc. lib. 3. cap 64.

tim

tim vnguento ægipt. explent vel illo Auic. vel Io. de vigo rubuſtiſſimo. alij exurunt auro ignito, quod cum non ſit ita commodum, ego laudo ex calibe vel ferro fieri, alij parant ex ære. ſed inuenta eſt ratio commoda per cinerem, & oleum ab ipſis met ægrotantibus. accipiunt linteum, in quo quemlibet cinerem ponunt, deligant, & conficiunt faſciculum: alligant ſtipiti, qui ſit veluti manubriolum: addunt oleum in ollula, admixta mica ſalis. dum bullit olla, imponunt faſciculum, & extrahunt tangendo locum affectum primum leniter, poſtea grauiter, demum grauiſſimè, & ita exurunt bubones. Quibus exuſtis venimus ad maturationem exuſtæ materiæ, & ad reliqua, quæ communicaui in curatione carb. exuſti. Addo præceptum, vt moneatis eos, qui liberati ſunt à furore morbi, vt ſemper diù ſeruent apertum vlcus: quia vidi poſt 30. vel 40. dies in eodem loco, ſanato vlcere, erumpere nouos bubones, nam terminus 40. dierum eſt terminus abſolutus peſtis, vt eiuſdem lunæ integræ efficiatur iſtud ſpacium, ita vt viderimus incipientem lunam, plenam, & deficientem, ſecus non ita tutus eſt terminus iſte. Et de bubone peſtilenti, quantum pertinet ad cauſas, ſigna, præſagia, curationem, atque præſeruatio em, hæc in gratiam ueſtram dixiſſe ſat eſt. ſi datur occaſio communicabo cætera.

Nouũ medicamẽtum facile.

Præceptum notandum

F I N I S.

GABRIELIS FALLOP. QVÆSTIO

DE PRINCIPIO VENARVM,

VBI DEFENDVNTVR MEDICI, ET

Philoſophorum ſoluuntur rationes.

Proponitur, & declaratur quæſitum Cap. I.

ORITVR *quæſtio an in corpore humano ſit pars, ex qua habeant principium venæ; & quia omnes concedunt hoc, ideo non eſt diſputandum, an detur nec ne; nam in rebus confeſſis, vbi nullum eſt dubium, non eſt facienda quæſtio; ſolùm quæro quæ ſit pars, quæ dici poßit principium venarum. ſed prius diſtinguere oportet: tripliciter enim eſſe poteſt aliquid alterius principium. vel, vt ſit pars, ad quam venæ naſcantur, veluti germina in arboribus. primum enim quod naſcitur in omni viuente planta, eſt pars illa, in qua coniunguntur radices, & caulices. Ariſto. Theoph. & Gal. conſentiunt. & dicitur principium in generatione, eo quòd illud primum ſit genitum. Hoc principium non datur in venis: quia antequam gignantur venæ, non gignitur aliquod viſcus prius ipſis venis. nam, ſi reſpicimus cor, & hepar, & omnia viſcera; nulla pars eſt prius natura, aut tempore venis. ſecundum genus principij erat, vt aliqua conſtituatur pars in corpore, quæ ſubminiſtret facultatem venis? Non eſt dubium, quòd datur principium hoc, à quo emanat uis, qua conſeruetur vita venarum. in hoc ſecundo conueniunt omnes, quòd ſit cor, à quo, tanquam à fonte, emanat vis vitalis. ſed dubitatur quæ ſit pars, quæ ſubminiſtret, vt venæ alantur naturalibus facultatibus. in hoc conueniunt, quòd inſitam facultatem habeant, qua alantur; Ariſtotelici conſtituunt principium, cor & naturalium, & vitalium facultatum: Medici vitalium cor, naturalium hepar efficiunt. de hoc diſputatur an à corde, an ab hepate venæ principiũ habeant naturalium facultatum. Tertium genus principij eſt, quum partem nobilem*

Triplex principium.

Principium generatiõis

Principium uitæ.

nobilem proponuimus, quæ debet ſubminiſtrare vires reliquis corporis partibus, & cum hoc non ſine inſtrumento fieri poſsit, iſtorum inſtrumentorū requiritur Dominus: & cū venæ ſint inſtrumenta deferendi ſanguinem, quod eſt principium, quod ſubminiſtret venis ſanguinem? Ariſto. proponit cor; Medici proponunt hepar, & de hoc diſputamus. & in hoc vertentur omnes argumentorum claſſes. iſta quæſtio diffuſius tractatur, quàm requirat, à multis; & cum non diſtinguant de principijs nihil faciunt. omnes conſentiunt cor eſſe principium vitæ, non ergo quæritur hoc.

Principium ſanguinis.

VARIAE OPINIONES CAP. II.

IN hac Quæſtione variæ fuere ſententiæ, non ſolùm Ar. & Gal. ſed etiam alij fuere, qui loquentes de principio ſubminiſtrante facultates, oculos propoſuere, cum videant eſſe nobiliſsimam corporis partem: & ità ab oculis, vt à fonte, & principio, vel à partibus, quæ ſunt circa caput, venas ducere principium ſtatuebāt. Diogen. & Pelops Galeni præceptor fuerunt huius ſententiæ. vt habemus ex Ariſt. 3. de hiſtor. an. 2. 3. & 4. apud Gal. 6. de placitis Hipp. & Pla. 3. Alij fuere, qui dixere eſſe à corde, & iſti ſunt Peripath. Heraſiſtratus &c. Alij propoſuere hepar. & primus fuit Hipp. Gal. & Medici quarto fuerūt, qui cū viderent difficulatates iſtas ab vtraq; parte: doctiſsimi viri, & anathomici excellentiſsimi ſub iudice litem reliquere. Herophilum dico excellentiſsimum anathomicum, quo præſtantiorem non video vllum inter antiquiores. Nam ex his, quæ Gal. impugnat de ſuis colligo eum centuplo ſuperare Galenum. Vtinam eius opera haberemus. Hic faſſus eſt neſcire hoc principium venarum; & certè ſcire non poſſe: & ideò quæſtio hæc inutilis eſt. primùm, quantùm ſpectat ad opinionem oculorum, non eſt, quòd ego multùm laborem in ea confutanda, cum Ar. impugnauerit, & Gal. paſsim in lib. de placitis multis in locis. Herophili opinio relinquenda; nam ex ea ſequitur rerum incertum principium. & ideò tota difficultas eſt in illa, quæ cor, & in illa, quæ hepar conſtituit. & primo ponamus rationes, quòd à corde ducant ortum venæ cum ſit antiquioris authoris opinio ex Ariſt. 3. de hiſt. an. 3. & 3. de part. 4.

Diogen. & Pelopis opinio, quòd oculi ſint pricip. uen.

Peripat. op. Heraſiſtrat.

Heroph. op.

3. de par. an. & 3. de hiſt. animalium.

PONVNTVR ARGVMENTA ARIST. probantia cor eſſe principium Cap. III.

SEPTEM in locis allegatis proponuntur ab Ariſt. rationes robuſtiſsimæ anguſtè, & ſtrictè more ſuo prolatæ. prima eſt. cor eſt principium caloris, & ſanguinis, venæ ſunt inſtrumentum deferendi calorem, & ſanguinem

Prima ratio

nem, ergo cor eſt principium venarum; quia venæ ſunt inſtrumenta cordis. in quo loco apud Ariſt. ſciatis, quòd per calorem intelligit facultatem, & ſe ſæpius declarat, vbi per calorē facultatē intelligit; calor; quoniā ab eo reſultat facultas; facultas quia effectus caloris. dato quòd ſit verū, vt ab Ariſt. probatur, quòd tota generatio ſanguineorum ex ſanguine ſit, inter quæ continetur homo. hoc dato, ſequitur, vt in his animalibus aliqua pars principalior conſtituatur: cum etenim vnum ſit animal, & vnica facultate vtatur, vnica conſtituenda pars, à qua regatur facultas: iſta de neceſsitate inter carnoſas partes eſt, aut illa, quæ primùm apparebit: nam principium ortus eſt cauſa dominij, quod in ciuilibus apparet: primogenitus enim Princeps eſt: quod in plantis apparet in radicatione, quæ ſubminiſtrat alimentum omnibus partibus. vel ſi non erit illa, erit, cuius maior neceſsitas, & ſine qua, nec per momentum temporis poſsit conſiſtere animal. ſi igitur aliquo iſtorum modorum pars principalis eſt conſtituēda: videamus an aliqua ſit talis. conſentit Gal. quòd cor eſt prima pars, quæ apparet inter carnoſas, ergo Princeps. Quis erit principatus? non niſi in fouendis, & conſeruandis partibus, ergo cor eſt principium. ſecundo conſtituamus vſum nobiliſsimum. Cerebrum magnos præſtat vſus, ſed deſipiat homo, corrumpantur ſenſus, fiat ſtupidus, lædatur quouis pacto cerebrum, adhuc animal eſt. De hepate, videmus conſumptos homines; corruptum hepar gignere aquam loco ſanguinis, & tamen viuere hominē; quia adhuc viuit cor, quæ eſt pars vitā fouēs. laceremus cor, ſtatim perit homo. ſine motu, & ſenſu viuimus, ſine rōne viuimus, ſine nutritione aliquātiſper viuimus, at nō ſine corde: ergo cor ratione vſus, & genituræ prima eſt principium; ergo meritò venæ debent ab iſta parte facultatem recipere, quæ prima eſt. multis alijs rationibus poſſet probari, ſed hæc ſint ſatis. Secunda ratio. meritò ſimilitudinis, & diſsimilitudinis indicatur inter organum, & illud, cuius eſt organum. nam organa ſimilia Principi dicentur eſſe illius magis, quàm illius, cuius ſunt diſsimilia, ſed uenæ habent magis conſortium cum corde; nam cor durum, ſolidum, & quaſi coriacea ſubſtantia conſiſtens: ſi conſpiciamus hepar; ſubſtantia eius flaccida, & in eo non eſt ſimilitudo cum venis: cùm ergo uenæ deferant ſanguinem, uel à corde, uel ab hepate deferunt, ſed cum ſimiliores cordi, ideò à corde deferunt. Tertia ratio eſt omnium uenarum principium unum conſtituendum, cum omnes uenæ ſint inſtrumenta ad inſeruiendum, non ad regendum; & principium hoc quod eſt conſtituendum, (quoniam non commoda eſt multitudo Principum in Regno) videamus quæſo. nos habemus venam arterialem, arteriam venoſam; venam, quæ dicitur pulſatilis arteria, venam cauam, & venam quietam. iſtæ à quo oriuntur? non ne Medici fatentur venam arterialem, arteriam venoſam, & pulſatilem venam à cor-

Secunda ra[tio]

Tertia ratio

de oriri; ſi ex quinque venis vos conceditis tres originem ducere à corde, cur non concedunt etiam duas alias? Addatis quarto in loco. venæ habent principium ſanguinis à corde; quoniam ibi videmus fontem ſanguinis verum. ſiquis videret canalem iunctum fonti, in quo aquæ copia, quis eſt, qui diceret illum canalem recipere aquam à riuulo paruulo? certe nullus negaret ab ipſo fonte: at in hepate non videmus cauitatem, nec fontem ſanguinis, ſicut in corde. aperite ventriculum dextrum cordis, inuenietis fontem ſanguinis, tanquam in lacuna, & iſte egreditur ex hoc fonte in venã cauam; in hepate verò non eſt fons, niſi venæ aliquæ, ſicuti in alijs partibus, ergo ratione fontis ſemper dicemus à fonte recipere materiam iſtam, & oriri venas. Quinto quum videmus venas partes viſceris, non debemus dicere oriri ab his; quoniam venæ diſſeminantur per partes, quod accidit in hepate. nam hepar habet venas diffuſas per propriam ſubſtantiam, à quibus formatur, nã ibi ſunt rami venæ cauæ, & venæ portarum, ergo hepar non eſt principium, imò eſt conſtitutum à venis; ſed vena caua eſt coniuncta cordi, & illud non perforat: dexter ventriculus cordis perforat venam cauam. eſt vena ibi, vt famulus oſtio adſtans. cum iſtæ venæ coniunctæ ſint hepati, & cordi: hepar efficiant, cordi aſſiſtant, vt famuli, ergo non eſt dicendum hepar eſſe principium, & Dominum: ſi eſſet principium, non perforaretur, non conſtitueretur ab his. Sexto addatis, quòd vera eſt propoſitio: minorum maiora ſunt principia: hoc aſſumit confeſſum Ariſt. & à nullo negatum: apparet in plantis: caulicem conſtituimus Principem ramorũ maiorem. ſi hoc eſt: non eſt dubium in omnibus rebus, in quibus dantur partes minores, & maiores, ſemper maiores ſunt principia illarum, quæ minores ſunt; vt radicatio eſt principium caudicis, caudex ramorum, rami germinum, quia craſſiores, & maiores ſunt. Hoc ſtante: idem accidit venis: nos habemus partes venarum maximas, latiſſimas, habemus minores, & capillares: capillarium principium eſt maior vena: maior habet principium à cauiſſima vena, & hoc confirmatur, & probatur, & admittitur. iſta pars latiſſima venæ, quæ eſt principium venarum, cui parti hæret? Veſſalius dicit, hærere cordi. Anathomici omnes conſentiunt, & quòd minus amplum ſit venoſum genus, quod hæret hepati, ergo cor erit principium ſubminiſtrandæ materiæ, & facultatis venis. His rationibus, quæ potiores ſunt probant Peripath. cor eſſe principium materiæ, & facultatis venarum. et notate quòd, vt ipſi aſſequantur hanc concluſionem, fugiantque argumenta medica; dicunt quando dicimus cor eſſe principium, intelligimus eſſe principium perfectiuum, ideſt quòd venæ accipiant facultatem à corde perfectiorem: non negant in hepate fieri ſanguinem, & adeſſe facultatem, ſed ſanguinem crudum eſſe tantùm, quo ad colorem; qui poſtea defertur ad cor, & tunc optime

Quarta rã.

Quinta rã.

Sexta ratio.

Limitatio opinionis Peripatetti.

mè perficitur, & omnibus notis ſanguis eſt, & colore, & ſubſtantia, & perfectione. Huiuſmodi limitationis author eſt Alex. & Themiſt. in paraphr. de ſomn. & vigil. cap. 13. Et aſſumunt ab Ariſt. in lib. de alimento, quem non habemus. Vltimo addo authoritates, quibus confirmant ſententiam ſuam. legite Hipp. in lib. de carnibus, vbi ait cor ad caput cauiſſimæ venæ ſitū eſt. ſi igitur cor eſt poſitū ad caput venæ, ergo ab eo eſt principiū, & defertur facultas venæ: eſt ſecunda authoritas eiuſdem ibidem, qui inquit: cauiſſima vena eſt propè cor, tertia authoritas eſt Hipp. in lib. de anathome vbi dicit: vena magna à corde ad hepar venit. Ecce, quòd Hipp. conſtituit principium cor, à quo prouenit ad hepar vena. Quarta eſt authoritas Platonis in Timæo: vbi ſubdit hæc verba. cor eſt principium venarū, & ſanguinis fons, qui defertur cum impetu per vniuerſum corpus. His itaq; rationibus, & authoritatibus habemus confirmatā Ariſt ſententiam, quòd principium, fons, & origo venarum conſtituatur eſſe cor. aliquot ex his argumentis robuſtiſſima ſunt. Galenus ita languidè arguit, vt mirer, cum potuerint addi demonſtrationes.

In lib. de animal. cap ult. Vltima rō ab authoritate.

Secunda authoritas Hipocra.

Tertia auth. Hippocra,

Quarta author. Plato.

RATIONES IN OPPOSITVM dantes hepati principatū Cap. IIII.

CVM vena ſit conſtituta inſtrumentum deferendi alimentum, & facultates, opus eſt, vt ſeruiat alicui parti principi, vndè hanc facultatem accipiat. Omnes concedunt hoc. lis eſt in parte. aliјs partes ſuperiores capitis videntur. hi reprobantur ab Ari. & Gal. tota vis conſiſtit in corde, & hepate. Ariſt. cor eſſe contendit; audiuiſtis eius rationes. Audiatis modo rationes, quibus Medici ſuam tueantur opinionem, & quanuis à Gal. leues afferantur plurimæ, aliquot tamen poſſunt ſtabiles adduci, vt demonſtrationes quodammodo ſint. Prima autem eſt aſſumpta à ſimilitudine, & eſt Gal. Nam, vt in arboribus caudex, & radices habent principiū alimenti, & diſſeminantur in terra, vt alliciant alimentū, quod collectū in capillatione ſubminiſtretur omnibus partibus, eadē apparent in venis, & hepate. nam nos videmus inteſtina, in quibus continetur chylus, quæ habent ſimilitudinem ſoli, per quod radices diſſeminātur; & quod indè venæ attrahunt ſuccum, & iſtæ venæ colliguntur, & faciunt vnam venam, quæ dicitur vena portarum, vndè iterum diſſipantur venæ, & hoc eſt in hepate, vbi diffunditur plurimis capillamentis, vt ſanguinem faciat, & det aliјs, aliјsq; ſubminiſtret. ergo hepar eſt principium venarum, & venæ hepatis inſtrumentum. hepar eſt vera, & perfecta ſanguinis officina, ergo ab ipſo pendent, vt propria inſtrumenta, omnes venæ. ergo hepar eſt principium venarum. Maiorem

Epilopus.

Prima ratio

Secunda rō.

iorẽ probo. ſi non eſſet hepar perfecta officina; ſed immutans chylum nõ perfectè in ſanguinem, ſequeretur, quòd in venis eſſet ſanguis diſtinctus à ſanguine contento in venis hepati proprijs. nam hic alteratur ab hepate, ille, qui aſcendit per venam cauam habebit ortum à corde. At ſecate animalia viua, mortua, quæuis; nunquàm reperietis tantillum differentiam inter carnem hepatis, ſanguinem hepatis, & diffuſum per vniuerſum corpus, ergo illa eſt natura eadem penitus ſanguinis, eædem notæ, & eadem accidentia, ergo opifex erit hepar: è contra conferatis ſanguinem ſpirituoſum, qui procedit à corde, cum ſanguine hepatis, videbitis differentiam inter eos, ſicut inter album, & nigrum; cordis eſt ſpirituoſus, & purpureus, hepatis niger,

Tertia rõ. & craſſus. Tertia ratio. Nos ſupponimus certum eſſe, quòd omne, quod alterat, alteret alteratum in ſui ſimilitudinem: hoc non probamus. nerui enim alterant in mucum, os in materiam craſſam &c. videamus an ſanguis proportionem cordi, vel hepati; non eſt dubium, quòd nec partes neruoſæ cordis, nec hepatis venæ primò, & per ſe faciunt ſanguinem, ſed ſubſtãtia met, ideſt pars carnoſa. Hoc ſtante: alimentum fit ſanguis: à corde, vel ab hepate? animaduertamus an ſanguis aſsimiletur magis cordi, vel hepati? tanta eſt ſimilitudo ſanguinis cum hepate, vt hepar, non caro, ſed ſanguis concretus videatur. à corde toto cœlo diſtat. caro palleſcit cordis, non nigreſcit, vt ſanguis. vndè Antiqui parenchyma, ideſt transfuſum ſuccum .i. ſan

Quarta rõ. guinem concretum vocarunt hepar. à ſimilitudine igitur hac colligitur hepar eſſe ſanguinis officinam. Addamus in omni officina, in qua elaboratur materia aliqua, reperiuntur receptacula excrementorum, quæ reſultant à materia elaboranda, dum præparatur, & alteratur materia: quotieſcunq; nos reperiemus excrementa materiæ alicuius circa aliquem locum, ibi dicemus eſſe officinam: circa tonſtrinam capillos videmus; circa officinam fabri ferrarij, adeſt ſcoria ferri; & ſic in omnibus officinis accidit. idem facit natura. ſi in corde perficitur ſanguis, & cor eſt officina, ergo circa cor erit excrementum, & vaſa illud continentia. vndè neceſſarium eſt, vt, dum concoquitur alimentum, excremẽtum fiant. ſed vos reperietis receptacula excrementorum circa hepar, non circa cor: ergo hepar eſt officina. videtis lanificos iſtos: habent genus pectinis craſſum, quod facit ſtuppam craſſam, poſtea habent ſubtilius: ſic dicunt Ariſtotelici, in corde non fit tanta ſtuppa, ſed excrementum tenue. quæro vbi ſunt receptacula iſtius excrementi tenuiſsimi? hoc non eſt ergo, ſi expurgatur ſanguis ab omni ſtuppa, & craſſa, & tenui in inferiori ventre, ſequitur, quod non modo primam, ſed vltimam, & perfectam concoctionem recipiat à iocinore, & ibi ex toto expurgetur ab omni genere excrementi: ideò colligo hepar eſſe officinam ſanguinis, ergo eſſe etiã principium venarum. Addatis dicit Ariſt. venarum dan

Quinta rõ.

dum

dum principium concedo: ergo vnum: concedo. videamus ſi venæ oriuntur à corde.& loquimur de vena quieta: quãuis.n.reliqua tria genera dicãtur, venæ tamen venæ non ſunt. non loquor de arteria; quia illa ſapit cartilaginis naturam. Videamus an maior pars venarum colligetur hepati an cordi: prima eſt vena vmbilicalis, quæ gignitur primò in fœtu. ſecunda eſt vena portarum. tertia eſt vena caua, iſtæ venæ à qua parte oriuntur? vmbilicalis nil penitus habet commune cum corde, nec etiam ſecunda alia: ſed cõnaſcuntur hepati, & ſunt veluti ipſius ſubſtantia. ſed maior pars venarum oritur ex hepate, quia ex tribus geminæ ab ipſo oriuntur. Tertia etiam vena, cum hæreat ipſi, non eſt negandum eſſe eius inſtrumentum. Addatis; ſi vena eſſet cordis inſtrumentum fruſtra ageret natura: quoniam feciſſet aliquot partes ad vſum inutiles. ſunt enim tres membranæ, quæ triſulcæ vocantur, quot ſunt in quolibet animali, et ſunt in deſtro ventriculo cordis, & factæ ſunt, ne ſanguis egrediatur ad venas, ergo ſanguis ſi transfunditur ad venas à corde; iſtæ tres membranæ erunt inutiles; quia, ſi cor mittit ſanguinem, ipſæ non claudunt cordis orificium. Natura poſuit illas ad hoc, ne egrediatur ſanguis. ſi iſtæ membranæ funguntur munere ſuo, ergo cor ſanguinem venis non communicat. dicent non impediunt, non faciunt munus ſuum. ergo ſunt fruſtra, ergo natura aliquid agit fruſtra. Neutrum dicet Ariſt. ergo dicendum eſt quòd venæ ſunt poſitæ ad hepar, & ab eo principium ſumunt: vos videbitis ſemper venas in hepate replens eſſe, & nihil impedire, vt transfundantur ad partes. Addite ſi vena inſtrumentum cordis, de neceſſitate ſequeretur, quod vena pulſaret. reſpondent, quia non habet materiam aptam ad pulſationem: pulſaret, at non habet. aliomodo reſpondent negando ſequelam; nam aliæ venæ ſunt à corde, & non pulſant, & à Gal. conceduntur. Ego dico quòd omnes venæ ex Ariſt. ſententia. pulſant. vbi.d. quinetiã venæ omnes, & ſimul inter ſe pulſare ſolent; quia omnes à corde oriuntur. quæro cur pulſant arteriæ? quia oriuntur à corde, ergo omnes venæ, ſi à corde orientur, de neceſſitate pulſare debent. Dicẽt non adeſt materia oportuna. Ar. non proponit materiam pulſationis eſſe ſubſtantiam venæ; ſed potius calorem, & feruorem, & ipſe Ar. ponit venas eſſe calidas, & deferentes ſanguinem. adeſt cauſa efficiens ſcilicet calor, canalis mollis ergo diſtendi debet. ſcitis quare non pulſant? quia non à corde. vera eſt Ar. ſententia: venæ à corde venientes pulſant, at iſta non pulſat, ergo non à corde. Addatis octauo, quæ (mea ſententia) demonſtratio eſt, ſi vena caua, quæ defert ſangninem pro nutritione deferret à corde, neceſſarium eſſet, vt vena caua orta à corde diffunderetur per vniuerſum animal ſanguineum, hoc non fit, ergo ſequitur, quòd cor non eſt eius principium. Dicet Ariſt. non ne pars oritur à dextro ventriculo cordis. concedo in aliqui-

Sexta ratio.

Septima r.

i lib. de reſp. cap. 11.

Octaua ratio demonſtratiua.

aliquibus animalibus, ſed nõ in omnibus ſanguneis. omne animal cor habet; omne habet ſanguinem pro nutritione. Ego habeo piſces ſanguineos, in quibus reperitur vena hæc ampliſſima, quæ habet proprium locum in hepate. & ſtatim quùm eſt ſupra hepar, diuiditur in tres ramos. (notate, quia hoc non eſt ab alijs animaduerſum) in duos laterales tendentes ad ſuperiora, magnos; & in vnum paruũ, qui petit cor, & ibi complet curſum ſuum. ſi ille eſt, quæ ſubminiſtrat ſanguinem vniuerſo corpori, cur ergo non aſcendit ad ſuperiores partes corporis? ex hoc colligo, quòd cor non poteſt eſſe principium venarum, nec ſanguinis officina; loquor de venis veris, nõ de arterijs, ſed in animali ſanguineo, quanuis venæ cum corde habeant coniunctionem, hoc eſt pro cordis nutritione; in hepate autem, vt ex eo ad vniuerſum corpus deferant materiam.

Nona ratio.

Vltimo: ſi vena caua eſſet à corde, vndè orietur in animalibus, in quibus non eſt, niſi vnus ventriculus? vena caua oritur à dextro ventriculo cordis; ſed non omnibus animalibus eſt dexter ventriculus vndè ergo orietur? non à ſiniſtro, quoniam inde oritur arteria, vt in piſcibus, ergo non à corde. Ergo falſa eſt Ariſt. poſitio, & vera dicitur eſſe medicorum dicentium ab hepate principium habere venas. iſtæ ſunt potiſſimæ rationes, quæ poſſunt pro Medicis afferri. Infinitæ aliæ ſunt: veluti illa Gal.

Galenus taxatur.

qui aſſumit rationem ex diuiſione venæ cauæ in animalibus perfectis. Hæc diuiſio falſa eſt; quoniam non diuiditur vena caua ſupra hepar, niſi in piſcibus, in quibus non eſt ventriculus dexter cordis;

Secundus error Galeni.

tentat probare Gal. quòd vena caua diuiditur ea ratione, qua vena aorta diuiditur, quùm eſt extra à corde, ita iſta. falſum eſt, diuerſus.n.eſt diſtributionis modus aortæ venæ, & cauæ.

Tertius error Gal.

vult Gal. tertio quòd vena caua eſt latior ad hepar, quàm ad cor. ſed eſt falſum.

Quartus error.

quarto dicit quædam de ſiniſtro uentriculo, quæ non ſunt ad propoſitum.

Quintus error.

Quinto dicit venæ cauæ diuiſionem eſſe ſupra ſeptum tranſuerſum. quod non eſt verum, niſi in piſcibus.

10 argumẽ.

Hoc anathome impugnat. Poſſem ego ab inſectis argumentum ſumere. nullum eſt tam paruum inſectum, quod cordi particulam correſpondentem non habeat, ſed non habet hepar, & tamen in his non inuenimus, quod venis, reſpondeat. ergo cor non eſt principium ſanguinis.

ab inſectis

ſed huiuſmodi argumentum inualidum eſt.

Authoritas Hippo.

Poſtremo Hipp. in lib. de alimento dicit. Iecur eſt radicatio venarum, radicatio arteriarum cor. in 2. de natura humana ſect. 6. in lib. de fœtus formatione vocat Hipp. venam cauam iecorariam, quod nobis inditio eſt eſſe hepatis inſtrumentum:

Lib. hic de alim. Gal. negat eſſe Hippocr. ſed tñ grauis uiri aut Theſſal. aut Heroph.

præterea tota ſchola Anathomica, præter Veſſal. qui affectauit Ariſt. eſt contra Ariſt. Peripathetici ignorant anathomen, & ità in hac cognitione imperfecti ſunt. merito ergo anathomicus debet recedere à Philoſophis:

Argumen ũ perſuaſiuum

Medici melius callent anathomem: at omnes anathomici tàm antiqui, quàm recentiores, cùm volunt explicare venã cauam, incipiunt ab hepate, & prius.

facul-

ſacultatem, & naturam ſanguinis explicant hepatis, cum de arterijs loquuntur, à corde initium ſumunt: hoc eſt inditium ipſos cognoſcere ab hepate venarum ortum eſſe. Vnum tamen vos monitos eſſe velim, quòd non credatis hanc difficultatem anathomica adminiſtratione tolli, atq; determinari; benè tamen ea opem, & auxilium habere poſſe: quare concluſum ſit Gal. ſententiam veram, Ariſtotelis eſſe falſam.

DETERMINATVR SENTENTIA Gal. melior Cap. V.

QVAE validiora eſſent argumenta, quibus poſſemus aſtruere veram eſſe Gal. ſententiam, quòd venæ eſſent inſtrumenta hepatis audiuiſtis in ſuperiori capite. leuia à me neglecta ſunt. addi poteſt illud, quòd Medici emplaſtra ponunt hepati, cùm non probè ſanguis elaboratur: quod leue eſt; nā ità paucos hydropicos ſanant Medici, vt Peripatheticus dicere poſsit caſu potius id fieri; ex centum enim duo, aut tres ſanantur, quum confirmatus eſt affectus; ſed nihil ad rem. propoſitis igitur altercantibus ſententijs, vera eligenda eſt? Quanuis Ar. validas afferat rationes; ego tamen magis ad Medicos inclino. Non quia Medicus ſim; ſed quia ratio mihi hoc perſuadet. & ego obſeruo, quòd anima noſtra habeat tres vires, primò, vt moueat; ſentiat, intelligat in homine. ſecundo, vt vitam det, & omnes iraſcibiles effectus ſubminiſtret. tertio, vt etiam partes corporis noſtri foueat, & nutriat, & omnia, quæ ad concupiſcibilem animam pertinent, conſeruet, & perficiat. videoq; in anima rationali contineri duas alias potentias, vt trigonum in tetragono. quum obſeruem hoc, video tres partes in corpore humano primarias, & principes ex ſententia Ariſt. & omnium Philoſophorum. & video etiam, quòd nullum eſt animal ſanguineum, in quo motus ſit, ſenſus, vis, qua viuat, & nutriatur, in quo tria viſcera non ſint. Et cum tres iſtas partes ſpectem, ſcilicet cerebrum, cor, & hepar, & nullum animal his carere; cumq; animaduertam animal tribus his membris præditum tria habere facultates, de neceſsitate cogor, vt etiā partiar, & diuidam, atque diſtribuam iſtas vires animæ per ordinem partium iſtarum, & videtur iniuſtum adſcribere omnes facultates vni parti. Non eſt dubiū, nec hoc ego ignoro: animā eſſe impartibilem, ſed facultates ipſius diſtribuo iuxta partes; & cum tres ſint facultates, & tres partes principales, ergo diſtribuendæ ſunt iuxta tres partes. & cum anathome, quæ iuxta ſenſum verſatur, luce clarius dicat, virtutem animæ motricem, & ſentientem à cerebro haberi (& ſi quis negat hoc, demens eſt, vt Alex. qui volebat hæc oriri à corde; parcant mihi doctiſsimi viri; ligamus neruum ſtatim

Animæ vires tres.

cedunt omnia) ſenſu vero cognoſcimus quòd nerui ſunt inſtrumenta motus, & ſenſus; hi autem à cerebro oriuntur. in corde ita parui nerui ſunt, vt dedignemur eos vocare neruos: cũ ſenſus indicet hoc, non diſputemus: ſi vultis conuincere eos deſcendite ad anathomẽ; ſi volunt ſenſui cedere. prima itaq; facultas data eſt cerebro. ſecunda facultas, qua viuimus, (quia habemus calorem diffuſum vitam conſeruantem) cordi adſcribitur: nemo autem negat cor principium vitæ: licet anima ſit tota in toto. ſi hoc eſt, ego quæro. ſi manifeſtè apparet motricem facultatem, & ſentientem agere ratione cerebri; qua viuimus, ratione cordis: cum tria ſint viſcera; relinquitur facultas, qua nutrimur, cur cordi aſcribenda, & non hepati, quod eſt alia pars principalis? cum autem iſtius facultatis communicandæ inſtrumenta ſint venæ, & in hoc conueniant omnes, meritò hepar erit principium venarũ. hoc ſtante non ſentio difficultatem aliquam ex propoſitis ab Ariſt. ita ardeo animum ligare, vt ab hac veritate diſcedere poſſit.

RESPONDET ARISTOTELIS RATIONIBVS, & impugnantur obiter, qui volunt Ariſt. & Gal. concordare Cap. VI.

Ad tertiam rationem, AD argumentum de vnitate principij: aſſumitur, quod non eſt verũ; non enim poteſt dari vnum principium, niſi illud ſit conſeruans, vel finis. datur finis, & conſeruans; DEVS eſt efficiens conſaruans, non ſimpliciter efficiens: eſt etiam vnicum principium omnium rerum ratione finis. ſed ſi loquimur de cauſa efficiente continente, coniunčta, & neceſſaria, non eſt neceſſe dare vnum principium: quoniam cum tres facultates differant ratione ſaltem, quomodo poterunt habere principium vnum idem ratione, & eſſe & actu ratione demonſtrato? cum igitur vna tantum ſit natura cordis, dependens ab vna ſubſtantia cordis, à carne ipſa, quæ eſt vna, quomodo poteſt eſſe cauſa actuum voluntariorum, vitæ, naturalium &c? nam, ſi verum eſt, quòd omnes actus, qui proueniunt ab animalibus, ſint actus, qui oriantur à facultate, quæ reſultat ex mixtione partium, quod verum eſt, neceſſarium erit, cum facultates ſint diuerſæ, vt diuerſa ſint temperamenta in partibus, in quibus ſunt facultates: ſed actus, quo ſentimus differt ab actu, quo viuimus, ergo in corde erit temperatura apta ad actiones voluntarias ſentientes mouentes, &c. cum hoc falſum ſit, falſum eſt eſſe omnium facultatũ principium. de neceſſitate ergo ſunt diuerſæ temperaturæ in diuerſis partibus.

Redarguit Ar. ex ſeipſo Quòd autem debeat hepar conſequi facultatem; volo redarguere Ariſt. ex ſe ipſo 3. de part. an. cap. 7. vbi dicit cor, & hepar eſſe neceſſaria: neceſſarium eſt cor, vt focus, in quo calor naturalis ſeruetur ad vitam. neceſſarium

eſt

eſt hepar, vt faciat alimentum pro vniuerſo corpore: ergo ibi neceßitatem, & vſum hepatis confitetur: ex quo loco fuere doctißimi viri, qui prætermodum addicti Ariſt. & Gal. cum nollent offendere aliquem, conciliarunt eos; & tenent conſentire ſimul, quòd hepar ſit fons ſanguinis: ſed Ariſt. vult, quòd ſanguis leuem perfectionem accipiat à corde, quod facit ad vitam, nõ ad nutritionem: & quùm Ariſt. dicit cor eſſe fontem ſanguinis, dicunt loqui de ſanguine ſpirituoſo. Zimara in Tabulis digreditur non poſſe hoc conciliari. cum ego iſthæc viderim tueor Gal. Neque reſponſio iſtorum multi eſt momenti: quòd eadem facultas diffunditur à corde, quæ facit in hac parte hanc, in illa aliam actionem. ſequeretur enim quòd vna facultas eſſet in anima, & non tres, vt dicit Ariſt. ſunt tres facultates, tres potentiæ in anima, quæ in vna anima conſiſtunt iuxta tria viſcera. ſed deſcendamus modo ad ſoluendas Ariſt. rationes. & ad primam; quando dicit, cor eſt principium ſanguinis: negate hoc. ſanguinis arterioſi, ſpirituoſi vitalis, concedo, ſed non omnis. Gal. in lib. de conſeru. fœtus concedit principium caloris eſſe cor. ad probatiorem: tota generatio in ſanguine conſiſtit: falſum eſt hoc; quoniam in ſpermate etiam. ſuppono hoc, cum ſit quæſtio illa longa aliàs fortaſſe diligentius examinanda. aſſumebat inter omnes partes ſanguineas primum eſſe cor. concedebat Gal. in primo de ſemine, & in ſexto de placitis, tamen in 3. cap. lib. de formatione fœtus negabat, & dicebat, quòd prius generatur hepar. Videamus an ita ſe habeat. Domini res ita ſe habet, vt oculus humanus cognoſcere non poßit vtrũ prius generetur. hoc ego non potui aſſequi niſi in pullis; quoniam fui ſollicitus in hac re, & experimenta plurima feci. Curaui, vt gallinis centum oua imponerentur, quo potuerim omnia commodè perſcrutari: & ſic diebus ſingulis vſque ad 20. videbam duos, in quibus omnem partium compoſitionem contemplari otium erat: præ oculis offerebatur cerebri conformatio, & partium ſpermaticarum, tamen nunquam aſſequi potui cor ante hepar. ſed eadem die cœperunt ambo rubeſcere. credo, quòd cum in his animalibus perfectis id fiat, quòd fiat in cæteris. & quamuis maior coctio neceſſaria ſit in corde, quam in hepate, tamen cum obſeruarim eodem tempore fieri hoc. dico, quòd cum in eo tempore ratione arteriarum calor ſit vehementior circa cor, cor dico exorditum, cumq; circa hepar non ſint ita inſignes arteriæ, & ita calor copioſus in eodem temporis ſpacio facit carnem cordis, quo fit hepar, vbi minus caloris, & concoctionis requiritur. In anathome obſeruaui, quòd per vmbilicum ingrediuntur corpus fœtus arteriæ duæ, quæ inſeruntur arterijs inguinum, per quas arterias communicatur ſanguis per totum corpus fœtus: & cum circa cor ſint ampliores arteriæ maioris ſanguinis copiam habent. Probabãt poſtea cor eſſe principem, quia neceſſaria pars eſt. ob id non probatur præſtantiorem eſſe actum cordis.

Cõciliatoris Gal. & Ar.

Vid. Zim. in tabulis.

Ad primam rationem.

Experimẽtũ

dis. nam actus cerebri præſtantior. corde viuit animal, vt planta; quamuis in ea non ſit cor. at animal eſt animal ratione motus, & ſenſus, quo ergo ad animal, præſtantius eſt cerebrum; quia eo animal eſt animal: ideò non valet: poteſt viuere aliquis ſine motu, concedo, ſed non viuit, vt animal: erepto motu, & ſenſu viuet, vt planta, non vt animal. vt animal oportet ſenſum, & motum habere.

Ad ſecundã ratio. Ad ſecundam rationem ſumptã à ſubſtantia cordis, cum ſit venis ſimilior. diſtinguo de ſubſtantia cordis. ſi de neruoſa, ita eſt hepatis, ſicut cordis: accipiamus membranam, nulla diſsimilitudo eſt. ſi carnem accipiamus cordis, & hepatis; non eſt dura nec hæc, nec illa, vt venæ: vellem viderent ſanguinem ſimiliorem hepati, quam cordi.

Ad tertiã. Ad tertium omnibus venis dandum vnum principium. Sed cum omnes non idem agãt, non neceſſe eſt dari idem principium, cum principium debeat actiones ſubminiſtrare. venæ pulſatiles ſubminiſtrant ſanguinem ſpirituoſum, quietæ craſsiorem, illæ pulſant, iſtæ quieſcunt: ſi diuerſæ ſunt actiones, diuerſa ſunt principia. Præterea cum videant Peripathetici arterias differre toto cælo à venis, ſubſtantia, motu, formatione, nõ ne erubeſcunt numerare venas has inter arterias? ſunt tres venæ caua, portarum, & vmbilicalis, quarum vnus eſt vſus. His vnum dandum principium, ſed non omnibus.

Ad quartã. Ad quartum, in corde ſunt ſinus repleti ſanguine, ergo ibi fons. ſi per ſe, & nõ per accidens, (quamuis neceſſarò) adeſſet; dico quòd fortaſſe argumentum valeret; ſed cum per ſe non adſit ventriculus ille; quoniam adeſt ratione pulmonis, ideò argumentum non valet. per aliud ergo non per ſe. vultis videre? animalia ſanguinea, quæ non habent pulmones, non habent vẽtriculum dextrum cordis. à ventriculo dextro oritur vena arterialis, quæ transfert ſanguinem pulmonibus: quùm non ſunt pulmones, non eſt fons ſanguinis. cum ergo perpetuò non reperiatur in corde fons iſte, ergo cor non eſt fons; quia non per ſe adeſt, nec eſt in hepate: nihil refert hoc: ſi vtilis eſſet, vtique natura feciſſet. nihil enim ſagax dimittere ſolet. ſi commodum fuiſſet naturæ facere cauitatem in hepate, effeciſſet profectò: at non concocta eſſet bene materia; quoniam oportet minutim concoquere. & ideò canales tenues fecit, per quos trãſiẽs materia probè digereretur, & excremẽtis optimè expurgaretur, & ideo cauitatem non fecit in hepate.

Ad quintã. Ad quintum, venæ perforant hepar, & ſunt partes illius, ergo non ſunt ſeruæ. videamus: hoc argumentum ſophiſticum eſt; quia ſupponit falſum, quòd venæ non ingrediantur cor, nam cum viderint venam illam magnam eſſe perforatam, & non intrare cor, non aduertunt alias. nam ſunt in corde duæ venæ ingredientes eius ſubſtantiam, quæ dicuntur coronales: tamen in hepate ſunt plures. ſed nõ valet hoc, quoniam ſi dicas iſtud vas perforat hepar, ergo non eſt miniſtrum eius, arteria perforat ſubſtantiam cordis, ergo à corde non oritur vas deferens vitalem facultatem.

tatem.nam arteria eſt perforans ſubſtantiam cordis geminis ramis, videte ergo leuitatem argumẽti. Ad ſextum, & vltimum; maiora ſemper ſunt conſtituenda principia minorum, ſed pars venæ cauæ maior eſt circa cor, ergo ibi principium.oportet ſcire, quòd nos poſſumus appellare partem illam maiorem verè, & non verè. nam, ſi ad apparentiam confugiamus in corde maior videtur; quia ibi fit ſaccus ampliſſimus recipiens fontem ſanguinis fluẽtis.ſed ſi obſeruamus veram magnitudinem, quã metimur ratione ſubſtantiæ quantæ, dico ibi eſſe anguſtiorem. nõ nego, quòd ex auricula, & ſuperficie extrema cordis fiat ſaccus, ſed minor eſt canalis, quàm canalis in rhenibus &c. His reſponderem, & diluerem argumenta Ariſt. Ad authoritates. primo illa in lib. de carnibus ſuſpecta eſt; quia multi dubitant, an ſit Hippo. cum multa ibi contra Hipp. placita diſſeminentur, præſertim cum in epid. contradicat Hipp. Illa in lib. de anath. ſuſpecta quinetiam habetur, & eam ſuſpectam facit Gal. qui dicit, aduertite, quòd in libris anathomicis Hipp. multæ ſunt adſcriptæ ſententiæ, quæ non ſunt Hipp. ad authoritatem Plat. reſpondet Gal. 6. de Plac. 8. & 3. cap. lib. de form. fœtus, vt concordet Plato cum Hip. dicit Plato cor eſt principium venarum, & fons ſanguinis, qui impetu fertur per vniuerſum corpus; & per venas intelligit ibi arterias, vt facit quandoque Hip. vt eſt in lib. de vuln. cap. vbi arteriam temporum venam vocat. Dicit Gal. quùm Plato dicit, cor eſſe fontem ſanguinis, non abſolutè intelligit, ſed impetu delati, ideſt arterioſi, & ſpirituoſi. ideò authoritas Platonis non valet. Colligetis ergo hanc veritatem. ſi venæ debeat habere principium generationis, dico quòd nullum habent; & ideò errat in hoc Gal. dicens eſſe hepar, imò ipſæ ſunt hepatis principium hoc pacto. ſi loquimur de principio. i. ſubminiſtrante facultatem ſenſus principium, atq; motus, cerebro, vitæ, cordi, nutritionis, hepati aſcribendum. ſi quærimus cui parti famulentur venæ: dicite hepati, qui eſt fons, principium, & origo ſanguinis, & facultatis naturalis.

Ad ſextũ.

Ad authoritates. Hipp.

Platon.

Determinatio breuis.

F I N I S.

GABRIE-

GABRIELIS FALLOPPII

TRACTATVS DE BALSAMO.

Propoſitum, & ordo. Cap. I.

Propoſitum

CVM Dioſcorides de medicamentis tractare inſtituiſſet, non immeritò incœpit ab aromatibus, tanquam à nobilioribus, & viribus, & odore, & guſtu, & ſimilibus notis cæteros antecedentibus. Adde, quòd in aromaticis quædam ingenita vis occulta latet, quæ venenis reſiſtunt eorum vim deleteriam reprimendo; ideoque non immeritò principem locum obtinent. Et quoniã iſtorum aliqua externa ſunt, aliqua in noſtris naſcuntur regionibus: incœpit à noſtratibus ab iride ſcilicet, acoro &c. poſtea ad peregrina ſermonem conuertit; inter quæ liquor balſami eſt hodie tractandus: Balſami inquàm rei mirificæ, non ſolùm à cõmunioribus ſcriptu-

Ordo.

ris, ſed à ſacris paginis celebratæ. Primùm autem deſcribit plantam. ſecundo lachrymam, tempusq; collectionis; tertio quomodo alteretur, vt cognoſcamus bonum ab adulterato. Quarto agit de ligno, & tota planta. Quinto de fructu neceſſario in medica materia. Sexto, & ultimo explicat vires omnes tùm liquoris, tùm ligni, tùm etiam fructus. De quibus omnibus huic eidem ordini inhærentes ſuccinctè, & breuiter Dioſcoridem interpretantes agemus.

NOMINA VARIA CAP. II.

BALSAMVM *à Græcis βάλσαμον dicitur excepto Pauſ. lib. 9. qui vocat πάλσαμον, at hoc nihil refert. ab arabibus belſan vocatur ex Aui.*

Lib. 2 Tra. 2. cap 84.

appellatur etiam belleſem, vel belleſina à Serap. cap. 160. quæ omnes voces deductæ ſunt à Græco idiomate. Noſtri latini balſamum nuncupant, quicquid loco balſami ſubſtituitur; quoniam re uera non habemus, niſi ſubſtituta figmenta fictitia: licet aliqui verum balſamum habere contendant.

Deſcri-

DESCRIPTIO, ET NATVRA CAP. III.

Ex verbis Dioſco. colligimus inter arboreſcentes plantas locum habere balſamum, habere enim dicit perpetuos caulices, ramos, & folia. herbæ autem habent iſthæc ſpatio vnius, aut ad ſummum duorum annorum: & hæc eſt cauſa, propter quam balſami planta connumeratur inter arbores: non quia altitudinem magnã proceris arboribus non abſimilem habeat: quoniam eſt magnitudinis albæ violæ, quæ attollitur in moderatam, & breuem altitudinem. ſed Plin. inquit balſamum creſcere ad altitudinem duorum cubitorum, quæ valde maior alba viola. Pauſ. loco citato dicit eſſe ſimilem altitudini myrti. Theoph. dicit eſſe magnitudinis mali punici, in hoc notate quòd malus punica habet duplicẽ altitudinem: alteram naturalem, alteram arte paratam. Naturalis non excedit altitudinem hominis: ſed ſi malus punica truncetur circumcirca, expurgantur caulices illi ſubcreſcentes: & fit magis procera. quum ergo Theoph. dicit hoc, intelligit malum punicam naturalem habentem magnitudinem, & ita conſentit cum magnitudine propoſita à Pauſ. ſi igitur ab his ſcriptoribus talis proponitur altitudo certe propoſita à Dioſc. magnitudine maior erit. Sed Virgilius Marcellus, qui primus Dioſcoridem tranſtulit, credidit textum corruptum, & vult vt expungatur vox illa albæ violæ: cum habeamus Serap. qui tranſcribit omnia à Dioſc. dicentem habere magnitudinem grani viridis, ideſt Terebinthi: quoniam eadem eſt quãtitas terebinthi, myrti, & mali punicæ Auic. etiam loco dicto aſſerit habere licij magnitudinem, & licij planta numeratur inter arbores paruas. Vnde miror quomodo hi transferentes Dioſco. ponant vtrunq;, ſcilicet albam violam, & licium. ſubiungit Dioſc. huius proceritatis eſſe pyracanthem, quod quid ſit ignoratur. Hæc vox legitur in Dioſc. cap. de primo meſpilo: aliqui volunt vt legamus pixacantha, ideſt ſpinam buxeam, nam eſt arbor, quæ profert licium. ita vt non notet aliam plantam diſtinctam à licio. nam planta vocatur pixacantha; licium eſt liquor profluens à planta iſta; & certè non eſſet præter rationẽ, quòd ſi vos uolueritis non apponere hanc vocem pro expoſitione, ponatis pyracantha. legite Dioſ. in c. de oxyacantha. i. acuta ſpina, quæ dicitur pyrini, ex hac voce facta eſt vox compoſita pyracantha, ideſt ſpina acuta, quæ numeratur inter arbuſta, & paruas plantas: hoc credo quod velit dicere Dioſco. ſi pyracantha legatur: ſed prima lectio magis placet. Præter magnitudinem propoſitam à Dioſco. Plin. addit formam: in genere enim plantarum paruarum aliquæ non ſubſtentantur per ſe, veluti etiam quædam magnæ, vt vitis; quædam ſubſtentant ſe: planta ieſemini arboreſcit, ita vepres, & rubus, & oportet ſubſtentari: aliquæ verò per ſe ſtant, vt roſmarinus, alba viola, &c. iſta

Lib. 12. ca. 25
Lib. 9. cap. 6.

Forma ſiue aſpectus.

planta

planta balſami quam formam habet? Reſpondent ſimilis eſt viti, & diſponitur per ſcrobes aſſumptis malleolis, & per ſe ipſam ſubſtentatur, non opus habens palo, aut alia planta ſubſtentante: Habita magnitudine, & aſpectu Dioſco. folium explicat, dicens, habere folium rutæ proximum, candidius tamen, & ſemper virens. Recentiores, vt Ioannes Leo inter Hiſtoricos celeberrimus Africanus deſcribens totam Africam optimo ordine dicit habere folia vitis. Non poſſum reperire aliquem, qui mihi in re Geographica, eo magis ſatisfaciat, quem voluit Deus fieri Chriſtianum; ſed non conſentio cum eo; quoniam omnes vnanimiter diſſentiunt. Theoph. probat ſententiam Dioſco. addit enim eſſe multorum ramorum, & plurimis ſcatere ſurculis, ex quibus folia ſubalbida, ideſt parum excedentia folium rutæ in candore. Plin. omnia ſimit à Theoph. ſed candoris mentionem non facit. Per folium rutæ vnicum intelligimus folium, quoniam natura foliorum rutæ eſt, quòd aceruantur tria, vel plura ſimul, non ergo totum aggregatum verum foliolum vnum accipimus. Sed ego ſequor Pauſaniæ, & Strab. ſententiam. Inquit Pauſ. habere folium ſanſuci, maioranæ. Strabo deſcribens planta, dicit habere folium cytiſi, quod habet eandem figurã, ſitũ, & lanuginem cũ folio ſanſuci; & omnes ſcriptores conſentiunt habere lanuginem, folium balſami. Recentiores id etiam confirmant. Quidam enim Pedemontanus fuit in Aegypto in hortis Solis, vbi vidit balſamum. Moueor authoritate cuiuſdam Capitanei Poloni inſignis, qui circuit plurima orbis loca, & vidit Sanctiſſimum Chriſti ſepulchrum, atq; plantas balſami in pomario Cairi; & affirmauit habere effigiem ſanſuci: & ideo venio in hanc opinionem, quòd planta ſanſuci folium habeat, quanuis folium rutæ ſimile ſit folio ſanſuci; excepto, quòd oportet addere lanuginem. Nec miremur de Theoph. & Dioſco. quia tranſtulerunt ex alijs. Poſtea Dioſc. prodit loca, in quibus naſcitur, quæ duo ſunt. Iudæa ſcilicet, & Aegyptus. Vnde deceptus Plin. qui inquit tantùm reperiri plantam in Iudæa: fallitur etiam Solinus: cum falſum ſit tantum in Iudæa prouenire. Sciatis tamen quòd iſta planta non proueniebat ſua natura in Iudæa, quoniam iam naſci deſiit: ego enim credo ſemper homines tales fuiſſe, quales nunc ſunt, ita dico de plantis, quæ proferuntur à regionibus ſibi proprijs: Habeo & authoritates; nam hi ſcriptores qui in Solinum cõmentaria ediderunt referunt ex ſcriptoribus Hebræis, quòd inter illa aromata, quæ dedit Regina Sabæ Salamoni, fuit planta balſami, quam Salam. collocauit in hortis proprijs Regis; & ita cultu ferax facta eſt in Iudæa: igitur aduenticiam dico plantam illam. ſed demus quòd etiã prouenerit ſponte in Iudæa: habemus tamen ex hiſtorijs iſtis non ſolùm in Aegypto, & Iudæa; ſed in Arabia etiam oriri: ſi non vultis credere innominatis authoribus; credite Straboni dicenti naſci in Sabæis. Addit

Folium.
Io. Leo. opi.
Impug.

Pauſaniæ, & Strab. opi.

Recentiorũ opinio.

Vid. Seb Műſte. lib. 5. ſuæ geog in deſcrip terr chi ſtẽ lib 6. cap. pp. ñẽ lib. 1. cap. 31

Vbi naſcitur balſa.

Plin. error.
Solini error
Quõ naſcit.

Addit Pauſan. naſci in Arabia, & cuſtodiri à copia Serpentum, & draconum : an verò hæc vera ſint, vel non ; iudicate vos. ego dico tria eſſe loca : prima eſt Arabia, ſecunda Iudæa, tertia Aegiptus. In Iudæa dicit Dioſco. prouenire in quadam valle. dicit Theoph. in valle geneſſeritide naſcitur hæc planta, & hanc dicunt eſſe circa lacum geneſſerem. Strabo ait naſci in hortis propè Ierichonem, in quo erant duo viridaria, de quibus ſacra pagina mentionem facit ; & hi vocabantur horti Regis. Et quando capta eſt Hyeroſolima, cum viderent plantam illam nobilem, noluerunt, vt ad impios deueniret Romanos violantes templa ; Theſaurus hic. tandem capta ſunt loca, & factus ex balſamo prouentus maximus: & adeò creuit, vt vilis deuenerit planta illa. De ea autem quæ naſcitur in Aegypto Dioſ. non facit mentionem loci: ſed Auic. dicit in hortis Solis naſci: ſed eſt in Cairo, vbi eſt hortus, in quo eſt puteus habens aquam dulciſſimam, qua irrigantur vniuerſæ plantæ, & vocatur hortus magni Regis; ab Auic. hortus Solis. Noſtri Chriſtiani, & Arabes dicunt miraculo ſubortum fontem. Nam cum MARIA mater Domini Herodem fugeret, voluit lauare Puerum, & ſic miraculosè factus eſt puteus. Refert Petrus martyr cum perueniſſet ad locum illum vidiſſe hortum, & plantam balſami perquiſiuiſſe, eamque non inueniſſe. Retulerunt Arabes cauſam ad corruptionem Putei, quoniam Mulier Hebræa menſtruata minxit in puteum, & ſic aqua vires amittente, exiccata, & arida facta eſt planta. Multa referunt Hiſtorici, quæ nec ipſi credunt. Quòd mulier omnium bonorum deſtructioni intendens id facere potuerit, credo : ſed quod fons amiſerit vires, non credo. Accedit quòd multi poſt Petrum Mart. viderunt plantam illam, vti Polonus ille comes Palatinus. Poteſt tamen eſſe, vt Petrus non viderit, aut quia fallaces illi Arabes impoſuerunt ei ; aut quia non eſt naturalis Planta Aegypto; quoniam retulit ille Polonus ſe vidiſſe miniſtros plantantes eam, qui referebāt delata germina Mecha, quæ eſt nobiliſſima ciuitas Arabiæ; Dicuntq; quòd Arabes deferunt ex ſterilibus locis ad arcam Macometti, ſacerdotis colligunt, & mittunt in Aegyptum ad colonos Regis, propterea quòd in Arabia non profert lachrymam, ſed in Aegypto: cuius dimidia pars ſeruatur pro Principe Turcarum; aliud dimidium Mecham mittitur pro inunctione partis Templi. Vnde ego colligo huiuſmodi Plantam eſſe propriam Arabiæ; & quòd fuerit primo delata in Iudæam, vltimo in Aegyptum, vbi liquorem profert. Sed notate quòd Luſitanus refert in Indijs occidentalibus oriri plantam balſami, quæ habet ſimilitudinem pini? Neſcio quomodo hic ſemi Hebræus voluerit aſſimilare balſamum pino, cum nemo ſcriptor mentionē pini fecerit? ſed quidam liquor ex orientalibus defertur Indijs, quem Luſitani afferunt; ſed re uera balſamum non eſt; glutinat tamen vulnera,

Anno poſt Chriſtū natū 73. quando Titus expugnatā urbem deuaſtauit.

Horti Solis.

Horti magni Regis.

Fōs miraculo ortus.

Petr. Mart. opinio.

Impugnatio.

Opīo ꝓpria

Luſitani error.

G fragran-

fragrantem odorem ſpirat, & alias multas notas habet balſami. Ex occidentalibus Indijs affertur liquor ſtiracis calamitæ, qui non habet multas notas balſami; ideò tenete non eſſe verum balſamum. Balſamum ergo creſcit ad hominis magnitudinem aliquando habet figuram vitis, ſubſtentat ſeſe: frondes perpetuæ virent, piloſæ ad ſimilitudinem ſanſuci, odorem ſpirantes. profert fructus, qui habent ſimilitudinem terebinthi. Polonus ille referebat ſe non vidiſſe in planta.

Epilogus.

DE ADVLTERATO BALSAMO, *quod circumfertur.* Cap. IIII.

,, [BALSAMVM *plantam vocat, & ſuccum ex planta confundens tamen, ideò ſciatis, balſamum arbuſcula eſt: opobalſamum ſuccus eſt. nam* ὀπὸς *ſuccus dicitur xilobalſamum lignum balſami* ξύλὸν *eſt lignum. Carpobalſamum fructus eſt balſami* καρπος *enim Latinè fructus.*] *Dictum eſt qualis forma, altitudo, & facies totius plantæ; quibus in locis reperiretur in tribus ſcilicet, in Arabia, in Iericonte, & in Aegypto: addebam talem plantam aduenam in Aegypto, & Iudæa; Indigenam Arabiæ, vbi non profert lachrymam: ſed oportet deferri in aliam regionem, & hoc non mirum cum habeamus plurima ſimilia variantia propriam naturam ratione regionũ; veluti eſt perſica quæ in Perſide venenatos, in Aegypto eſui aptos profert fructus; ideò non eſt mirũ, ſi balſami planta in ea regione, in qua naſcitur, non proferat lachrymam, & alibi proferat. dixi habere folia aut ſanſuci, aut citiſi piloſa, odorato ligneo, folio, cortice, & fructu. Vnde coloni conficiunt balſamum, quod communicant Principibus; quia ſapit naturam veri balſami. ex quo colligatis vos nos habere verum balſamum antiquorum, & non habere. non habemus: quia non circumfertur lachryma illa; nec eſt aliquis aut Rex, aut Dux qui de hoc poſſit gloriari; quia cautum eſt vita, nè gutta communicetur alicui: Tamen noſtri Principes habent illud arte factum, ex eadem materia cocta, & elicitum arte, non ab ipſa natura. Accipiunt enim folia, & ramos viridiores, quos in vaſe æneo aqua pleno incoquunt, donec abſumatur aquæ magna portio, & in ſuprema ſuperficie aquæ inueniunt liquorem ſuccretum odoratum & iocundum. & hoc habetur in Eccleſiis nobilibus pro oleis ſacrandis: & apud Principes, & hoc eſt eiuſdem fermè notæ cum vero. Nam vt referebat quidam Pedemontanus, (& vt ego vidi) talis eſt naturæ, vt terebinthinã, vel oleũ abietinum referat: color ex albo in luteum: quòd ſi attingitur digito, hæret: ſed non ita, vt terebinthum: odorem habet: ſed ſapit quid inueteratum, rancidũ, atq; neſcio quid mixtũ habet. At ſi quis vellet conferre: non inclinat in reſinoſum, quia propriũ habet odorẽ, ſed non ita iucundũ, vt alij teſtãtur.*

DE BALSAMO NON VERO, QVOD ex Indijs Occidentalibus affertur Cap. V.

SED præter hæc ſcire debetis, quòd noſtris temporibus circumferuntur gemini liquores, qui habentur pro balſamo: alter ex Orientalibus Indijs, alter ex occiduis. balſamum occiduum oritur in regionibus repertis ab Hiſpanis: de quo loquens Amathus Luſitanus dicit eſſe lucidi coloris, & manare ex arbore ſimilitudinem habente cum Pino. Quæ omnia credo falſa, quoniam ſemper aſſueuit dicere falſa: doctrina eius bona eſt, ſed audacia iſtam mæretur pœnam. in Centurijs eius tot ſunt mendacia, vt vix credam tantum hominem potuiſſe illa dicere. De Hiſtoria plantarum, Deus ſcit, quæ dixerit. ſed etenim Gonzalus Ferrandus vir celeberrimus, qui ſcripſit oculatam, & mirabilem Indiarum hiſtoriam ad Imperatorem Carolum, dominum illarum regionum, lib. 10. ſuæ hiſt. cap. 3. loquens de iſto balſamo refert, quòd ſit liquòr pinguis, vti oleum craſſius ſubſtantia, quod arte educatur, non natura erumpat. Nam accipiunt lignum illius arboris, & incoquunt in aqua, & concreſcentem liquorem ſupra aquam colligunt. hic autem coloris eſt ſubnigri, vt videatur ſapa. Balſami nomine donatur ob miras, quibus præditus eſt, vires. nam præter quòd in frigidis adiuuat, adeò conglutinat vulnera, & ſiſtit ſanguinem, vt mirum ſit: & tanta eſt vis, vt tardius imponendus ſit liquor iſte, ne iterum oporteat aperire vulnus, vt defluat materia. Arbor huius ligni eſt ad piri magnitudinem, ſcabioſa, & ſquallida, ita vt ſicca videatur folia, æmulantur mali punicæ folia, ſed tenuiora ſunt: lignum odoratum eſt, & in talleolas diuiditur: ita pingue eſt, vt videatur lignũ ex Tæda: Vnde Indi vtuntur ad piſcationes nocturnas loco lucernarum, & candelarum. Talis eſt hiſtoria balſami huius, cuius nunquam portiunculam vidi. [Scribit Gardan. lib. 8. de ſubtilitate. ex Inſula Hiſpaniola deferri genus balſami colore iuiubarum, ſplendens, ac tenax, odoris ſuauitate admirabili. arbos autem quæ oleum iſtud parit Goacomax, punicæ forma, & magnitudine fernè ſimilis, ſed folio paulò maiore, & ideò, quamuis huic comparet Theoph. non propterea crederem eſſe verum balſamum.]

Luſitanus mendax.

Gonzalus Ferrãdus.

Balſami occidẽtalcq̃uo paratur.

Arboris ex qua balſamum Indũ deſcriptio.

DE BALSAMO, QVOD EX INDIIS Orientalibus afferunt Cap. VI.

EST & balſami orientalis vſus etiam, quod affertur à Luſitanis. nigrum eſt colore odore præditum ſuaui æmulans ſtiracis fragrantiam; vnde aliqui ſtacten eſſe opinantur. Dedit mihi huius portiunculam mercator Mediolanenſis, qui referebat in Calecutio accepiſſe; ſed nil aliud potuit

Balſamum orientale.

extrahere. habet mellis ſpiſitudinem, & oſtendam vobis. Deus præſtet, vt ſolers ſimul & vafer Guilandinus, qui iã capeſcit iter ad Indias Orientales redeat ad nos incolumis; quoniam cum & doctiſſimus, ſtudioſorum omnium gratia pati paratiſſimus ſit, atque oculatus adeò, vt linceos oculos habere credatur, iſtius balſami veritatem nobis afferet, quod erit ſtudioſis omnibus vtilitatis immodicæ. Nam cum peragrauerit Arabiam communicauit mihi multa aperta, & conculcata. etenim hucusq; incœpit ſcribere cõmentaria, & in poſterum ſi fælix ſuccedet ei reditus, proſequetur, atque optatiſſimo ſuo labori coronidem imponet.

DE BALSAMO ARTIFICIALI CAP. VII.

Balſamũ artificiale.

HAEC habeo quæ dicam de balſamo. Quibus addatis balſamum artificiale, quod eſt chaos quoddam; omnes enim ferè tentarunt. habemus compoſitionem apud Meſuem, in libris chymiſtarum. Habemus Io. Baptiſtæ Rom. deſcriptionem; quare ego omitto, ne hunc vel illum offendam. Hoc etiam habetis apud excellẽtiſſimum Matthiolum: ſed ſciatis quòd omnia ſunt figmenta | habes deſcriptionem balſami artificialis apud Gardanem lib. 10. cap. 50. de rerum varietate. Item apud Philip. Vlſtadium in lib. de ſecr. nat. cap. 22. Magiſter Arnaldus de Villanoua huiuſmodi oleum vires balſami habere contendit. Recipe ol. terebent. olei communis antiqui, olei laurini ana lib. i. cinnam. vnc. iiij. eufragiæ, gariof. ana vnc. ij. baccarum lauri, gummi hederæ ana vnc. i. ladani, thuris, maſticis an. vnc. i. omnia prædicta, pone ad deſtillandum. Hoc oleum eſt maioris virtutis quàm balſamum ipſum. valet contra morſum ſcorpionis, canis rabidi, ſerpentis, & contra illos qui multũ dormiunt, & venenati ſunt, bibendo illud cum vino calido, valet contra tremorem membrorum, contra morbum caducum, ſtranguriam, dolorem dorſi, ſcrofulas, lachrymas oculorum vngendo tribus vicibus ſupra frontem. Item contra illos, qui non poſſunt loqui ponendo de eo ſuper linguam cum bombice. Valet contra dolorem dentium, matricis; diſſoluit ſanguinem congelatum, purgat matricem. Valet contra calculos in veſica, ſi bibatur cum ſucco ſaxifragiæ, millefo. & ſemin. maluæ. patiens debet ſedere in balneo ieiuno ſtomaco. contra dolorem iliorum, pectoris, cordis, ſtomaci, & aliarum partium. Contra craſſos ſtomacum grauantes humores, atq; totius corporis mirabiliter conferre putatur. Alij alio modo parãt. Recipe terebent. veteris partes duas, maſticis nouæ partem vnã, opoponaci, & corticum granatorum ana modicum: pone ad deſtillandum & ſerua vt ſupra. Eſt præterea oleum mirabile ſcorpionum de quo in tract. de bubone peſtilenti fuſiorem habetis explicationem. Inter arcana autem noſtra inuenimus

mus oleum nicodemi appellatum, quod mirabiles ſupramodum vires habet, atque iſti voluiſſent oleum balſami nuncupare & eſt eius deſcriptio iſthæc. Recipe ſemin. hiperic. lib. i. vini albi optimi lib. iiij. tereb. antiquæ lib. i. croci vnc. i. olei antiqui lib. ij. litarg. drach. vi. aloes hepat. tutiæ alex. ana drach. iij. bulliant omnia ſimul in duplici vaſe, donec quarta pars conſumatur: demum ſepilliantur in arena in diebus canicularibus per dies decem. poſtea per pannum candidum cola, ſepara vinum ab oleo, & vtranque ſeparatim ſerua. curat omnem dolorem, & omnia vulnera ſanat. conſimilia multa ſunt, quæ breuitatis cauſa conſultò omitto. Oleũ Nicodemi.

DE VARIIS BALSAMI ſpeciebus Cap. VIII.

CVM Dioſcor. deſcripſerit balſami hiſtoriam, proſequitur ſpecies balſami plantæ enumerare. & dicit aliquas eſſe ſcabroſas, & duras, aliquæ ſunt valdè eleuatæ, nonnullæ delicatiores, & tenuiores. iſtas tres ſpecies nouit Plinius loco citato: poſteriorem autem vocat eplucriſton, quam Lib. 12. ca. 25 dicit deteriorem cæteris; quia cum ſit nimis iuncea, non poteſt copioſum liquorem, & bonum emittere. ſed illa aſpera, quæ vocatur trachi eſt in primo gradu bonitatis.

DE MODO, ET TEMPORE collectionis Cap. VIIII.

DESCRIPTA planta, deſcriptis ſpeciebus, docet modum, & tempus collectionis liquoris. & dicit oportet, vt ſit æſtiuis temporibus, & vt ſcarificemus corticem. Notat Plin. vt adhibita diligentia, & librata manu ſcarificetur. quoniam ſi profundius deſcendunt truncum interiorem tangunt. addit Plin. vitro, vel lapillis, vel oſſeo cultello ſcarificandum. & Solinus confirmat, reddit rationem, quia ſi tundatur ferro, ſiccatur planta. Dioſco. & Theoph. dicunt vnguibus ferreis: ſed cum nemo eorum viderit: ego credo, quòd dum librata manu fiat, optimũ eſt vtrunq; Ad quem vſum? vt balſamum lachrymam habeamus, quæ magno erat in pretio.

DE QVANTITATE ET PRETIO lacrymæ balſami. Cap. X.

COLLIGIMVS (inquit Dioſco.) in pauca quantitate, ita vt ſingulis annis tempore Roman. non niſi 54. vel 63. libras colligerent, quæ duplicato argento pendebant, ita vt ſingula libra duabus argenteis venderetur

retur .i. viginti aureis ſcutatis: totus ergo prouentus 63. lib. erat ſcutatorum 1260. Noſtris temporibus ſingula libra venderetur 1000. aureis.

DE NOTIS OPOBALSAMI CAP. XI.

PONIT Dioſco. notas optimi ſucci, quas non explico, quia clara ſunt verba Dioſ. & iſtæ notæ conueniunt terebintho. & ideo dico ego, quòd poſſumus vti oleo vel abietino, vel ex terebintho loco balſami in medicinis, ſed oportet deſtillare oleum ex his, vt fiat tenuior ſubſtantia. Ego prius eram in hac hæreſi, vt ſumeremus oleũ nucis moſcatæ, quo infunderetur piſtillum ſeruiens in Mytridatica confectione loco balſami: at poſtea mutaui ſententiam: & vellem, vt acciperemus terebinthum, vel oleum abietinum in duplici vaſe deſtillatum. Et quod me mouet eſt; quoniam balſamum præſtans eſt in vulneribus: hoc autem oleo in capitis vulneribus præſtantius ferè nihil: & expertus ſum feliciſsimo cum ſucceſſu.

DE ADVLTERATIONE Opobalſami Cap. XII.

SED variè vitiabatur. admiſcebant aliqui terebintinum, vel ciprinum, vel lentiſchinum vnguentum: ecce quòd erant hæc ſimilia balſamo, & notis ſenſibilibus, & viribus. textus Dioſcor. iacet cipria cera humida, caſtigate cerato ciprino, vel cerato myrtino humido; quoniam Antiqui vocabant ceratũ mixturam factam ex oleo, & cera. cætera ſequentia clara ſunt.

DE XILOBALSAMO, ET Carpobalſamo. Cap. XIII.

ANTIQVI vtebantur etiam ligno, ideò Dioſcor. eius notas ponit, & vult, vt ſit fuluum & referat odorem balſami: hoc autem nõ habemus in officinis, oſtendunt ſeplaſiarij ligna vlmea, & dicunt eſſe balſami: nullum habent odorem: dimittite ergo, & vtamini potius ligno ex terebintho vel ex lentiſco, vel eo, ex quo reſudet materia ſimilis, vt reſina tereb. reſina abiet. reſina larici. poteſtis accipere & plantam maſticis, quæ eſt lentiſcus. vel terebinthum, quam copioſam habemus in noſtris montibus. Antiqui habebant ſemen in vſu, quod Theop. facit ſimile fructui lentiſci. Dioſcor. de eo non facit mentionem. in officinis habemus carpobalſamum falſiſsimum. ſciatis tamen, quod communis inualuit opinio nos poſſe vti pillulis, quæ cubebæ vocantur, quæ ſunt ſemina odorata, parua, magnitudine piperis, & ſuauia.

Semen.

Cubebe.

ſuauia. Non ſunt cubebæ veræ Arabum; ſed poſſunt ſubſtitui pro eis: Nam cubebæ Arabum ſunt carpaſum Græcorum: nos habemus cubebas, ſed non ſunt cubebæ Arabum. ego ignoro qui ſint iſti fructus, quos accipio loco fructus balſami, quia habent omnes eius vires. Fructum deſcribit Dioſcor. & vltimo concludit efficaciſsimam vim ſucco ineſſe. Reliqua ita nota ſunt, vt explicatione non indigeant.

ADDITIO CAP. XIIII.

[HIC autem, vt anſam præbeamus aliquibus veritates rerũ intimius perſcrutandi. referamus id, quod nobis videtur in hac materia de balſamo addendum. ſcribit Gard. libro 8. de ſubtilitate ex Inſula Hiſpaniola deferri genus quoddam balſami colore iuiubarum, ſplendens, ac tenax, odoris ſuauitate admirabili, adeò vt quiſquam exiſtimare nequeat quàm iocundum ſit, vulnera & ipſum recentia celerrimè ſanat, & rugas tollit. Iulius Cæſar Scalig. refert eſſe apud ipſum liquorem hunc inter alia Indiæ monumẽta. Balſami vires æmulari: non omnes expertum eſſe. Arbos, quæ oleum iſtud parit (inquit Gard. Goacomax, punicæ forma, & magnitudine fermè ſimilis, cortice quaſi arido ligno, quod ardet, vt Tæda, fructus vt vuarum racemi: Ex qua deſcriptione facilè quis conijcere poſſet hoc Indicum eſſe verum Syriacum Balſamum, quoniã Theoph. illius ſimilem plantam facit punicæ, fructus lentiſci, quæ comas quaſdam parit pillulas, quaſi vuæ referens. in viribus poſtea conueniunt. at in aquam ſtillatum ſyriacum diffunditur ita, vt aqua referat lac. fundum petit non ſupernatat, & lac ipſum cogit, quæ tria Indico deficiunt. atque hæc experientia docentur. nec poteſt eſſe, vt lanæ infuſum maculam non relinquat, quia balſamum verum in aqua diſſoluitur, quia non adeò pingue eſt, vt ſupernatet, fundum petit, quia graue & terreum eſt, & ideò non ingreditur lanæ poros. an verò mortuorum conſeruet corpora quàm illinitur, an linguam pungat videant alij.]

TRA-

TRACTATVS DE ASPALATHO, & primo de varijs nominibus. Cap. I.

APVD Medicos Græcos, & Hiſtoricos naturales eiuſdem gentis, geminæ voces ſunt ſimiles, Aſpalthos, & Aſpalathos, cum tamen diuerſam materiam medicam diſtinctiſſima natura, & genere ſignificent. Aſpaltos bitumen eſt, quod inter inanimata connumeramus. Aſpalathos eſt materia animata. hanc vocem corruptã legimus in libris barbarorũ. apud Rhaſim aſſalanũ pro aſpalatho legitur: apud Simeonem Ianuenſem aſpatium: apud pandectarium aſpalanum habemus. De hoc locuti ſunt Arabes Darſiſabam vocantes, vt clarè videre poſſumus in Auic. vel darſciſcaban: & in Serap. cap. 26. quã vocẽ, cum interpres, Serapionis nõ intelligeret, interpretatus eſt arboris granati ſilueſtris plantam: cum illa habeat ſimilitudinem cum granato. Plantam hanc habebant in vſu vnguentarij ad conſpiſſanda vnguenta, bono prædita eſt odore, tertio non ranceſcit. nam vnguentarij ad hæc duo oculos habent. primùm, ne materiale malum odorem habeat: ſecundo, vt illud materiale non ranceſcat, non corrumpatur. Et ideò quamuis infinita oportuna in vnguẽtis, tamen, quia ranceſcunt, non ſunt bona. Cum igitur reciperetur aſpalathus inter vnguenta quod eſt munus aromatis ex Theoph. meritò noſter Dioſco. tractauit in iſto loco inter aromata connumerando. Dioſc. loquens de hac planta primo declarat faciem eius: ſecundo loca, vbi naſcitur: tertio notas: quarto vires enumerat. Scholiaſtes Theocriti dicunt, quòd vocatur aſpalathus, quia ſi quis vulneratur hac ſpina non ita facilè poteſt auelli, nam inter ſpinoſas plantas numeratur, & ideò aſpalathos .i. non vulſibilis dicitur. varias habet appellationes. Plin. vocat mediſiſſetron, alij adiſpadon, alij dipſacon, quæ ſint, occaſiones harum vocum non ſatis patet. Gentilis tenet eſſe darſiſan Arabum.

Marginal notes: Aſpaltos. — Aſpalathos. — lib 2. trac. 2. cap. 211. — lib. 9. cap. 7. — Lib. 12. cap. 24. libr. 24. cap. 13. Auic. lib. 2. cap. 21.

DESCRIPTIO CAP. II.

FRVTEX eſt ſurculoſus, in codice Græco legimus lignoſus, nõ ſurculoſus fruticem appellamus arborem paruam, ſed durantem veluti arbores magnæ, faciunt. ſed fruticum quidam lignoſi, & duri, quidam nec duri, nec lignoſi. Ideò dicit Dioſco. hæc planta eſt dura lignoſa, ramis duris conſtans. Nota quòd hæc pars deſideratur apud Oribaſ. in cap. in quo ſecundũ Dioſco. deſcribit hanc plantam: ſed hæc deſcriptio legitur in Græcis, & antiquis codicibus Latinis, icciro credimus eſſe legitimam Dioſco. Hæc planta ſpinoſa eſt: confirmatur ex Plin. Theoph. Auic. & Serap. verùm debetis

notare,

notare, quòd habemus à Plin. propoſitam geminam aſpalathum, alteram delatam ex oriente, quam dicit habere in uno loco iuſtæ arboris magnitudinem, in alio minorem, & ita iſte non erit frutex, & de hac orientali loquebatur Auic. cùm dixit darſiſan arbor craſſa eſt, & re uera cum nos habeamus aſpalathum orientalem poſſumus credere hoc. alteram (dicit Plinius) aſpalathum eſſe fruticem, & arborem humiliorem, & iſta nobis deſcribitur à Dioſcoride. dicit autem Plin. hæc arbor creſcit in ſyluis, eſt alba, vltimo flore roſæ deſcribit. poſtea ſecundam aſpalathum: & conuenit cum Dioſco. Hæc planta ita ſpinoſa eſt, vt videatur comã habere ſpinarũ: Theocr. teſtis eſt in 4. vbi ait, comam fert ſpinoſam. Florem habet roſæ ſecundum Plinium illa orientalis, reliqua ſecundum Serap. habet florem croceum, ſecundum Auic. candidum, & hic concordat cum Dioſco. & ſunt candidi veluti flores prunorum. producit cadente flore ſiliquas breues, & piloſas, quæ aliquando gemina, aliquando trina ſemina parua lenticularia continent. quũ naſcitur, tria folia producit, quaſi rutæ. Hinc cũ ex Græcia afferrem hanc plantam, credebam eſſe ſecundam acaciam Dioſco. quæ habet folia rutæ: deindè inueni in Hetruria, & miſi ad Petrum Andræam Matthiolum, vnde ille in loco acaciæ deſcripſit & poſuit in acacia pontica. Sed ego diligentius perquirens reperi hanc plantam veram eſſe aſpalathum, vnde opus eſt, vt pro me, & pro illo doctiſ. viro palinodiam canam. Et in omnibus tractibus Græcis aſpalathus vocatur. Naſcitur hæc planta non ſolùm in Iſtro, ſed Piſis in monte nigro, vbi maxima eſt huius, & aliorũ medicamentorum copia: naſcitur quin ẽt in inſula quadã quæ Niſyrus dicitur propè Rhodũ, & Coũ inſulã, & à Strabone inter ſporadas numeratur. Naſcitur in Syria, & hæc erat ob caliditatem regionis præſtantior. Poſtquam Dioſco. enumerauit loca, docet vſum; & dicit: quòd vnguentarij vtuntur, quia eſt planta adſtringens. ſed Plin. ait, quòd vnguentarij vtebantur cortice adſtringente, & Fullones ad inſpiſſandos pannos, & hoc erat in vſu in Hiſpania. Vnde Amathus Luſitanus dicit quòd cortex iſtius plantæ habetur ſub nomine bugiæ in Valentia. Amathus eſt ſuſpectus apud me, ideò ei non credo. citat authorem mè rerum, quæ dicuntur falſæ: citat Braſauolum ſuorum mendaciorum teſtem. radices vocabantur apud Hipp. radices nigræ, vti teſtatur Gal. vbi d. radix nigra eſt radix aſpalathi. Deſcribit poſtea Dioſco. lignum, & ait, optimus eligendus eſt grauis, ſi accipiamus lignum, & corticem eripiamus, erit ſubrubeus in purpuram vergens, quia nigredinem habet quandoq; admixtam, eſt amarum ex Gal. dicit eſſe acre, & adſtringens, & in aſtringentia oẽs conſentiunt. ſed ego credo vtrunq; benè dixiſſe. Gal. loquebatur de eo, quod in ſuis oriebatur regionibus, Dioſcor. de præſtantiori in Syria naſcente: nam proculdubio hoc habet amaritudinem, ſed in Græ

Flos.

Semen.

Locus.

Lib. 14.

Amatus ſuſpectus.

In lib. qui d linguis Hip. inſcribitur.

6. de ſimp. med facult. cap. propri

cia, & in Italia repertum acredinem; in Græcia odorem, in Italia nullum
8.de cõp.m. loc.cap.7. profert odorem, ideò non eſt mirum ſi variat ſecundum diuerſa loca. Gal. dicit aſpalathus noſtris in locis naſcens adſtringentem facultatem habet: ex quo loco colligitur, quòd cùm loquitur de aſpalatho, loquitur de eo, quod ſuis in locis naſcebatur, odor eius non dicitur à Dioſco. ſed eſt orientalis roſæ. Plinius inquit habere odorem caſtorei. ſed teſtatur vnum miraculum ſi arcus cæleſtis inclinatur in aſpalathum, quòd habet odorem aſpalathi. at
Plin. miracula. hoc numerate inter miracula Plinij. ſed ego inuenio hanc plantam habere occultam facultatem, quia ſolo eius ictu percuſſæ ceruæ eius ſpinæ moriuntur. ex quo, capitibus ſagittarum adaptari poſſunt maximo cum venatorum prouentu. Eſt alia aſpalathus Itala cæteris deterior, & colore, & odore vacans, & Plin. dicit, non vbique tamen odorata. Ex hoc colligemus tria eſſe aſpalathi genera, vnum orientalem Plinij, quod nos habemus; alterum deſcriptum à Dioſco. fruticis nomine, folijs tribus, veluti rutæ, cum flore &c. quod diuiditur in duo; alterum ſubrubrum ſub cortice, odoratum, quod naſcitur in Rhodo, & Syria, alterum eſt in Italia (& hoc tertium erit) inodorum naſcens in Hetruria. Noſter Ruellius cum vidiſſet hanc plantam oriri in Rhodo, finxit hiſtoriam, in qua ſunt figmenta multa: confutatur à
Matthioli laus. Matthiolo, Amatus carpit Matthiolum, ſed in Apologia impugnatur, & expugnatur ab eo. Vndè decipitur Ruell. fallitur Amathus. Alij voluere eſſe ſandalum rubrum; nam in officinis habemus lignum vocatum ſandalum, à Græcis ſantalum, de quo loquar infra. ſed decipiuntur. confutatur hæc opinio à Matth. cum quo ego conſentio. Aliquando inclinaui in opinionem
Non eſt uerzinum. illam, vt ſit lignum, quod vocatur Albacan ex authoritate Bellunenſis, à noſtris vulgo verzinum, à quibuſdam lignum virgineum dictum, eo quòd ex huiuſmodi ligno conficitur fucus, quo virgines faciem inficiunt, qui belletto, vel pezzuolo vocatur. appellatur etiam braſilium ab Hiſpanis, vnde loca, in quibus hæc copioſa planta abundat, vocant braſiliam terram. ego decipiebar; quoniam reuera, vt poſtea comperi, & ex nauigationibus multorum veris, veni in hanc ſententiam, quòd lignum quoddam delatum à Io. Baptiſta Pedaldo Florentino (qui nauigauit in Indias Orientales, & detulit ſecum integras arbores ſpinoſas, & ego vidi truncos ſatis magnos) eſſet vera aſpalathus. in hac planta inueni omnes notas aſpalathi. hac planta donatus eam communicaui omnibus volentibus conficere trociſcos ciphi. habeo fruſtra, quibus orbiculos, ideſt pater noſter confeci, quos vobis oſtendam. Hic igitur erit primus aſpalathus; ſecundus ex Græcia defertur, qui pingitur apud Matth. in cap. de acacia. tertium non habeo, ſed poteſtis habere ex Piſanis collibus. cætera clara ſunt.

TRA-

TRACTATUS DE SANDALIS.

QVVM loquebar de aſpalatho, dicebam quorundam fuiſſe opinionem aſpalathum orientalem Plinij eſſe ſandalum rubrum, quod eſt in officinis, & in vſu apud Arabas, quorum nullam mentionem apud veteres habemus. confutari diximus hanc opinionem apud Matthiolum. ſed ego aliquid dicā de ſandalis. ab Arab. ſandal dicũtur, à noſtris ſandalũ vel ſandalus, à Græcis, qui ſuffurati ſunt ab Arab. ſantalos, Serap. 346. cap. loquitur de hoc. Auic. ēt loquitur de hoc. Res eſt ignota antiquis Græcis, quamuis Auic. nō ſine nota adducat authoritatem Gal. conſentiunt omnes cũ Auer. quòd ſandal ignota fuerit Galeno. Fortaſſe Auic. legit librum ſpurium Gal. Lignum hoc affertur iam ex ſemiorientali regione, & eſt trium generum, rubrum, citrinum, & album. & ita noſtri indicant tria genera lignorum; & cũ in receptis inuenietis. Recipe ſandalorum omnium, intelligite horum trium. Verùm, vt veritatem ſciatis duo ſunt tantum genera ſandali: alterum rubrum: alterum album: & quamuis ſeplaſiarij citrinum oſtendant etiam, tamen citrinum, & album vnum ſunt, nam eſt pars exterior, & interior. nec hoc mirum videri debet. lignum enim guaiacum circumquaque palleſcens, intus verò nigreſcens conſpicitur: & ego ſum teſtis oculatus in ſantalis, qui maximos vidi eorum truncos. hinc eſt quòd vos apud Auic. non reperietis factam mentionem ſandali citrini. Hoc confirmant Hiſtorici recentiores; nam qui ſcripſere itinera ad Calicbut, & viderunt ſyluas, vbi ſandala proueniunt, ſemper meminere rubrum, & album, nunquam citrinum. Hæc fuit impoſtura, & ſumma diligētia Medicorum, vt diuiſerint vnum lignum in duo. & ita ego ſum iſtius ſentētiæ, quòd ſandali duo ſunt genera, & quòd album, ratione illa, quia in vna parte ſit citrinum, in altera album, diſtingui poteſt. Mirum eſt quòd Hiſtorici deſcribentes ſyluas, vbi ſint ſandala, omiſerunt fructus, frondes, & figuram. Frigidum eſt in 3. ſiccum in 2. vti referunt Arabes. ſed cum colligam ſuauitatem odoris, & acredinem cum aliquo amarore, ſciam præterea lignum non eſſe lacbrimam concretam, neque mucum, neq; terram non poſſum conſentire cum clariſſimis Arabibus, quòd ſit frigidum, in 3. & cum decoquam, non inuenio tantam frigiditatem. Vnde credo, quòd ſit frigidum in primo, vel ſaltim in 2. conſentio, quòd ſit ſiccũ in 2. cordialis eſt medicina, & ita in omnibus medicamentis, quæ faciunt ad cor, recipitur. nā odore fragranti diſcutit fuligines, & temperat aerem, quo refrigeratur cor. Habemus vnguentum ſandalinum, & Antidotum recentioribus notum.

Nomina uaria.

Lib. 2. trac. 2. cap 656.

De Dynam

Teperatura.

Vires

TRACTATVS DE MVSCO arborum.

HIC erat in vſu ad conficiẽda thymiamata, & inſpiſſanda vnguenta; & nunc habetur, (credo quòd iuuenes norunt) puluis Cipri dilutus aqua, iucundus, & etiam ſiccus, & inſperſus cibarijs maximam ſuauitatem affert. Hic puluis conficitur ex muſco in illa inſula. cum ergo ad inſpiſſanda vnguenta, & ad thymiamata conficienda valeat muſcus, ideò Dioſc. deſcribit eum hic inter aromata. primo autem declarat quomodo naſcatur, & dicit quòd eſt ex illis plantis, quæ in alijs plantis naſcuntur, quãuis naſcatur etiam in terra. Dicit autem Bryon. Hæc vox non ſolum muſcum ſignificat, ſed alia multa. apud Theoph. ſignificat pilulam quandam ſpinoſam, quæ oritur in quercubus loco floris. illæ plantæ non proferunt flores, ſed ſpinoſas pilulas loco eorum, & bryon à Theoph. dicuntur: quia eſt quædã conglomerata lanugo ex materia lanoſa, & ſpinoſa. Aliud eſt bryon apud Medicos de quo Gal. Dioſco. in 4. qui dicitur bryon marinus. Et hæc eſt planta Auic. lib. 2. tract. 2. cap. 459. & ab eo dicitur ſua lingua Thaleb, & moſcus interpretatur. non autem eſt moſcus ille odoratus, ſed bryon, & eſt illa materia medica, quam corallinam vocamus. Hæc eſt parua herba, quæ oritur in fundo maris, quæ aliquando fit ſaxũ & habet ſimilitudinẽ coralli, & ideò plantam hanc corallinã vocarunt, quæ ſi recens aſſumitur, ſoluit ventrem, & vtilis eſt vermibus puerorum. Eſt tertius muſcus, qui ſolet naſci in fundo riuulorum aquæ dulcis, qui aſcendit, & eſt lanugo, quæ dicitur ſpongia, & à Plin. conferrum appellatur; quia eſt oportunũ ad conferruminãda oſſa. Naſcitur in ſaxis quartus muſcus, quod licha vocatur à Dioſco. in 4. lib. vulgo hepatica vocatur, & figatella, quia vſus eius eſt in excalefactione hepatis. Quintum genus eſt, de quo loquitur hic, & de hoc loquamur, quod Arabes vocarunt vſneæ; Serap. cap. 93. Auic. lib. 2. trac. 2. cap. 720. vocatur quin etiam ab Arabibus Aſne. in officinis reperietis vſneam, quam bryon vocabitis. ſed legimus apud Auic. vſne, vel vſnem, de qua Auic. & Serap. 257. cap. loquitur. & eſt illa planta, quam cali dicimus, & eſt planta marina, ex qua conficitur cinis vitrarius. & ideò diſtinctiſſimæ ſunt bryonis ſpecies. ſed eſt maxima differentia inter moſcum, & muſcum, vt audietis infra. At de muſco iam proſequamur, quòd à quibuſdam ſplanton, tragonon, & ſpagnon vocari dicit Plin. teſte Aetio lib. primo vocatur ipnon. Hæ itaq; voces idem ſignificant. Non explicat Dioſc. huiuſmodi plantam, ſed dicit quibus in arboribus naſcatur. deſcribitur autem à Plin. 16. lib. cap. 8. & 12. cap. 13. vbi ait eſſe villos canos arborum, præterea adiungit eſſe pannos arentes villoſo muſco, & canos, qui areſcunt

Lib. 9. de hi. plan. cap. 6.

Lib. 6. de ſim pli. med. facult.

Corallina.

Vſnea.

Cap. 722.

Lib. 12. ca. 23

Lib. 24. ca. 6.

ſcunt, & concreſcunt in trunco: conſentit Auic. qui dicit eſſe veluti tenuiſſimos cortices plantarum, non ſunt cortices, ſed videntur cortices. verum ex iſto bryo, duplex eſt genus; vnum, quod eſt veluti pannus concreſcens, alterum veluti lanugines, pannum non cognouerunt recentiores, quòd ſit bryon. ſciatis tamen, quòd Dioſc. loquitur de hoc, quod non naſcitur in omnibus arboribus, ſed villoſum naſcitur in omnibus arboribus, & lapidibus. Quæro ego quænam ſit vſnea, quæ videtur veluti pannus? eſt, quæ pulmonaria à Fuchſio dicitur, & eſt veluti lichen hepatica lapidum. & iſta, quæ naſcitur in plantis vocatur muſcus, & hanc nominauit Fuchſius, ſed non cognouit. *Fuchſius taxatur.* Naſcitur autem (inquit Dioſco.) in cedro, quercu, & populo. Loca, vbi optima naſcitur, eſt Cyrenaica regio, eſt Cyprus. Phœnicia teſte Pli. & tandem Galliæ, & Aegyptus. Plin. addit naſci in Licia cedro, quæ eſt cedrus magna, nam habemus cedrum paruam acutam, & magnam. in magna altiſſima naſcitur muſcus. quid ſit cedrus magna diſputatur à Petro Bellonio in lib. de mirab. & eſt arbor laricis. *Loca.* *Cedrus eſt larix.* Et mandate hoc memoriæ. cedrus arbor, & cedrus libani, ex qua facta eſt contignatio templi Hieroſol. eſt larix arbor, vbi naſcitur ſuauiſſimus hic muſcus, & benè in hoc ſentit Matthio. Antiqui non cognoſcebant laricem ſub nomine laricis, & cũ loca Germaniæ non eſſent peruia, in quibus erat copia magna laricis, Medici neſciebant, niſi hortum in Libano monte, quẽ vocarunt Libanum cedri, & hæc fuit cauſa, qua noſter Galenus loco muſci cedrini ſubſtituit muſcum ex picea. primùm quia ex materia lignoſa odorata naſcitur; ſecundo quia ex ligno reſinifero; veluti fert reſinam cedrus licia, & noſtra larix. *Larix ignota antiquis ferè.* ſubdit Dioſco. quòd naſcitur in populo arbore alba, cuius copiam habetis, & credo quòd uos noueritis huiuſmodi bryon. Notate tamen apud Plin. qui loquens de populo alba dicebat. bryon vua populi albæ, ex quo loco colligimus populum ferre vuam, quæ bryon vocatur. *Lib. 12 c. 28.* Hoc falſum eſt: nigra populus affert vuas, quæ diſrumpuntur, & effunditur lanugo magna, populus alba non facit lanuginem, in agro Mutinenſi dicitur albarazza. *Plin. impugnatur.* Non credo tamen errare Plini. ſed locutum metaphoricè, in populo alba naſcitur lanugo, & corticoſus pannus, qui datus populo albæ loco vuæ conceſſæ populo nigræ. *Defenditur Plin.* Tres ſunt arbores muſcum Dioſco. proferentes, prima eſt noſtra larix: ſecunda populus alba: tertia eſt quercus: vos addite quartam piceam arborem, quæ poteſt ſubſtitui loco laricini muſci. Sed per quercum non intelligite omne genus glandiferarum, ſed de quadam ſpecie quercus, in qua pannus iſte reperitur. *Quercus.* Et iſta eſt, quæ Aegilops à Plinio dicitur, & vocatur vulgo Cerro, & à Latinis Acerus, vel Cerrus, & valdè laudatur à Galeno. *Lib. 16 ca 8.* Dioſco. mox primum locum adſcribi cedrino muſco, ſecundum locum picino adſcribite. at Plin. dat primas populeo nato in Gnido, ſecundas dat *Lib. 12 c. 22.*

cedrino

Electio cedrino ex Licia. Fortaſſe Gnidus dat populus ita nobiles. ſed ego conſentio cũ Gal. primas dando cedro, ſecundas pici, tertias populo, quartas quercui: eligendus aũt candidus, & eſt qui naſcitur in cedro. Plinius laudat altiſſimum, ideſt natum in ramis altioribus cõcoctum à Solis calore, & minus offenſum a frigore. Facultates. Poſtea Dioſco. explicat facultates, & .d. eſſe adſtringentis facultatis, habet tamen in ſe neſcio quid tẽperati, ita vt vim habeat molliendi: Notate tamen, quòd emollit vſus muſci ratione diuerſitatis partium. eſt frigidus, & ſiccus in primo ex authoritate quorundam. Auic. teſtatur frigidum in primo, ſiccum in ſecundo. Gal. vult eſſe parum ſiccum, & parum frigidum, ideo non eſt mirum, ſi accedit tantum temperato.

DE MOSCHO.

MVSCVS plantarum, præcipuè quarundam arborum, antiquitus ſeruiebat ad vſus medicos, & ad varia odoramenta, ad conſpiſſanda vnguenta, quia non facit ea rancida. Noſtra ætas habet ſuum moſchum, quod facit ad Medicos vſus, & ad odorata vnguenta. Quæ materia tanto præſtantior moſcho Dioſc. quanto nos viui mortuis: ideò cum ſimilitudo vocis trahat nos, atq; iſdem vſus de hoc noſtro à Dioſc. & antiquioribus nondum cognito tractare inſtituimus. Nullus inuenit apud antiquiores factam 1. & 16. lib. moſchi mentionem, ſed à Græcis recentioribus, vt ab Aetio, à quo moſchos appellatur. Græci habent moſcon proprium, qui eſt pediculus, quo ſubſtentantur flores oleæ. Moſchos Aetij, Simeonis, & Actuarij eſt iſta ſanies, hoc virus, de quo memini. vocatur ſanies, quia Arabes vocant miſch, à nobis vulgo muſchio dicitur. Huiuſmodi medicamentum ſuperat omnia aromata: adeſt quoddam aliud cui cædit ſuauitate; ſed nullum habet ſe maiorem vehementiam iunctam ſuauitati, quædam vehementiam, non ſuauitatẽ habent, ſed nullum eſt, quod æquè iuncta hæc habeat. reperitur odoramentum ſuauius, & eſt ambra, ſed non ità validũ eſt. Quid moſc. Aliqui deſcribentes moſchum Prima opin. dicebant eſſe carnes maceratas putreſcentes: Amat⁹ hu⁹ eſt ſentẽtiæ. Author eſt quidam ſcriptor populorum orientalium, hoc falſum eſt. non enim videmus habere carneas 2. opinio. fibras. Simeon Sethi dum loquitur de hac materia (vt teſtatur Matth.) opi Ruellius id opinatur ex natur eſſe concretionem ſanguinis circa vmbillicũ cuiuſdam animalis. Hoc Serapione & mendacium eſt. Vndè oportet nos ſequi ſententiam Recentiorum, & Serap. Aetio. Propria opi. cap. 185. & Auic. 2. lib. trac. 2. cap. 461. & Odoardi Barbeſſæ, qui ſcripſit nauigationes Orientales: proferunt .n. concorditer hiſtoriam veriſimilem. Tẽpore Arabũ in regione Tumbaſina, & Senina oriri ſolebat. nunc ex Sina inſula, & ex alijs locis Indiæ Oriẽtalis. Credo quòd audiueritis à me, & ab alijs, quòd naſcuntur in corio hominũ quædã tubercula, quæ habent veſicã, in

in qua cõtinetur ſanies, quæ eſt aliquando liquida, aliquãdo craßißima veluti ſubſtantia laridi. Ita in quodã animali Indico concreſcit aliquando gemina, aliquando multiplex vomica in corio, in qua colligitur ſanies craßior ſubnigra inclinans in rubedinem, & hanc vocamus moſchum. huiuſmodi vomicam ſolent ligare filo, vt concidat, & integrum ſeruetur animal, & ita ſeparant corium reciſum, & huiuſmodi corium cum moſcho vulgo vocamus veſſicam moſchi, ideſt particulam corij illius animalis. Sunt iſtæ veſicæ magno in vſu apud mulieres ad ſeruandas veſtes à catie. nam hoc oportunum eſt, & omnia etiam odoramenta corrumpunt tineas, & ſunt in cauſa vt dentes earum percant. Sed ex his veßiculis aliquæ ſunt ita vetuſtæ, vt nullum odorem ſeruent, aliquæ odoratæ ſunt, & recentes, & ſunt illæ, in quibus adeſt folliculus, & membranula, vbi continebatur moſchus. Ideò videte quando emitis ſcalpete digito ſi adeſt pellicula ematis; ſin minus linquite, quia odorem amittit citius, non ergo negligatis pelliculam internam. Talis eſt ſanies, de qua loquimur. locus eſt circa ventrem, & circa pectus. Aliqui voluerunt Gazelam eſſe hoc animal. Vnde multa iſthæc animalia videbitis in nobilium Aedibus; ſunt capræ paruæ, quæ incedunt per domos, & domeſticæ fiunt. Decipiuntur, quoniam quamuis animal illud ſimile ſit gazelæ, tamen gazela non eſt, quæ faciat moſchum. eſt ſimillimum gazelæ cornibus, & vellere differt, quoniam gazela habet dentes ea ratione, qua reliquæ capræ; huiuſmodi animal habet prominẽtes dentes, & rictos, quaſi ſuis duos illos, & elephanti. Illa uomica neceſſe eſt, vt putreſcat, & conſtringatur: Vndè aliqui volunt, quòd quandoq; hoc animal prurigine affectum ſe fricet, & ſic è petris colligatur moſchus: ſed quæ dixi certa ſunt. iſta materia ſolet corrumpi, & ita apud chymicos infinitæ habentur deſcriptiones conficiendi, & multiplicandi moſchum. Accipiunt humanum ſanguinem ſuſpendunt in cloaca, in veßica, admiſcent poſtea moſchum. alijs rationibus vitiant. Sed probatio in nulla ratione conſiſtit niſi in hoc: quùm aperitis veßicam, admouete naribus, ſi excitat ſanguinis fluxum, bonus eſt; hoc facit etiam ſi quis in toto vitæ curriculo ſanguinem non emiſerit. ſi autem volueritis extra veßicam cognoſcere, non poteſtis, niſi ex odoris vehementia. Facultates huius medicamẽti ſunt, vt ſit calidus, & ſiccus in tertio ex authoritate Simeonis calidus, in ſecundo intenſo, & ſiccus etiam in ſecundo ex Auic. cum quo ego conſentio. videtur calefacere, quoniam vaporoſo odore incaleſcunt ſpiritus. Nam cum odoramenta calfaciunt caput, etiam quæ frigida, & temperata ſunt? nõ niſi quia odoratus vapor attractus ad cerebrum nutrit, & miſcetur cum ſpiritus animalibus: ſi calidus eſt, facilius penetrat, faciliusq; ſpiritus ponuntur in calefacto eſſe; quia agitantur, & edunt effectus ſummæ caliditatis: & eſt veluti quis præter modum comedat vel bibat, quoniam concitatur

Veſicarum moſchi uſus

Opi. eorum, qui tenent Gazelã eſſe animal moſchi. impugnatur ab Auic. cap 461.

Multiplicatio moſchi. Modus detegẽdi moſcũ purum à mixto.

Facultates.

Odorata oĩa calfacit caput.

Ad Venerẽ

feruor

ſeruor in corpore propter nimiam copiam alimenti ſubminiſtrati partibus, hinc fit ſudor. Ita facit æſtum, & perturbationem capitis omne odoratum. Eſt tenuiſſimum hoc medicamentum, oculos detergit, roborat omnes ſpirituales partes, vt ſit mirum; & ideò cordialis, & capitalis eſt medicina. ſi inungamus pudēdas partes hoc, auget venerem, quia augentur ſpiritus. Idem præſtat ſi in pauca quantitate aſſumatur in cibarijs; ratio eſt, quia vaporoſa eſt materia, auget ſpiritus, cōcitat, & facit tenſionē. & hæc ita de moſchò.

Ad Venerē

TRACTATVS DE AMBRA.

IAM propinemus naribus apertis ad Ambram, vt tam ſuaui odore cerebro benè affecto, de aromate ita præcioſo diſcurrere poſſimus. Nos habemus duo genera Ambrarum; alterum, ex quo fiunt orbes, & tubercula, quæ excipiuntur filo, & collo, aut manibus alligata geſtantur ad ornatus Mulierum: alterum eſt, quòd venditur pari pondere cum auro, imò magis; ita vt vna vncia eius valeat 35. ſcutatis aureis, nunquam minus 25. & tamen vna vncia auri non edit niſi decem aureos: ideò duplò, & triplò venditur, tantum eſt pretium iſtius. Prioris quædam nigra, quædam ruffa, quædam citrina, quædam alba; ab Arabibus carabe dicitur, à Græcis electrū, à Latinis ſuccinum, de quo loquar, quùm agam de electro. nos autem agemus tam de aromate illo, quod ambra vocatur, ab Arabibus ambar, à Græcis recentioribus ampar: apud Simeonem Sēp, ampra etiam vti ab Aetio apud Mercatores ambarcaninum, vel ambracanis dicitur. Vocatur ab Hermolao ſuccinum orientale. habebat mētem profeticam ille homo. Ioannes Leo dum loquitur de hac materia ignota antiquis (nam nemo antiquorum nouit hoc aroma, quod ſuperat omnia exceptis aliquibus gemmis) in hiſtoria de rebus Aphricanis dicit, quòd reperitur piſcis in locis marinis Aphri. vocatus Ambra, qui eicit ſperma, vel ſtercus, & hoc eſt ambra. Odoardus refert, quod ſunt aues quædam, quæ ſtercus emittunt ſupra ſaxa, & quòd piſces comedunt, ex quorum ventribus colligitur hæc ambra. Nugæ ſunt. Serap. refert, quòd eſt fungus naſcens ſaxis. Auic. & Auer. 5. collig. cap. 56. & Simeon rectè loquuntur de hac re. dicunt enim quòd eſt bitumen naſcens in Oceano, & ſcatens in gurgitibus altiſſimis eius; & eſt veluti camphoræ ſpecies: quæ comeditur a piſcibus, & cetis, & illos interficit; eſt quoddam genus ſuccini, & bituminoſæ materiæ: & ita Domini non habemus Ambracanem, niſi quem colligimus ex piſcibus. ſi cetus interficiatur à piſcatoribus ambram colligunt. & eſt genus diſtinctum ceti, quod in quibuſdam maribus reperitur, non in omnibus, ſed in littore occiduo Galliæ, qui dicitur Cetus ambræ, & iſta eſt ambra, quam habemus. & quòd ſit bituminis genus

Lib. 1. & 16.

2. lib. trac 2 cap. 63.

genus, videte: ſi apponatur igni, eliquatur veluti reſina &c: ſi apponatis flammam accenſam, eliquatur vt cæra, bitumen, & cætera pinguia. Vndè colligo eſſe materiam oleoſam: iſta aũt eſt ſpecies pinguedinis ex animali, vel ex plantis, vel ex terra; quia eliquatur, eſt quid oleoſum, & pingue. non eſt pinguedo animalis; quia friabilis eſt: non habet naturam ſæui, nec adipis: quia conuertitur in pollinem. non ex arboribus; quia impoſſibile eſſet, vt tandem nauigatio non inueniſſet huiuſmodi arbores; cum habeatur ſatis copioſa circa Gallias, & terras Aphricæ; prætèrea omnes ferè authores conſentiunt ex piſce deſumi: quas arbores vultis, vt piſces volantes cetæ, & balenæ aſcenderint? cum hoc non ſit, opus eſt, vt dicam eſſe pinguedinem terreſtrem: hoc autem inducit me ad credendum iſtud, quoniã ſi ignoramus prioris alterius ambræ vbi ſint fontes, non mirum, ſi latet fons iſtius in profundis maris ſcaturiginibus. Adulteratur quùm extracta eſt ex ventre animalis. ſolent iſti corrumpere, vt faciant griſeam. accipiunt ladanum nigrum, & gipſum, & bene ſimul cum ambra miſcent. Deprenditur adulterium hac ratione. eliquate ſupra ferrum calidum, ſtatim fit coloris ſubnigri, & non relinquitur nec punctum nigrum, nec punctum album, quando vera eſt ambræ tota maſſa. ſi hæc apparent, adulterata eſt. In Oriente habetur trium generum, vna dicitur griſea, quæ habet puncta alba, & nigra, & vocatur porrambar. alia eſt citrina, quæ nunquam apparuit, nunquam eam videre potui; ſed ego credo, quòd ſit illa ſubnigra, quæ eliquata relinquit citrinitatem quandam. hæc vocatur puambar, apud Indos. tertia peſſima eſt, & nigra vetuſtate corrupta, & vocatur minambar. Facultates: eſt calida, & ſicca in ſecundo, ex Auer. & Serap. Auicenna autem d. calidam in ſecundo ſiccam in primo. Dicite in ſecundo incipiente, ideſt in primo intenſo. Roborat cor, cerebrum, vterum: promouet menſtrua; Vndè habemus in officinis medicamentum compoſitum, quod diambra nuncupant.

Adulteratio

Tres ſpecies

Facultates.

Vires.

TRACTATVS DE Zibetto.

VLTIMO eſt zibettum. Cæptum eſt vebi animal ex Aegypto, quod habet ſimilitudinem cum taxomelle Plin. Hoc animal in Aegypto facit partum copioſum, & vocant gatto del zibetto. Hoc animal ferum, & agreſte eſt, armatum dentibus ſerratis, & difficilimè tractabile etiam à domeſticis ſuis; vincitur tamen hominis induſtria; Hoc habet loculum, burſam in parte poſteriori intra fæmora in extrema parte abdominis, ſiue fæmina, ſiue maſculus ſit: huiuſmodi cauerna habet anfractus, & cauitates quaſdam, in quibus colligitur ſudor, & ſanies quædam, quæ zibettum voca-

tur. Hæc materia in principio alba eſt, ſucceſſu temporis primum fit ſub-lutea, deinde flaua, vltimo nigreſcens. Habet grauem odorem cum aliqua ſuauitate admixtum, ſed non multa: Myropolæ capiunt eam pro mixtura, & materia, & miſcent cum moſcho, & ambra. Ego præter odorem carnis toſtæ, non ſentij odorem hoc ſuauiorem, & precioſiorem. Nutriuntur magno ſumptu hæc animalia; comedunt enim dulciaria optima, orizam cum ouis &c. & quanto nobilius eis datur alimentum, tanto nobiliorem materiam emittunt.

F I N I S.

GABRIE-

GABRIELIS FALLOPPII MVTINENSIS TRACTATVS DE DECORATIONE.

Præfatio. Cap. I.

DE DECORATIONE *vniuerſi corporis humani, vel ſingularum partium, quæ partim neceſſario corpus conſtituunt, partim per acceſſorium quoddam illud perficiunt, tractaturis, neceſſarium eſt prius videre, quid ſit Decoratio: Secundo quid agat circa corpus, vel partes. Tertio ad quem artiſicem pertinet. Quarto quid in illa contineatur. Vltimo qui ſcriptores legendi tractarint de hac materia: vtque hæc certò pateant, altius quædam repetenda. quòd omnes artes à ſcriptoribus diuiduntur in duo genera, alteras bonas conſtituunt, alteras malas, atque fucatas, malas vocamus eas, ſecundum Philoſophos, & Medicos ex authoritate Gale. quæ verſantur tantùm circa illud, quod bonum videtur eſſe, non autem eſt: quarum finis bonum, & perfectum apparens eſt, non tale exiſtens. bonas vocamus eas, quæ circa bonum ſincerè, & verè bonum verſantur. per bonum intelligimus perfectionem in ſubſtantia rei, & integritatem eius, de qua dicitur bonum. Vnius, autem, cuiuſq; rei cum vnum ſit bonũ ſummũ tantùm, & perfectio tantùm (quoniam vnũ, vt vnũ, vnam integritatem, vnã perfectionem, & vnum bonum habet) & ideo vnaquæq; ars circa vnum bonum, vnum finem, & vnam perfectionem verſatur illius rei de qua tractat. Verùm bonum hoc in vnaquaq; re dupliciter obſeruari poteſt; altero quidem modo, quo conſiſtit hoc bonum, & in actu reperitur in re, verbi gratia, in corpore perfectio eſt, vt poßit moueri, dum adeſt motus, adeſt perfectio, & bonum: aliquando bonum deſideratur, vel quia nondum genitum, vel quia genitum corruptum eſt. quum duobus igitur modis poßit tractare ars de bono, vel præſens conſeruando vel deſideratum reſtituendo; quæritur an eadem ſit ars? 14. cap. illius lib. de Thraſib. dicit Gal.*

Ordo.

Ars duplex.

Cap. 10. lib. de opt. ſecta ad Thraſybulum.

Bonum.

ad eandem artem pertinere; nam cum perfectio ſit finis artis, ars non ſolùm producere eam debet, ſed conſeruare. ex his colligimus, quòd vna ars habet vnum finem, & vnum bonum pro fine: bonum eſt perfectio rei, circa quam verſatur. hunc finem ars tentat efficere, & effectum conſeruare. Architectonica habet finem, conſtructionem ædium, ſi pereunt ædes, reſtituit; ſi reſtituit, conſeruat. Cùm medicina ars ſit, neceſſarium eſt habere vnum finem, qui ſit perfectio ſubiecti, circa quod verſatur: quod eſt perfectio corporis humani, verum non ita conſtat quid in corpore humano ſit bonum, & perfectum, circa quod verſatur ars, aliqui voluere perfectionem corporis humani eſſe robur, & vim ad actiones obeundas; & benè ſenſere; quia hoc eſt potiſsimum in corpore humano; & ideò dicitur iſta integritas corporis, quoties poteſt integras actiones perficere. hoc confirmatur à Gal. in eodem lib. cap. 15. confirmatur etiam ratione iſta potiſsimum: corpus humanum eſt organum animæ; organum eſt organum ad hoc, vt edat talem actionem, quam, ſi edere non poteſt, imperfectum eſt. ſi corpus eſt organum animæ, & finis eius eſt actus, & opus, ergo ſumma perfectio corporis eſt robur, & vis in agendis actionibus: iccirco finem Medicinæ dicimus in corpore verſantis eſſe conſeruare robur corporis, quod probatur alia ratione. robur eſt virtus corporea, non dico vis, ſed virtus: virtus autem eſt ſummum bonum, dicebat Ariſt. ergo ſequitur, quòd robur eſt ſummum bonum, finis corporis quatenus organũ eſt; & in hoc tendit ars Medica. Alij dixere ſanitatẽ eſſe illud optimum in corpore, ſanitas eſt cauſa omnium optimarũ actionum efficiens, & conſeruans, ergo ſanitas eſt ſummum bonum. Nam ſicut Deus eſt efficiens, & conſeruans, & finis omnium, & bonum ſummum, ita ſanitas, in quam omnes conſpirant. Probo authoritate eiuſdem Gal. in dictis locis, & authoritate Ariſt. qui ſanitatem ait eſſe virtutem corporis, ſi virtus eſt, ergo ſummum bonum corporis, & perfectio, & integritas eius. Alij voluere eſſe bonum habitum; quoniam habitus bonus eſt cauſa functionum, & habitum bonum tentamus omnes, ad quem non ſolum Medicina, ſed ſtrangonica etiam ars intenta. nam antiqui arte Medica conſeruabant habitum. ſed hoc non ſatis erat: habebant Gymnaſticam artem, & Mangonicam artem, quæ molliendo, & remolliendo præſtantiorem habitum faciebant. & cum à Gal. & Ariſt. virtus prodita ſit, ergo bonum corporis dicimus eſſe iſtum bonum habitum. Vltimo non deſuere qui dixere pulchritudinem eſſe bonum corporis ſummum. cum hæc ab omnibus affectetur non ſolum fœminis, ſed maribus: non modo iuuenibus, ſed ſenibus, cumq; etiam virtus ſit, ideò eſt ſummum bonum, & perfectio. ex his habemus rationes pro omnibus partibus. quod nam autem ſit ſummũ bonum? quod pertinet ad actiones videtur magis excedere, tamen non eſt ſummum bonum. Hac ratione dicemus

Finis medicinæ eſt conſeruarẽ robur corporis

Pulchritudinẽ eſſe ſummum bonũ corporis.

dicemus artem Medicam non habere vnum finem, vel corpus humanum plures habere fines, quorum neutrum eſt aſſerendum. Quod nam ergo erit hoc ſummum bonum? Reſpondet acutiſſimus Gal. quòd bonum, quanuis multiplex videatur, vnum tamen eſſe dicitur. multiplicitas autem dependere videtur, quia aliud eſt cauſa boni, aliud eſt fructus illius boni, tamen vnum eſt bonum, vnus eſt finis, & ita bonum aggregatum ex his eſt ex ſanitate, bono habitu, pulchritudine, & robore actionũ; videamus an res ita ſe habeat. accipiamus ſanitatem, & bonũ habitum, hi ſunt cauſa pulchritudinis, & roboris in actionibus; pulcritudo, & robur ſunt fructus, ſunt effectus iſtarum cauſarum. ſi coniungamus cauſas, & fructus, vnum erit bonum. ſummum bonũ in homine eſt, quod generatur, ideo ſecum coniunctam habet cauſam: ex hoc colligemus, quòd quemadmodum omnes aliæ artes habent vnum finem, vnum bonum, ita Medicina, quæ habet perfectionem ex omnibus his quatuor virtutibus compoſitam, & iſtæ virtutes conſtituunt corpus noſtrũ. Probat Gal. rem iſtam, & inquit, videte, quòd non poteſt alterum horum ſequeſtrari ab altero: non poſſumus ſequeſtrare pulchritudinem ab habitu, neq; à robore, neq; à ſanitate; nec habitum bonum ab vno horum, nec robur à ſanitate, habitu, & pulchritudine, nec ſanitatem à cæteris, reſtituta ſanitate, reſtituitur robur, & pulcritudo; reſtituta pulcritudine reſtituitur robur &c. ſequitur ergo quòd re vnum, & idem ſint, quanuis ratione differant: colligemus ergo, quòd in Medicina finis eſt ſummum bonum corporis humani, quæ eſt perfectio cõſtans ex quatuor virtutum aggregato, quæ ſunt ſanitas, robur, pulchritudo, & habitus. & cum hæc omnia comprehendat ars medica, explodit omnes alias artes, exempli gratia, Mangoniam, Atleticam, comptoriam; ipſa omnia facit, ipſa mollit, ipſa pulchrum reddit corpus. cum autem in hoc ſummo bono contineatur pulchritudo, ſequitur, quòd colligere poſſumus pulchritudinẽ pertinere ad artem medicam. quia hæc aut præſens eſt, aut deeſt, ad artem Medicam conſeruatio, & reſtitutio pertinet. Verùm hic adeſt ſcrupulus cum videam Philoſophos, qui continuò hæc tractant, accuſare pulchritudinem: Habemus authoritatem Gal. in illa oratione ſuaſoria ad artes, in qua dicit pulchritudinem eſſe potius occaſionem mali, quàm boni: quomodo ergo erit ex eodem Gal. virtus, & ſummum bonum? Domini, cum hoc videam, cogor, vt ego veniam in hanc ſententiam quòd duplex eſt pulchritudo; altera fucata, adulterina, ficta, & non vera, quæ nõ naturalis, vel præter naturalis dicenda. de qua Gal. primo de vſup. 9. & opt. ſecta ad Thraſyb. cap. 10. & primo de comp. med. per loca cap. 2. & hanc appellamus mangonicam, vel comptoriam, & hæc meretricia, vel cynedica dicitur; nam deſtruit conditiones naturæ, vt artis aliquot peſſimas conditiones inducat; quam ſi affectant ſenes, iuuenes, & mulieres. Mulier

Summum bonum

Finis in Medicina.

Pulchritudo duplex

deſtruit

deſtruit venuſtatem: ſenes grauitatem amittunt: iuuenes virilitatem perdunt. Altera pulchritudo naturalis dicitur, quam vnuſquiſq; affectare debet: & qui non affectat, turpis eſt, & Democriti factum in illum quadrat. Democritus in prandium vocabatur ſæpè ad domum ornatiſsimam, vbi erat instructa menſa linteaminibus pulcherrimis, argenteis, & aureis poculis ornata.. Amicus autem ſordidus erat totus. Cum Democritus expuere vellet circumuoluens oculos nihil inuenit turpius amico; & ideò in faciem deſpuit eius: idem mœrentilli, qui deſpiciunt faciem, barbam, colorem, & naturalia: digni profectò ſunt, ut expuantur. altera igitur eſt pulchritudo, quæ naturalis dicitur; quam dupliciter Gal. deſcribit. altero modo nimis ſeuerè, altero modo latius aliquantiſper. anguſtè, & ſpreſsius, quando timebat à pulchritudine fucata meretricia, & ideò dicebat quinto de placitis Hipp. & Plat. cap. 3. eſſe compoſitionem, & connexionem naturalem, ac ſymmetriam partium inter ſe. & ab iſta ablegauit molliciem, partium colorem, & ſimiles notas pulchritudinis. ablegauit iſta quæ pertinent ad pulchritudinem naturalem, ne daret aditum fucatæ pulchritudini, ne iſta meretrix in Theatrum veniret. verùm quum poſtea non timebat iſtam meretricem, latiorem pulchritudinem explicabat, & connumerabat ſubſtantiam colorem, quantitatem, ſitum, figuram, & conformationem partium. in his enim omnibus conſtituebat pulchritudinem.

Primo de uſup. 9.

Lib. de opt. ſect. ad Tr. 14 primo de uſup. 9. 11 eiuſdē 13. 1. de cōp. medi. loc. 2.

DEFINITIO DECORATIONIS, AD *quam artem pertinet Cap. II.*

EX quibus omnibus, cum nos ſimus tractaturi de decoratione, quæ conſeruare, & reſtituere poteſt, ita eam definimus. Pulchritudo eſt bonus, & naturalis habitus corporis in ſubſtantiæ, quantitatis, ſitus, figuræ, atque coloris ſymmetria conſiſtens. Hæc eſt natura iſtius pulchritudinis, circa quam verſatur res huiuſmodi, de qua nos inſtituimus tractationem: & notate quòd non vna ſymmetria datur in his. aliquando color dicitur ſymmeter ratione coloris vnius partis comparati ad colorem alterius partis, verbi gratia, videmus iuuenem rubrum, habentem barbam flaui coloris; huiuſmodi eſt ſymmetria; quia vtrunq; quadrat cū ætate, & faciei color reſpōdet colori barbæ. Symmetria etiam cadit reſpectu vniuerſi corporis. habet iuuenis rubram, candidam, roſeam faciem, ſi corpus eſt huiuſmodi, tunc dicemus habere ſymmetriam. Tertio dicitur ſymmetria relata illa qualitate ad vnum præſtantiſsimum in vniuerſa ſpecie. ſi imaginemur colorem in muliere, ille eſt, qui eſt mixtum lac cum vino: & ille adoleſcens habet colorem optimum, quoties carnis albidæ, vel lactis cum ſanguine mixtio videatur.

Definitio pulchritudinis.

Symmetria prima.

Symme. 2.

Symm 3.

ſi

ſi videmus hoc, dicimus pulchritudinem adeſſe; quia adeſt ſymmetria cùm colore pulcherrimo totius ſpeciei; idem dicimus de iuuene, puella, ſene, & viro. idem dicimus de reliquis qualitatibus, figura &c. Hanc pulchritudinem obſeruat Medicus, atque cõſeruat; & quia per turpitudinem deſtruitur hanc ipſe fugat. Verum duobus modis pulchritudinem reſtituit, ſicut duobus modis perit. nam aliquando perit per ſe non pereunte ſanitate partium, aliquando per accidens pereunte ſanitate partium, verbi gratia: ſit mulier ſub ſole; inficitur cutis, & nulla pars laborat morbo. viceuerſa ſit carbunculus in facie: huiuſmodi nigredo turpitudinem inducit, pereunte cum pulchritudiné ſanitate. Medicus vtranque pulchritudinem reſtituere poteſt primam per ſe, ſecundã per accidens. hoc ſecundum genus operis pertinet ad medicinam curatiuam; primum verò ad medicinam, quæ Coſmotichi, hoc eſt ornatoria, dicitur, vel decoratoria. ex quo patet vis artis multiplex: vis, quæ reſtituit ſanitatem, dicitur curatiua; quæ reſtituit pulchritudinem, dicitur ornatoria, decoratoria. ſed eſt differentia inter comptoriã, & ornatoriam. comptoria deſtruit naturam, & addit, quod non eſt in natura. Decoratoria ſemper reſpicit id, quod eſt ſecundum naturam in iſto homine, vel in tota ſpecie, vel in hac, vel in illa parte.

Medic. pulchritudinẽ conſeruat.

Comptoria.
Decoratoria

EPILOGVS CAP. III.

HABETIS igitur quid per decorationem; & ad quam artem pertinet. Decoratio eſt conſeruatio, vel reſtitutio pulchritudinis naturalis. hoc fit ab arte medica, additis, vel ablatis his, quæ pertinent ad qualitatem, quantitatem, ſitum, figuramque partium conſeruando, vel reſtituendo in ſymmetriam.

PROPOSITORVM, ORDO, ATQVE Authorum qui de decoratione tractarunt ennumeratio Cap. IIII.

PRIMVM nos de vniuerſi corporis pulchritudine tractabimus, poſtea deſcendemus à capite ad pedes. tractabimus autem de illa decoratione, quæ reſtitui poteſt, ſine curatione morborum. quoniam fuſius Scriptores de hac curatione dixerunt; vos repletos libros multarum ægritudinum inuenietis. Ego agam de pulchritudine reſtituenda ſine morborum curatione. Ex inſtituto tractarunt primum de hoc Cleopatra Medicus, deinde Crito, Tertio Moſchion, vt habemus ex Gal. Rhaſis tractat de huiuſmodi negotio 36. lib. continentis Auic. vltima ſen 4. libri. Inter Recentiores Ioannes de Vigo;

Primo de cõpo. me. loc. primo & 2. cap.

Vigo; Petrus ab Argillata, Nicolus Florentinus in vltimo libro omnium ſuorum operum. qui ſparſim tractarunt, ſunt multi Gale. in lib. de comp. med. per loca. Paulus, Aetius, Oriba. Marcellus &c. & non eſt Medicus, qui locutus ſit de locis affectis, qui non dixerit aliquid, quod pertinet ad pulchritudinem. in primo capite nos tractabimus de impugnatione, & gracilitate corporum, vt quando nimis pinguia ſunt, quomodo gracilia reddendo, & è contra.

DE OBESITATE, ET PRIMO QVID nominis eius. Cap. V.

PVLCHRITVDINEM *aliam eſſe naturalem; aliã verò fucatam, & meretriciam dictum eſt. Hanc poſteriorem non eſſe tractandam à Medico, priorem eſſe inter eius ſcopos collocandam tradidi. cumq; huiuſmodi pulchritudo naturalis, à turpitudine deſtruatur, ſtatim requiri opem Medicam, dicebam. Adiungebam ex mente Gal. conſiſtere pulchritudinem in proportione, analogia, in ſubſtãtia, quantiate, ſitu, & figura partiũ. quibus adiungitur, coloris innati qualitas proportionata habitui, & ætati. Turpitudo erit corrupta proportio iſtarum rerum, vel ſubſtãtia, vel quantitate, vel ſitu, vel figura, vel colore partium. cum indecorum habitum abigere ſit intẽtio, meritò de omni lapſu loquendũ non morboſo, ſed turpi. nam duplex eſt lapſus; alter qui dicitur morboſus, qui eſt affectio præter naturalis impediens actiones corporis; de hoc non tracto: alter pertinet ad pulchritudinem, quando analogia oblectans oculos deſtruitur. ſolet autem hic lapſus eſſe vel in vniuerſo corpore, vel in parte. Turpitudo vniuerſi debet præcedere turpitudinem partis: quia vniuerſalior eſt: & quoniam turpitudo vniuerſi (vt plurimum) in quanto conſiſlit, vel præter modum aucto, vel diminuto, ideò de hoc tractemus. & primò de aucta quantitate; ſecundò de diminuta, poſtea ad ſingularia membra deſcendamus. De nimia igitur corporis craßitie abigenda, dicendum, quæ παχύτης vocata eſt. παχύς à Græcis homo vocatur excedens magnitudine. vocatur πολύσαρκια abundantia carnis. aliquando παχυσμὸς hoc eſt incraſſatio vocatur. igitur & παχύτης, & πολύσαρκια & παχυσμος impropriè vocant noſtri Latini, & præcipuè, qui interpretati ſunt Græcos obeſitatem, craßitiẽ aliqui, & craßitudinem; ſunt qui ventricoſitatem transferunt: alij verò corpulentiam dixere. vnde corpulentia ventricoſitas, craßitudo, craßities, & obeſitas idem ſignificant, ex quo Galenus Latinè loquens, obeſos præpingues, & craſſos vocat. de natura ergo obeſitatis tractemus.*

Turpitudo.

DE OBESITATIS DEF. CAP. VI.

IMPRIMIS *autem obſeruare debemus, quòd corpus hominum tripliciter in quantitate excedit quantitatem ſymmetram. voco quantitatem ſymmetram; hoc eſt, in qua maior pars hominum conuenit, quæ conuenit neq; magno, neq; paruo. Hæc excedere ſolet tripliciter ex 2. aph. 54. prima ratio exceſſus dicitur magnitudo* μεγέτος *à Græcis. ſecunda dicitur longitudo à Gal.* μακρότης. *tertio craſſities* παχύτης *ibi vocata, à Gal. per magnitudinem intelligit excedentem quantitatem corporis in longũ, latum, & profundum: igitur quoties corpus ſit magnum & per longum, & per latum, & per profundum, illa dicitur magnitudo ſupernaturalis: & de hac non loquimur. altera longitudo, quando corpus tantùm per longum creſcit; & de hac nequaquam dicere intendimus. tertia erat craſſitudo, in qua ſecundum Gal. ſit incrementum nimium ſupra illud, quod eſt ſecundum proportionem, ſecundum latum, & profundum, non autem ſecundum longum: hoc eſt ita ad latera, veluti ad partes anteriores, & poſteriores; ita in intimis, ſicut in extimis. Hæc eſt ergo obeſitas, quam cum Galeno definire intendimus hoc modo. Craſſities eſt tumor vniuerſi corporis adaucti, vel creſcentis ſupra id, quod eſt ſecundum naturam latum, & profundum. ex quibus verbis colligimus hanc obeſitatem non eſſe morbum. nam quanuis ibi Gale. tumorem vocet, tamen non omnis tumor morbus eſt; vt ſatis abundè dictum eſt in tractatu de tumoribus. eſt enim aliquis tumor, qui eſt ſymptoma, aliquis eſt morbus, aliquis ſupra naturam, ideſt ſupra habitũ naturalem; nam plurimi obeſi funguntur actionibus proprijs integrè, quanuis non ita valdè. ſed dicenda affectio ſupra id, quod eſt ſecundum naturam.*

Magnitudo. Longitudo. Craſſities. 3. com in 6. epid. com. tex 29. Definitio.

DE QVATVOR SPECIEBVS obeſitatis. Cap. VII.

ISTIVS *obeſitatis quatuor ſpecies conſtituimus ex duabus differentijs eius. nam ratione naturæ conſentientis, aut non conſentientis reperio quandam craſſitiem naturalem, & quandam non naturalem ex 2. de temp. 4. nam ſunt quidam tales obeſi naturam, aliquot non naturam, ſed acquiſititia conſuetudine, & qualitate facti ſunt obeſi. Si quis quæret quæ eſt obeſitas naturalis? eſt augumentum ſecundum latum, & profundum ſupra id, quod eſt ſecundum naturam, in quo omnia correſpondeant cum naturali habitu corporis obeſi. voco naturalem habitum corporis illam temperaturam corporis, & partium, qua donatum eſt corpus ab ipſa generatione. & quæ erit? primùm, vt mollities adſit in obeſo; ſecundum, vt adſit albedo*

Obeſitas naturalis.

vniuerſi corporis; nam habitus naturalis conſentiens cũ obeſitate debet eſſe humidus, & frigidus; in humido, & frigido conſequitur albedo, & mollicies. addite anguſtiam venarum non à pinguedine, non à carne factam, ſed à natura correſpondentem habitui: quia habitus frigidus, & humidus habet venas paruas. addatis, quòd in hoc corpore non adſint ſigna inſignis caloris, vel ratione excrementorum, vel ratione pilorum, & cæterorum. nam pili pauci ſubflaui, & molles requiruntur. ſi duri, nigri, criſpati fuerint pili, iſta non eſt obeſitas naturalis. Obeſitas non naturalis eſt, quæ non conſequitur ad habitum naturalem, ſed ad habitum per conſuetudinem acquiſitum. cognoſcimus hanc obeſitatem: quia non correſpondent omnia obeſitati: habitus naturalis non reſpondet, & ita in obeſo non naturali adeſt plenitudo, & vaſtitas corporis; ſed color erit ruber, vel niger, durities calloſa, latitudo inſignis venarum, quamuis non pateat ad ſenſum: tamen ſi liget Medicus bracchium, videbit ad ſenſum venas latiſsimas, & ampliſsimas; igitur in his & color, & mollities, & anguſtia venarum non reperitur, præterea excrementa nimis rubicunda ſunt, hirſuti ſunt, & piloſi. Hanc non poſſum dicere obeſitatem præter naturalem, commotus authoritate antiquorum millies, citata à Gal. quòd conſuetudo eſt altera natura: quia per conſuetudinem obeſitas hæc facta eſt, non à primordio generationis. Alia differentia eſt conſtituens duas alias ſpecies obeſitatis, quæ ſumitur à morboſa, & ſalubri natura; & ita morboſam habemus, & ſalubrem obeſitatem. Morboſam vocamus, quæ peruenit ad extremũ magnitudinis, ita vt lædat actiones, vti habemus apud Rhaſim 14. contin. & Gal. 2. de temp. 4. apud Auic. 7. fen 4. libri. tract. 4. cap. 5. Apud Hipp. in lib. de aere, aquis, & locis circa finem: ad extremam craſsitiem ſolent iſti morboſi affectus contingere. & primum, quo ad generationem, qui præter modũ craſsi ſunt, ſolent eſſe inepti ad Venerem, neq; illam ſolent affectare, & non percipiunt magnam voluptatem in coitu. ſolent tamen aliquando luxurioſi eſſe, & gignere plures maſculos, & fœminas. Nocumentum autem, quod fœminis valdè præpinguibus accidere ſolet numeratur ab Hipp. vbi ait non ſolere concipere mulieres præter modum obeſas; quia conculcatur os vteri ab omento, & non recipiunt ſemen; & ſi concipiunt, non retinent ob mollitiem. & ſi concipiunt fortè, patiuntur abortum; & ſi pariunt imbecillis erit fœtus. Non ſunt ſalaces; non ſentiunt delectationem coitus: ideò aduertant Medici circa fœtus pinguium; quia laxi ſunt, & imbecilles, & cito corrumpuntur. Addatis, quòd in hac morboſa pinguedine ſequitur anhelitus difficultas. addite cordis tremorem, & palpitationem: ſolet diarrhœa fecum, vel alterius materiæ ſuccedere. patiuntur etiam ſæpè dyſenteriam ex Gal. 2. de temp. 4. iſti non poſſunt tollerare famem, nec ſitim; quoniam cum habeant venas anguſtiores,

Obeſitas nõ naturalis.

Morboſa obeſitas.

Obeſi inepti ad Vene: &. Ar. & Auer. primo de gene. an. 18.

1. aph. 46.

Morbi pinguium.

ſtiores, ſi ieiunio infeſtantur, deficiente ſanguine pauco, quem habent, deficiunt vires. Hoc confirmatur ab Hipp. Rhaſi & Auic. locis dictis. Appetunt imbecilliter cibaria; quia humiditate nimia abundant, & (ex lib. de ſalubri dieta) ſcatent plurima pituita; & ideò ſemper languet appetitus; quanuis labantur vires ob ieiunium. Adiungitur etiam hebetudo ſenſus: ego vidi, quòd corium in vno ex his erat ita incraſſatum, vt ſenſum amiſerit ratione nimiæ impactionis neruorum: ineptiam habent ad motum. & per hanc ineptiam non ſolùm intelligo motum diminutum: ſed quia ſunt multi motus, quos perficere non poſſunt. primo quoniam non poſſunt extendere bracchia ad poſteriora, vt obſcænas partes mundent; pariter optimè non poſſunt fricare caput, nec attollere fœmur, & ponere pedem ſupra genu, & in motu infinita alia incōmoda patiuntur. præterea imbecillitas eſt omnium actionum, quæ etiam in ſanis obeſis reperitur. Eſt autem ſana obeſitas, quæ eſt coniuncta cum ſanitate corporis ex Gal. primo de ſan. tuend. 5. vbi dicit obeſos, & valdè obeſos ſanos eſſe, non tamen ſibi placere eorum habitum. Obeſitas ſana. ſunt ſani; quia obeunt ciuilia munia, cōmode æquitant, currunt, iter faciunt & cæteras actiones adminiſtrant, gignunt, dormiunt, vigilant, ſtudent, & omnia alia agunt, quæ homo ciuilis agere debet. Et quanuis huiuſmodi craſſities non lædat actiones, tamen non eſt vtilis in ſenibus, ſed periculoſa; indecora eſt iuuentuti, & indecens ex 2. aph. 54. ideo eſt abigenda, & omni ſtudio, diligentia, ac ope Medica extirpanda.

QVOMODO FIAT OBESITAS Cap. VIII.

SED hoc non eſt ſatis: oportet ſcire quomodo fiat hæc obeſitas: Fit dupliciter, vel ſuperabundante pinguedine, vel carne. ſi ſuperabundat pinguedo craſſities, vel παχύτης dicitur: ſi caro, poliſarchia vocatur. Quomodo abundat pinguedo? ex Gal. in omni generatione ſanguinis ſemper gignitur multa copia pinguis tenuis & leuis materiæ, quæ oleoſa eſt, iſta in corporibus calidis, & ſiccis ſolet eſſe pabulum calidi innati, & ita non apparet, ſed in habitum conuertitur, & exhalat. 2 de tēp. 4. Huiuſmodi oleum in omnibus animalibus generatur, in habitibus frigidioribus, & humidioribus, cum callor ille ſit moderatus ex iſto oleo quid fit? transfunditur à venis ad extra venas, quia cum tenuis ſit, penetrat, & extruditur extra venas. & cum quicquid eſt extra venas, vel ſit pars frigida, & ſicca membranoſa, oſſea, & cartilaginoſa, vel ſit pars carnoſa calida, & humida. ſi hoc oleum accedit ad primam partem, fit pinguedo, & ſic ſunt corpora pinguia, non obeſa. ſi accedit ad carnoſas partes, quæ ſi ſint calidæ in halitū vertunt illud oleum.

ſed ſi caro vel ratione otij, vel alia ratione deſes facta eſt, & imbecillis redditus ſit eius calor, tunc augentur carnes, & corpus non ſolum pingue, ſed obeſum dicitur. At ratione carnis fit hoc modo, quia partes carnoſæ ſunt robuſtæ, & attrahunt maximam quantitatem ſanguinis, vel quia vaſa anguſta transfundunt maximã copiam ſanguinis, qui fit caro, & augentur muſculi, & creſcit corpus per incrementũ carnis. Hic eſt geminus modus, cui addamus tertiũ; quãdo ex vtroq; fit craſſum corpus noſtrũ: plurimi fiunt obeſi ratione pinguedinis; rari, carnis ratione, frequentiſsimi, ratione vtriuſq;.

Auctus in carne.

DE CAVSIS OBESITATIS CAP. IX.

QVID eſſet corporis craßities, vti fieret, & eius ſpecies quot ſint diximus: nunc videamus cauſas, deinde ſigna, tertio præſagium, & tandem veniamus ad curationem. cauſas omnes diſtinguunt in duo capita in internas, & externas. in primo loco externarum ſunt aer frigidus, & humidus ex Gale. vnde apud Schythas, in quibus vigent frigora reperiuntur obeſa prætermodum corpora. Quies etiam obeſa reddit corpora; quia refrigerat calorem, & non abſumitur alimentum. addatis motum temperatum, quia tantus ſit, quantus ſatis ſit ad eliquationem materiæ. fricationes, inunctiones replentes, & balnea ſunt etiam cauſæ obeſitatis. præterea eſt ſomnus longus; quoniam in eo non fit digeſtio, & excußio materiæ. verùm omnia ſuperantur à copia ciborum multum, & cito alentium. primum inter hæc locum habent vina craſſa, dulcia, & parum differentia à ſanguine. vnde habemus vinum maritimum ibidragum vocatũ, quod ex Illiria affertur. Inter cauſas internas connumeratur primum, robur carnoſi generis, ita vt maximam copiam ſanguinis attrahat: & ideò multum creſcat: ſanguinis etiã nimia copia ſolet eſſe cauſa obeſitatis: ſicuti etiam maxima copia oleoſæ materiæ eſt altera cauſa materialis obeſitatis. Venarum anguſtia, quoniam cum non multa congeries ſanguinis in venis fieri poßit, neceſſe eſt extrudi extra venas. potiſsimum eſt habitus frigidus, & humidus, quoniam in eo oleoſa materia, & ſanguis abundat, & non reſoluuntur humiditates: ſed oportet, vt frigiditas non ſit intenſa.

Aer frig. & humi.a ſim pl 20.
Quies.
Motus tẽperatus fricationes.
Vnctiones.
Balnea.
Copia ciborum.
Vinũ dulce.
Cauſæ internę robur car noſi generis
Venarũ anguſtia.

DE SIGNIS CAP. X.

SIGNA obeſitatis non ſunt tradita; quia patet ad ſenſum. ſed ſignis cognoſcuntur ſpecies obeſitatum; nam vna naturalis, altera non; vna morboſa, altera ſalubris eſt. color albus, mollities cutis, pilorum defectus, venarum anguſtia indicant craßitiem naturalem. ſi color ſubruber, vel niger, cutis

Signa naturalis obeſitatis.
Signa nõ naturalis obeſitatis.

cutis dura.pilorum abundantia,venarum apertio tunc erit non naturalis.
Cognoſcitur etiam obeſum corpus ob pinguedinem; quia albedo eſt nimis candida, laxitas vniuerſi corporis cum flacciditate partium, frigiditas ad tactum,quæ eſt pinguedo Carniſpriuij;ita enim illud depingunt. *Ex pinguedine.*
Obeſitatem vero ex carne adaucta cognoſcimus primum ex ſoliditate molli corporis, indicatur ex colore albo cum rubore admixto,ex caliditate ad tactum inſigni, verum leni,non mordicante. adeſt robur maximum virium in omnibus actionibus. ſi arripiant hominem ſupra thoracem,& conſtringant, ſuffocabũt,& dimouebũt,veluti ſi palea eſſet. *Ex carne.*
Si verò ſit craßities morboſa cognoſcitur à ſymptomatibus: *Signa morboſæ obeſitatis.* ſi ſalubris, cognoſcitur,quia nõ adeſt impedimẽtũ. *Signa ſalub. obe.*

DE PRAESAGIIS CAP. XI.

PRAESAGIA, quæ poſſunt in pinguedine proferri; hæc ſunt, vt ſit ſemper ſuſpectus habitus craßi, & obeſi. ratio eſt ex Gal. *2.de tẽp.12.* quoniam facilè patiuntur ab internis cauſis,aut ſalubris,aut inſalubris ſit obeſitas: patiuntur enim ab obſtructionibus, à feruoribus &c. præterea,qui obeſi ſunt, etiamſi ſalubres ſint, facilè moriuntur 2.aph.44. Inſtant Arabes,& dicunt, quòd per ſe non ſubijciuntur obeſi huiuſmodi periculo; quoniam vita conſiſtit in humido, ergo obeſi diutius viuere debent; quia habent multam materiam pro alimento caloris. *Inſtantia.* Verum ſi obſeruemus quæ conſequuntur, cum nimia fuerit craßities, facilè calor ſuffocatur. *Solutio.* præterea cum ſubijciantur occaſionibus internis, facilè ſuffocantur,& alteratur calor in ipſis. huius rei reddit rationem Gal. in com. illius aph. & dicit, quòd breuis vita pinguium, quia deeſt ſanguis copioſus, in quo ſubſtentatur calor; eo quòd venæ ſunt anguſtæ,& eſt ratio contraria Arabibus. *Primo de dig. ex pul. 8* præterea (dicit) non multus eſt ſpirituoſus calor; quia arteriæ primum natura anguſtæ ſunt,deinde ab abundantia carnis, & pinguedinis coarctantur ex Gal. & ita non poſſunt copioſum calorem ad corpus deferre. ſi nobis tractandum eſt obeſum corpus, poteſt ne ſanitati reſtitui? ſi non eſt confirmata obeſitas difficilè ſanantur: ſi diuturna difficilius; ſi eſt naturalis,& diuturna,multò difficilius,tamen omnis obeſitas vinci poteſt.

DE INDICATIONIBVS curatiuis CAP. XII.

QVOMODO autem obeſitas iſta ſuperabitur? Nos dicebamus quòd cauſa obeſitatis eſt habitus frigidus, & humidus: humidus præcipuè cum moderata caliditate, & frigiditate, qui aut ſit acquiſititius.

aut

aut naturalis. ſi hoc eſt, neceſſarium eſt, vt nos in ſuperanda obeſitate habeamus ſcopum mutandi huiuſmodi habitum. in obeſo corpore abundat humida materia, neceſſarium eſt conuertere in ſiccitatem, & caliditatem; oportet
14. meth. 15 ergo, vt nos immutemus iſtum habitum; & ſic obeſitas exiccabitur ex Gal. ſed aſſequemur hunc ſcopum duobus modis, primo diſcuſſa omni humiditate, quæ iam congeſta, & compacta eſt: non poſſumus facere hoc, niſi pinguedinem, & carnem eliquemus, & poſt diſcutiamus. ſecundum agendum eſt, vt nos impediamus nouæ humiditatis generationem, & additionem. Hoc autem fiet vel ſubminiſtrato minimo alimento, vel vt mali ſucci ſit alimentum, non reſpondentis pinguedini, ita vt partes potius fugiant, quàm attrahant; vel alimentum ſit paucum, vt non poſſit pertranſire ad loca reficienda; aut quòd viſcera ſint præter naturam affecta, vt bonum non reſtituant alimentum, vel obſtructa ſint.

DE REBVS NON NATVRALIBVS, & primo de aere motu, & quiete, Cap. XIII.

QVIBVS autem inſtrumentis hæc aſſequemur? ſicut res non naturales poſſunt replere corpus, ita etiam euacuare ex Gal. & Hip. ſicut aer frigidus, & humidus replet, ita calidus, & ſiccus exiccat eliquãdo carnes, & abſumẽdo. in hoc caſu æger ſub Sole ſit, & ſi poteſt eſſe nudus, eò melius, quoniã ſi ſit in aere calido, & ſicco, & ſub ſole; maximè ſiccatur corpus. ſi ſit in loco frigido, & corpus ſit nudum, frigiditas repellit calorem, & facit bonam concoctionem, & impedit transfuſionem materiæ à venis ad extra venas. Nos habemus præceptum Orib. apud Rhaſim 14. contin. vt non ſolum ſint ſub ſole, ſed obruantur arena, & cineribus. & ego expertus ſum, & experimentum optimum eſt, dummodo ſit obeſitas naturalis, & non adſit corium durum. pariter ſi lutemus cretaceo luto, vel luto montis Ortonis facit ad ſummam maciem, non ſolum in particulis, ſed in vniuerſo. accipimus enim lutum, & diſſoluimus aqua thermali, vel calibeata, & vngimus corpus, & exponimus ſoli. ſolemus autem obruere arena, vel luto corpora, ne obducantur cruſta, corrumpantur, exiccentur, areſcant, & vlcera oriantur, atque rimæ contrahantur. Adiungitur motus, & quies: quoniam quies aliquando, quæ labefactat virtutes partium, ſolet extenuare partes; quanuis motus moderatus impinguat, tamen inter cauſas potiſſimas gracilitatis motus connumeratur: ſed debet eſſe motus vehemens, acutus, inducens ad laborem, & laxitudinem, atque ſudorem. Exercitationes ſunt luctatio, equitatio, luſus pilæ vel paruæ, vel follis magni, foſſio agrorum, luſus ſerræ, & dimicatoria exercitatio; ſed inter omnes Gal. numerat curſum vehe-

[Margin notes: 5. de tuend. ſan. 2. Ex lib. de ſalu. dieta 13. Aer. — Motus, & quies. — 5. & 6. de tuẽda ſan. cap 2 & 8. 15. meth 15.]

vehementem. ex quo colligo, quòd inter omnes exercitationes nulla potior curſu; non quia difficilior, & maiorem ſudorem faciat; ſed quia obeſi hanc exercitationem facere poſſunt. dimicatio periculoſa eſt, ne defodiantur oculi; non poſſunt equo vehi, ne rumpatur dorſum equi; non ludere pila, ne cadendo naſum comminuant: nullus eſt, qui currere non poßit, quamuis curſus non ſint ita validi. Sed in hoc curſu hæc obſeruanda ſunt. primo, vt fiat ieiuno ſtomaco, ne repleantur artus; ſecundo, vt ſtatim poſt curſum non comedat; ſed ſinat, vt refrigeretur corpus: poſtea accedat ad balneum, & demum cibetur. tertio, vt præparetur corpus ad curſum: præparabat Gal. frictionibus linteorum duorum, donec rubeſceret corium, deinde oleo reſolutorio vngebat, quod deſcribitur ibi à Gal. & 14. meth. 5. & conſtat ex oleo veteri cocto cum althea, ariſtoloch. opop. &c. quod in officinis reſolutorium vocatur. ſed ſi non adeſt: omnia olea acopa bona ſunt, vt ol. lil. alb. ſimp. & comp. cum arom. ol. irinum, ol. de ſpica cum arom. quæ reſoluentia ſunt. ſed vnum notate, quòd cum dixerim præceptum eſſe neceſſarium, vt iſti poſt curſum quieſcant, contrarium proponitur ab authore lib. de ſalub. dieta, qui dicit, vt ſtatim anheloſi ſumant cibum. dicit Gal. in com. ideò authorem dicere hoc, vt celerrimè repleantur corpora. Hoc autem facit ad extenuationem; quia non nutriunt: quoniam dum attrahuntur cibaria violenter, inconcocta, & cruda ſunt: & ideò non facilè fluunt, nec poſſunt reficere corpora. Præterea faciunt obſtructiones in viſceribus; niſi iſtæ ſint cauſæ, ex Gal. poſſumus colligere, quòd ſibi non placet, quoniam morboſum corpus efficeretur. igitur quieſcant poſt exercitium ex Gal.

Curſus. 14. meth. 15. propè finē. Ol. reſolutiuum.

DE SOMNO, ET VIGILIA, EXCREMENTIS, & animi paßionibus, Cap. XIIII.

Somnus, & vigilia impinguant corpora, ſi moderata fuerit vigilia. ideò contrarium eſt inſtituendum: plurimum vigilandum eſt. ſtudeant obeſi, & vigilent, vt fiant graciles, ſed, ſi quis ſtudeat, & poſtea dormiat, vel fuerit in otio, non fiet gracilis. parum dormiat ſuper lectum durum, non in pluma, nec in ſtrato molli; quoniam dura cubatio ſemper contundit partes, & impedit appoſitionem alimenti ideò dormiat ſupra tabulam, vt maceretur. Addatis excrementa corporis, facite, vt feces, & lotia excernantur, & ſubducantur. & ita clyſteres acres quotidiè imponendos curate; quoniam neceſſarium eſt ex Auic. vt diſtributio alimenti impediatur. poſtquam ergo concoctus cibus eſt in ventriculo, ſtatim facite, vt feces excernantur, & bonæ ſunt aliquot pillulæ ad hoc. & ego ex aloe familiares habeo, & mã do, vt quotidiè vnam ſumant ante cibum. ſed hæ non ſunt bonæ pro ſenibus.

Somnus & uigilia. Excremēta.

vt

Animi paſſiones. *Addatis & animi paßiones, quæ maximi ſunt momenti. Monent Arabes, vt ſemper maledicamus illis, nuntia mortuorum amicorum, atq; parentum afferenda. obiurgandi ſunt, culpandi, iniurijs onerandi; quanuis ego viderim homines continuo liuore vexatos, & perturbatos, impinguati. ideò obeſi negotientur.*

DE VENERE, ET CIBO, ET potu. Cap. XV.

Venus. *VENERIS ratio habenda eſt; nullus eſt habitus, in quo tantum venus proſit, quantum in obeſis. vtinam tantum poſſent, quantum opus eſt: ſed non ſunt ſalaces, ineptißimi algent.* Victus ratio uict.9 tenuis *Victus ratio tenuis, & attenuans habenda eſt. per tenuem intelligimus victum exhibentē paucū alimentū. paucū alimentū poteſt haberi à victu vel pauco exiſtente in quantitate, vel magno in quantitate, quòd parum alat. & ideò comedant ſemel in die. ſed parum comedant dicit Gal. in lib. de ſalub. dieta. Vnica illa vice, ſi demus carnes bonas, vel panem, demus quàm minimum. ſed ſi famelici ſunt? Ego habui obeſos, qui omnia ſubibant, vt extenuarentur. at in vno prandio comedebant tantum, quantum comedunt quinque homines. ad minus enim duos capos deuorabant. Ego vidi lachrimas exudantes, præ fame, ab oculis eo-* 5. de tuē ſ.2. *rum. Gal. monet nos, vt exhibeamus panem furfuraceum; nam ſi multum comedunt, multum cacabunt. Mandant olera quantum voluerint, vt eſt lactuca, ſpinachia, &c. præterea fercula exhibemus ex oriza, ex milio, & ſi poſſent comedere panem ex ſorgo, extenuarentur ſpacio quindecim dierum.* Carnes. *Inter carnes, nulla poteſt exhiberi; quia omnes alunt.* Aqua. *bibant aquam. dices tu, vis ſiccare, & aqua humectat, & refrigerat. exhibete aquam cum aceto. & ego vidi ex vſu ſolo oxycrati, vel aqua chalybeatæ, ſanatos.* Victus attenuans quid. *Victus attenuans eſt; quòd parum nutrit, ſed attenuat.* Caro & piſces ſaliti. *& primum locum tenent in hoc caro, & piſces ſalita.* Caſeus. *Præterea caſeus antiquißimus ſalitus. Olera omnia acria, vt allia, ſcalongiæ, cæpæ, & bibant aquam, ſi voluerint, & habeant hæc omnia cruda, vel cocta. comedant radices raphanorum, erucas; & poſſumus coquere admixto aceto.* Acetum. *Et quanuis Rhaſis dubitet de aceto, quoniam diſcutit valdè. ego tamen dico, quòd diſcutit exiccando. Ego vidi potantes quotidie ſpacio 40. dierum cyathum, ſex, aut octo vnciarum emaciatos. aliquot reperi, qui coquebant acetum cum ſemin. fœnic. vel aniſi, vel petroſel. aſparagi amari ex montibus cibum præſtant ad hoc commodum; Item caules tenues, & ſtolones ex ruſco, ex bonifacia herba: & omnia cibaria calida, & ſicca præſtantißima ſunt. vndè vſus cinn. gariph. piperis, & omnium aromatum præſtantißimus eſt.* Potus. *Potus ſit aqua, vel vinum acerrimum, & cali-*

calidiſſimum in parua quantitate, vel poſca. multum vinum replet corpus. poſſumus ne iſtos alia ratione extenuare? Per medicamenta, de quibus agere iam tempus oportunum eſt.

DE MEDICAMENTIS CAP. XVI.

Sudorē mouentia.

IMPRIMIS autem duo medicamenta notanda ſunt. primum eſt propoſitum à ſcriptoribus euacuans, vt ſunt quæ euacuant per ſudorem, vel per lotium, omnia genera appiorum bona ſunt, aſparagi amari; quæ leniunt aluū ſunt præſtantiſſima, & ideò pillularum continuus vſus præſtans eſt. ſed quis dicet euacuatio per ſectam venam conuenit? nullus de hoc mentionem facit; quia in his, vt plurimum, non abundat ſanguis, cum habeant venas anguſtas. ſed Gal. dicebat quod copioſus miſſus ſanguis in obeſis, periculoſus eſt, quia iſti facilè patiuntur. ſi paucum ſanguinem mittimus, nihil erit. ſi multum, non perferent vires. ideò tantum purgantibus mediocribus lenienda aluus. At medicamenta alterantia quæ ſunt? quæ habent vim ſiccandi, & digerendi: & eſt ruta. & quanuis Galenus laudet ſylueſtrem, tamen hortenſis præſtantiſſima eſt: ego laudo, vt iſti comedant rutam, fiāt decocta, & electuaria ex ruta. addite ariſtoloch. rotund. addite centaur. minus, cui parum fido, quia lotia ſanguinea prouocat. addatis gentianam, polium montanum. addite ſal viperinum, quia eſt præſtantiſſimum pro morbo articulari. Trociſci viperini præſtantiſſimi ſunt. Meminit cuiuſdam compoſitionis Gal. in lib. de Antid. Theriaca præſtantiſſima eſt. ſed Arabes addunt laccam, & ſuam ſandaracam matutina hora. addunt compoſita hæc, veluti acetum ſquilliticum, non dico oximel ſquilliticum, quod perferre non poteſt ſtomacus; nam acetum ſtatim petit fundum, & non facit conuulſiones, & actiones moleſtas in ventriculo. at oximel id facit ratione mellis, qui ſupernatat, & manet in ore ventriculi. ideò coclear accipiant aceti ſquilliticí. Ego maceraui mulierem cum vi. vnc. marinæ aquæ matutina hora aſſumptis. aliquando trociſcis vſus ſum de lacca, de rhabarb. de abſynth. & confectio anarcardina habet principatum, quam matutina hora capiat in pauca quantitate.

Lenientia.

Sectio uenæ.

1 ad glau. 18

Alterantia.

TRACTATVS DE MACIE REPARANDA varia eius nomina. Cap. I.

6.epid.com. 3.cō. tex.29

SEQVITVR diſpoſitio quædam ſuperiori penitus cōtraria, quæ varijs vocibus nuncupata eſt. nam Gal. tribus vocibus vocare ſolet. λεπτότης enim, hoc eſt tenuitas, apellatur. ισχνότης hoc eſt gracilitas. λεπτυσμος, ideſt attenuatio, quamuis etiam attenuatio ſignificet motum, per quem introducitur gracilitas. Noſtri vocant gracilitatem maciem; vnde gracilia, & emaciata corpora vocantur; dicitur quinetiam tenuitas, in libris Arabum, & recentiorum extenuatio vocatur, in qua affectione videamus quid ſit, quomodo fiat, quot ſpecies habeat, deinde quot ſint cauſæ, ſigna, & quid præſagiendum?

Propoſitum & ordo.

DE MACIEI DEFINITIONE. CAP. II.

SICVT tripliciter excedit quantitas, ita etiam huiuſmodi gracilitas, & attenuatio trium generum eſt: quando corpus attenuatur, ita, vt ſit breuius, & tenuius, quàm conueniat ſecundum latum, & profundum: & ſunt puſilla corpora, vt pygmeorum. aliquando deficit quantitas in longitudine tantùm, & iſta dicitur breuitas: aliquando ſolet diminui ſecundum latum, & profundum, & tunc eſt macies, gracilitas appellata. ex his colligimus definitionem, & dicimus cum Gal. quòd macies eſt totius corporis molis ablatio ſecundum latum, & profundum infra id, quod eſt ſecundum naturam. nam quoties tumor naturalis, prominentia partium ſecundum latum, & profundum eſt ablata in vniuerſo corpore, dicitur macies: nam, ſi eſt vnius partis, potius dicitur extenuatio: & eſt affectio, quæ non eſt præter naturam, ſed infra id, quod eſt ſecundum naturam. nam recedunt partes ab habitu naturali tripliciter, aut præter naturam, quando laborant morbo: aut ſupra naturam, quando laborant obeſitate: aut infra naturam, quando laborant macie.

in lib. de tu. cap. primo, 6.epi.l.cō 3. com. tex 29

DE MACIEI SPECIEBVS. CAP. III.

SED macies duplex eſt, vna eſt, quæ eſt morbus, & conſequitur ad tabem, alia eſt non morboſa, in qua actiones oportunæ ſunt, & hæc infra naturam dicitur. Huiuſmodi cognoſci oportet ſpecies, quæ oriuntur ratione trium differentiarum, ita vt ſex ſint ſpecies: vna eſt naturalis, altera non naturalis, & idem dicimus per contrarium, quod diximus de obeſitate. Naturalis

turalis macies, eſt quando habitus conſentit cum gracilitate; & hic habitus duplex eſt, aut frigidus, & ſiccus, aut calidus, & ſiccus. non naturalis eſt, quando nos videmus, quòd non reſpondet habitus naturalis viſcerum cũ gracilitate: vt quum habitus eſt frigidus, & humidus, vel calidus & humidus, & gracilitatem habet. Aliæ ſpecies ſunt, vt nos cognoſcamus morboſam, & ſalubrem maciem: morboſa eſt coniuncta cum morbo, cum tabe, vt aridi facti ſint, hirſuti ægri, & conſiſtere non poſſint. Salubris eſt, quando ciuilia munia perficere omnia poſſunt corpora. alia ſpecies eſt, quando macies eſt confirmata, in qua non ſolum carnes, & partes pingues conficiuntur ſed etiam cutis & emaciata, & contracta, & ſiccata. contra autem quum videmus actenuatam pinguedinem, & carnes, & laxam, & flaccidam, & mollem cutim, tunc non eſt confirmata macies. Hæc colliguntur ex Gal. in loco dicto epid.

Naturalis macies. Non naturalis. Morboſa. Salubris. Cõfirmata.

DE MODO QVO FIT MACIES. Cap. IIII.

MODVS autem, quo fit macies triplex eſt, aut per eliquationem tantum pinguedinis, vel per pharmacum, vel per laborem inſignem. alter modus eſt, quando non ſolum pinguedo, ſed etiam caro abſumitur, & hoc prouenit à validiori cauſa; tertius modus eſt, quando non ſolum pinguedo, non ſolum caro, ſed etiã humiditates, quæ ſunt in corio, & partibus ſpermaticis, conſumuntur, & hæc eſt potiſſima & conſumata macies.

DE CAVSIS EXTERNIS. CAP. V.

CAVSAE maciei diſtingũtur in internas, & externas. externæ ſunt omnes cauſæ, quas laudabã pro cohibenda obeſitate. nam primo ipſe Hipp. in lib. de aere, aquis, & locis. Gal. 5. de ſanit. tuend. 2. proponunt aerem calidum extenuare corpora; vnde incolentes loca calida graciles ſunt. aer etiam fit arte calidus. Vnde mora ſub ſole, nudatio corporum, conſiſtentia ſub arena, uel puluere, exercitatio immoderata, lotiones in aquis thermalibus, frictiones validæ, notationes in mari, curſus, ſaltus, luſus pilæ, vigiliæ, omnia hæc extenuant. adeſt etiam diarrhæa, qua colliquantur carnes & pinguedo. quoties ergo fluxus vẽtris adeſt, adeſt extenuatio, euacuatio etiã per lotium inſignis facit macilentos. Vnde diabetici maciem habent. addatis animi paſſiones. veneris vſus peſſimus eſt. Verum ratio alimenti primas tenet. & eſt alimentũ extenuans tenue vel potentia vel actu, tenuẽ actu voco, qui in pauca quantitate ſubminiſtratur; qui vult non eſſe macilentus, non parum comedat. ſimiliter victus potentia tenuis hoc eſt parum alens,

Externæ. Aer.

idem facit. Verum etiam alimentum attenuans idem præſtat, vt allia, cæpæ, cinnamomum, & aromata. ſed addatis medicamenta: mille obeſi facti ſunt tenues poſt pharmaca exhibita ſoluentia, Antidota diuturna, & purgantia. Ex quo Gal. dicit, quòd aliqui ex continuo vſu theriacalium ſalium mortui ſunt, adeò extenuati ſunt.

14 meth. 15

DE CAVSIS INTERNIS. CAP. VI.

INTERNAE autem cauſæ ſunt iſtæ, prima eſt ſanguinis defectus; quia non tantum oleum eſt in ſanguine, nec tantus ſanguis defertur ad muſculos, vt caro gigni poſsit; ideò neceſſario fit macies, non eſt autem tantus ſanguis, vel quia vitioſus non poſsit diſtribui, vel quia nimis paucus ſit in venis. Quomodo vitioſus? Hoc vitium exponit Auic. quòd eſt duplex vel in ſubſtantia, vt ſi ſit nimis craſſus, vt non poſsit egredi è venis, vel per qualitatē, quādo bilioſus amarus effectus abhorretur à partibus, & non attrahitur. alia eſt cauſa interna, quam proponit Gal. & eſt facultatum ipſarum imbecillitas. explicat duobus modis, primo quando dicit; non fit bona diſtributio, ſecundo, quando non fit in partibus concoctio bona. quid ſibi vult? hoc eſt quòd facultas attractrix partium carnoſarum non eſt adeò valida, vt attrahat ſanguinem, vel quoties concoctrix mala erit. quia quando non bene concoquunt, non bene immutant, ſuccedit macies. Rhaſis, & Auic. dicunt, quòd quoties expultrix peccat, ita vt citius expellat ſanguinem, vel quoties attractrix non tantum attrahit, fit macies. de quo etiam Gal. Addunt tertio in loco temperaturam totius corporis. nam duæ temperaturæ neceſſario faciunt maciem, vna eſt calida, & ſicca. potiſsima autē eſt illa, quæ eſt intemperies frigida & ſicca. in his autem duobus debemus nos hoc obſeruare, quòd poſſunt eſſe naturales, & acquiſititiæ temperaturæ, & vtræque faciunt ad gracilitatem. Rhaſis & Hipp. in lib. de aere, aquis, & locis cap. 3. notat, quòd magnitudo ſitus, & craſsitudo lienis emaciant corpus, & hoc experimento cognitū eſt. reddit rationes plurimas Auic. reddit vnā Hipp. & dicit quòd lien creſcens abſoluit, veluti ſpongia, omnem ſanguinem, vel bonum, vel malum. addit Auic. primo, quòd lien cum inculcet hepar ob magnitudinem, refrigerat eum, & fit mala concoctio ſanguinis. ſecundo, quia facit obſtructiones in hepate, & eſt cauſa, vt non fiat diſtributio. additur aliud ab Auic. 3. canon. vbi loquitur de fame; quòd, qui laborant vermibus in ventriculo, & inteſtinis, macie afficiuntur: & hoc patet in puerulis: etenim turgidulos vidimus infantes ſenſim emaciari. matres ſolertes ponunt os ori, & ſentiunt prauum odorem, & cognoſcunt. Neq; ſolum vermes concreſcentes in ventriculo, ſed etiam in renibus, vel alia parte, emaciant. Nephriticæ

6. de tuend. ſa. 3. & com. prædicto.

3. de cauſ. ſymp. 1. & 2.

6. de ſa. tu. 8.

Liē magnū cā maciei.

Vermes.

phriticæ affectiones cauſæ ſunt maciei. addunt reſolutionem nimiam ob calorem, ſed hæc refertur ad alias cauſas.

DE SIGNIS. CAP. VII.

COGNOSCITVR autem naturalis macies, quum venæ ſunt latæ, corpus piloſum, color ſubniger. non naturalis, quum colorem album, venas anguſtas, mollitiem corporis, glabritiem. Maciem morboſam indicat morbus præſens: maciem ſalubrem indicant actiones præſtantes, de qua loquitur Hipp. in aph. & dicit, quòd diuturniorem vitam producit, quàm obeſitas; quia non adeſt occaſio ſuffocationis caloris. iſta autem macies, ex Gal. eſt, quæ facilè patitur ab externis, vt ambiente calido, & frigido: ſed obeſi magis patiuntur ab internis. Macies non confirmata cognoſcitur, quoties cutis eſt laxa, & poteſt diduci à ſubiectis partibus. contra quando nos videmus, quod cutis dura, contracta non poteſt diuelli à ſubiectis partibus erit confirmata, & ideò duobus, vel tribus verbis Hipp. explicabat has ſpecies in illo tex. 29. 3. ſect. 6. epid. quando dicit in macie primum laxatur cutis, deinde contrahitur. quando macies fit, vel eſt facta, non confirmata, tunc cutis eſt laxa. tunc eſt confirmata, quum corium ſiccatur, vt ſi ex vtre educamus vinum, aut oleum, & etiam aridum, & ſolidum reddamus.

Naturalis. Non naturalis. Morboſa. Salubris. Non confirmata. Cõfirmata.

DE PRAESAGIO. CAP. VIII.

QVANDO habemus iſtas macies, quid eſt ſperandum? non naturalis, & nõ confirmata facilè reſtitui poteſt, dũmodo non adſit morbi impedimentum. Et ideò optimè videatis cutim maciatorum, habitum, & præterita, & præſentia ſigna inueſtigetis. ſecundo macies naturalis non confirmata difficilis eſt curationis; naturalis confirmata difficilior eſt. macies morboſa ſequens marcorem, & tabem, inſanabilis eſt, niſi per miraculum.

DE CVRATIONE PER SEX res non naturales Cap. VIIII.

QVOMODO ergo erit replendum corpus? non eſt dubium: tota ratio conſiſtit in his tribus capitibus, vt nos paremus bonam concoctionem, bonam diſtributionem, & apta materia ſubminiſtretur in qualitate, & quantitate. Hoc fiet duobus præſidijs, ratione victus, & reliquis rebus non naturalibus, atque pharmacis. de rebus non naturalibus mutate omnia, quæ diximus in curatione obeſitatis. Eligite aerem calidum, & humidum. Aer.

Motus, & quies
Balneum.
Fricationes molles.
Vnctiones.
Somnus.
Animi paſſiones.
Cibus.
Lac.
Cicerum & fabarum cremor panatella.
Nux indica.

dum, vel frigidum, & humidum. quietem, & motum moderatum. mora in balneo moderata, præſtans eſt; nam replet artus, non extenuat. fricationes molles rubram tantū cutim reddentes. ſed etenim duo ſunt fricationum genera, & molle, replens, & durum, conſtipans. nos autem lenibus linteolis fricemus, donec rubrum fiat corpus. deinde duris linteolis breuiter fricetur cutis tribus, vel quatuor vicibus; quia conſtipando, non fit exhalatio. Conſtipanda autem cutis poſt fricationem, vel per balneum calidum, vel aqua frigida, ſi virtus fuerit robuſta. & ita neceſſario manet humiditas in partibus, & apponetur. ſi autem corpus nō ſit robuſtum, venite ad vnctiones olei viſcidi, & non reſolutorij, vt ol. oliuarum maturi, vel omphacini; & ſi roſatum fuerit, præſtantius erit. ol. amigd. dulc. ol. pineorum nucleorū, vel ex piſtachijs præſtans eſt; quia humectat, & adſtringit. Ad hoc facit ſomnus multus. & ego memini, quòd volentes impinguare ſues, accipimus farinā loleaceam, coquimus, & damus, vt ſorbeant ſues; ſomnus profundus inducitur eis; & maximè pingueſcunt. Vnde laudo lactucas, vel lac, ſeminis papaue. vel hyoſciami. Addatis animi paſſiones; læta quærant, fugiant grauia. Venus fugienda, & qui volunt pingues fieri, caſtrentur. Vnde Eunuchi erant pingues, molles. ſolemus autem caſtrari, & mente, & gladiolo. Caſtremini mente, caſtrando appetitum veſtrum. Cibaria ſunt contraria attenuationi. & primum ſunt boni ſucci, & facilis concoctionis. ſed quædam ſunt peculiaria, & primum locum tenet lac, quod quanto craſſius, tāto oportunius. Neque ſolum in prandio, & cœna, ſed matutina hora ante prandium ſex, vel quinque horis. lac vaccinum primas tenet; ſecundas, ouinum; tertias, caprinum; quartas, & vltimas, aſininum, & humanum. & quanuis butirum ſit oportunum, tamen lac non ſit ex animali præter modum pingui, ne fluat in ventriculo. Secundas adſcribimus ferculo facto vel ex cremore cicerum, vel ex cremore optimè cocto fabarum, vel ex medulla panis, optimè & diù cocta in aqua, vel iure. & Illuſtriſſimæ iſtæ Venetæ vtuntur. ſed neceſſariū eſt, vt accipiat quàm tenuiſſimam ſubſtantiam, quæ, niſi attenuetur, non impinguat; quia non habet celerem appoſitionem. vnde bulliat panatella ſpacio quinque, ſex, aut ſeptem horarum, vel etiam octo cum maxima copia aquæ: nam, ſi non ita bullit, obſtruuntur viſcera. & hanc capiunt poſt, vel ante cœnam. vos teſtes eſſe poteſtis coloris, & pulcritudinis ſanguinis illarum. ſi autem exhibeamus cremorem cicerum, aut fabarum, pinguia fiant fercula butiro. ſuccedit ſubſtantia amygdalarum optimè cocta, & pinei nuclei cum panatella. Sed defertur quædam nux ex Indis, quæ Indica nux dicitur, quæ, ſi rancida non eſt, ſed recens, ſi pura comedatur, vel ex ea panatella conficiatur, primas tenet in incraſſando. at notate, ne rancida ſit; quia non diſtribuitur; ſed ſiccat, & attenuat. Quæ autem ſint cibaria boni ſucci,

nota

nota ſunt. ſed cibi benè, & citò diſtribuantur. In qua re ego reperio Gal. diſſentientem ab Auic. Auic. monet, vt non vtamur balneo poſt cibum; nec frictione, nec motu impinguandum. Gal. vult, vt vtamur balneo: vterque tamen bene dicit. ſed potior videtur ratio Auic. quoniam ſi motus, & balneũ ſequitur cibum, fit attractio crudi cibi. Gal. hoc vidit, & dicit hoc idem, quoniam ſuccedit obſtructio. ſed non ob id debemus omittere balneum; nam poſſumus ſuccurrere obſtructioni capparis floribus cum oximellite; & ego ſum iſtius ſententiæ; quòd quando volumus extenuare obeſum, debemus aduertere quòd febris ſuccedat, quæ etiam attenuat, & ſuccifacit febrem Medicus, dummodo diligens ſit. ita non curanda obſtructio, dummodo expleamus, & citò agamus: ego potius inclino in ſententiam Gal. quàm Auic. quia tardè impinguabitur corpus. ita monet Gal. vt interrogemus ſæpè ægros an patiantur grauitatem in viſceribus. 14 meth 16.

DE MEDICAMENTIS ACOPIS, atque picatione Cap. X.

SOLEBANT *antiqui medicamentis hoc tentare, hoc eſt attrahentibus ſanguinem ad partes, & habentibus vim calefaciendi, & humectandi: inter quæ primum locum tenent acopa, & vocantur illa acopa, quibus vtuntur Medici ad laſsitudines tollendas; noſtris temporibus eſt oleum reſolutiuum, ol. lilior. alb. cum arom. oleum irinum, ol. de ſpica. ſecundum locum tenent dropaces, & ſunt medicamenta, quæ ponebantur cuti, vt educerent ad ſuperficiem materiam, & erat picatio, quæ fit ex pice. & tantæ erat authoritatis, vt iſtud ſolum replere poſſe corpus teſtetur Gal. & Auic. in mille locis. Picatio fiebat hoc modo. Primum radebant corpus vniuerſum ex primo de comp. med. loc. 4. quia pix hæret corpori, & facit cruciatus, ſi pilis applicetur. Secundo capiebant picem ſiccam, & addebant oleum, vel commune, vel amygdal. dulcium, vel aliud calidum, & humidum, quo fiebat mollis pix. Hoc medicamentum ex Gale. calefacit, & humectat corpus: ſi ratione picis hoc diceret, falſum eſſet; quia pix ſiccat. Hac ratione dico, quòd diluebatur pix oleo calefaciente, & humectante. At, ſi vos vtemini, habeatis picem veram bonam; nam in hac regione Veneta non habemus picem ſiccam bonam. habemus pro ea piſſaſphaltum, & diabolicum eſt medicamentum, facit exeſtuare nares, nimis acre, nimis ſiccans eſt. Habeatis ergo picem ſiccam delatam ex Alemania. de pice liquida poteſtis coquere cum aqua; quia fiet ſolida, & dura; vel ſine aqua; & erit acrior, poſtea diluatis aliquo ex oleis prædictis, & habebitis medicamentum præſtantiſsimum. modus autem applicandi picem hanc, talis eſſe debet. Primo corpus vniuerſum pilis*

Acopa. Dropaces. Picatio. 6 de tuē. ſ. 8. 14. meth 16. Modus applicandi picem.

lis exuendum. Secundo incaleſcendum, vt plenius reddatur, hoc autem fit balneo aquæ calidioris, non calidiſsimæ, vel frictione: & ſtatim pix applicanda ſubacta aliquo ex dictis oleis calefacientibus, & humectantibus, & quamuis reperiamus multos valdè eliquantes picem, alios nō addentes oleū, tamen curate vos, vt habeat corpus viſcidum, & tenax. quùm præparata eſt, extendatur ſupra lintea, quæ poſſunt applicari. accipiuntur lintea, apponuntur ad ignem, donec liquida fiat pix, & ſtatim ponūtur in parte, dum refrigerari incipit pix; poſtea auellitur: iterum calefit, & imponitur ter, vel quater, donec validè rubeat membrum: & turgidum factum demū oleo communi, vel amigdal. dulcium inungendum eſt. talis eſt modus picationis.

Hora.

Hora eſt matutina, vel veſpertina. hyeme vtraque hora commoda eſt. at in æſtate monet Gal. vt ſemel picemus; quia actio moleſta eſt, & facit æſtuare corpus, nec poteſt ita perferre. præterea quandoque quotidie; alternis quandoque diebus, aliquando quarto quoque die picamus ex 14. meth. 16. & de offic. med. comentario 3. com. tex. 32. pro neceſsitate, & conditione affectus, ſi magnus, vel paruus fuerit, & pro corporis temperatura. poſtea veniamus ad munditiem cutis, quoniam pix colorem deturpat: vndè aliqui nimis pulchritudini ſtudentes hoc medicamentum ferre non poſſunt. fiunt enim nigerrimi, & nec oleo, nec ſapone purgantur. vndè opus eſt vti medicamentis dicendis pro deterſione.

DE DROPACIBVS MEDICAMENTIS Cap. XI.

SI non poſſunt perferre picationem, venimus ad dropaces, cuiuſmodi eſt nitrum, ſulphur, pyrethrum, piper, thapſia, euphorbium, quæ habent vim attrahendi ex alto, quæ diſſoluta cum humectante medicamento, conſeruant humiditatem. vndè thapſiam melle miſcemus, & illinimus vniuerſum corpus. ſed vtimini in pauca quantitate, vt rubrum fiat corium, non inducat veſsicas, euacuet materiam, & non impinguet. & ideo notate bene. Solemus etiam vti huiuſmodi medicamentis cum cerato aliquo, veluti cum humido cerato facto ex cera, & oleo puro. vel cerato ex ol. amygd. dulc. & hoc cum cerato vtimur, quando diù debet conſiſtere medicamentum; cum melle, quando volumus, vt interius penetret: cum oleo, quando breui debet conſiſtere. Solemus aliquando ſinapi cum caricis mixto uti. finis autem horum medicamentorum eſt, quùm corium rubrum redditum eſt. quo facto, ſtatim abluamus huiuſmodi medicamenta. ſi erunt cum oleo, vel cerato, non tentate deterſionem cum aqua, ſi mixta cum melle aqua tepida detergatis. Facta deterſione, inungatis oleo dulci, vel amygd. dulcium.

Ablutio medica nēc oſſi.

ELE-

ELECTVARIA. CAP. XII.

SOLEMVS etiam propoſitis medicamentis ab Arabibus vti; ego autem vſus ſum hoc elect. Accipio amygd. dulcium, nucleorum pineorum, piſtachiorum mundatorum, ſemin. ſeſami, auellan. mundatarum ana vnc. i. pulueris tereb. ſiccioris (quæ defertur ex Cypro cocta in aqua, & ſi non eſt, egó coquo, vt docet Aetius pro trociſcis cyphi) vnc. med. carnis nucis Indicæ, vnc. ij. ſarcocollæ drach. iij. ſemin. papau. albi vnc. i. & med. ſaccari q. ſ. teruntur, terenda, & formatur electuarium diſſoluto ſaccaro communi aqua. hoc aſſumitur quantitate trium, aut quatuor cochlearium matutina hora: &, ſi ſuperdormitur, optimum eſt. Medicamentum hoc ratione ſimplicium magnam vim habet, & experimento confirmatum eſt. Hæc ſint ſatis pro impinguando corpore vniuerſo. ſi autem talem ſuſcipimus curationem eſt ſæpe, quando poſt tabem macies ſuccedit. Macies .n. naturalis potius affectatur pro agilitate: niſi ſint mulierculæ, quæ cupiunt obeſæ, & turgidulæ videri. ideò potius non ſolemus partes tractare, vt omnes in vnum conſpirantes corpus efficiant pulchrum, atque decorum. Elect. proprium.

DE PARTIVM MACIE REPARANDA, & primo de cauſis. Cap. XIII.

IAM ergo de partium diminutione agamus: hæc autem duum generum eſſe ſolet, altera naturalis, quando à natura tale eſt effectum membrum: altera vero acquiſititia eſt, non ſecundum naturam, ſed per morbum, vel aliam cauſam attenuantem. Hæc lædit ſæpè actiones, & facit turpitudinem. ratione turpitudinis nos de vtraq; loquamur. & per tenuitatem hanc, intelligimus maciem partis, quæ fit diminuta ſecundum latũ, & profundum, aliquando ſecundum longum. hoc patet in luxatis. Naturalis vndè proueniat, perquirendum in naturæ fœtus, non naturalis cauſæ duæ ſunt ex Hipp. quies, & deligatio ſunt cauſæ extenuationis membrorum. iſtæ geminæ cauſæ mihi videntur referri, & in diſtributionẽ, & in nutritionem partis, eo quòd non bene nutriuntur membra, neq; fiat diſtributio alimenti ad membra. Qua autem cauſa fit iſta nutritio mala? vt plurimum fit ratione refrigerationis, & iſta eſt cauſa, quæ facit malam nutritionẽ, & vt non fiat diſtributio. refrigerantur aũt iſta membra quiete. quando frangitur crus, & manet in quiete 40. diebus, emaciatur, quia ob quietem refrigeratur: exercitiũ calefacit artus, & eſt in cauſa, vt nutriantur; quod dico de crure fracto, idem dico de alijs membris quieſcentibus ſine morbo. adiungitur à Gal. deligatio artus: quoniã ſolemus incipere deligationem ſupra locum affectum,

3. c6. de eff. med. com. tex. 32.

Refrigeratio. Quies.

Deligatio artus.

affectum, & aſcendimus vſque ad principium membri deligando, & eſprimitur ſanguis, & ſpiritus vſq; ad principium membri, quod ex hac deligatione refrigeratur. Addatis aliã cauſam refrigerationẽ: quoniã in exulceratis membris, vel vulneratis partibus manant humiditates innatæ inſigniter cum ſanie, & ſic membrum refrigeratur. Addatis quarto conſtrictionem vaſorum. obſtruuntur ſæpè vaſa ab aliquo humore, de neceſſitate refrigerantur artus; quia non transmittitur ſpiritus, & ſanguis fouens facultatem nutrientem. præterea diſtributionis cauſa extenuantur membra; quia refrigeratum eſt membrum, & hinc eſt, quòd caret facultate attrahente. diſtribuitur autem alimentum, aut quia tranſmittitur, aut quia attrahitur. ſecundo etiam impeditur diſtributio huiuſmodi, quoniam per longam deligationem aliquando vaſa compacta, & exiccata fuere, & facta inepta ad diſtributionem; igitur potiſſima, & prima cauſa maciei eſt diſtributionis impedimentum. iam verò properemus ad ſigna.

Vlcus, & uulnus.

Obſtructio.

DE SIGNIS. CAP. XIIII.

SIGNA *maciei naturalis nota ſunt. ſigna maciei præternaturalis cognoſcuntur cognitis cauſis emaciationis. & ideò non eſt neceſſe, vt in rebus ita notis diutius immoremur. iam ad præſagium properemus.*

DE PROGNOSTICO. CAP. XV.

DEBEMVS *autem obſeruare quoties proponitur membrũ macie confectum an ſanabile ſit, nec ne. cognoſcimus autem hoc facto experimento Gal. pulcherrimo. vt accipiamus aquam calentem, tepidamúe, ſi cito rubrum redditur membrum citam ſperemus ſanationem; ſi non cito: ſed tardè rubrum redditur, at tollitur in molem, tunc difficilis curatio erit: ſi nunquam rubeſcit, non tollitur in molem, non ſperate curationem, quia non ſuccedet, nunquam emollietur, vel replebitur pars.*

DE CVRATIONE. CAP. XVI.

CVRATIO *autem conſiſtit in robore addito, & ſanguinis attractione ad locum, vt non diſcutiatur. quatuor autem ſunt, quæ robur addunt parti, & quatuor ſunt, quæ attrahunt ſanguinem. primum locum ad dandum robur obtinet fricatio moderata. & quomodo? fricatio calefacit partem; calefaciendo attrahit ſpiritum, & ſanguinem, ſpiritus & ſanguis cum calido robur addunt parti, robur autem concoctionem facit: ſed poſſumus*

Fricatio.

mus fricare arctus vel nudis manibus, vel cum oleo quale eſt amygdalynũ, vel maturarum oliuarum. præterea fricatio ſemper debet ab origine membri ſuperiori incipere, vt trahatur magna copia ſpirituum. fricatio debet eſſe longa, obliqua, & tranſuerſalis; quoniam omnes fibræ, omnes pori aperiuntur, & caleſiunt. Hæc fricatio moderata ſit. finis fricationis eſt donec membrum plenum, & rubrum reddatur. ſecundum locum habet perfuſio ex aqua ſimpliciſſima, vel hydrelei, vel olei ſimpliciſſimi, & puriſſimi: aqua præſtans: hydreleon præſtantius; quia replet, humectat, & non ſinit egredi. aqua non ſit frigida, nec feruens, ſed media inter has. perfuſio ſemper tendat circa extremum membri, incipiendo ab origine eius. terminus perfuſionis eſt, quum videmus turgidum, vel rubens membrum. Tertium eſt motus partis. exerceatur pars. ſed Auic. lib. primo fen 3. doctr. 2. cap. 11. Notat, quòd quum volumus exercere membrum, exerceamus naturali, & conſueto exercitio. ob ambulatio eſt motus cruris, micatio brachij, & ſic de ſimili exercitatio ſit moderata: finis eſt, donec intumeſcat. Vltimum eſt medicamentum appoſitum loco, quod habeat vim calefaciendi, & eſt idem, quo vtimur in vniuerſo corpore. ſunt medicamenta lenia dicta, vt oleum ex euforbio, ex caſtoreo, vel ol. coſtinum, vel vulpinũ, vel lil. alb. cũ arom. vel irinũ. ſi volumus robuſtius, deuenimus ad picationẽ, quæ admittitur libentius ab ægrotantibus in ſingularibus arctubus. ego vſus ſum ſemper fœlici ſucceſſu hac picatione, vt non opus fuerit venire ad validiora, ſed ſi ad robuſtiora oporteat deſcendere, venite ad dropaces dictos. terminus medicamenti eſt rubificatio, vel turgiditas: quum ſumus in termino quid agendum? detegere debemus membrum, & vngere oleo, vel ſeſam. vel amygdal. dulcium, & dimittere naturæ ſi hyeme, tegamus lana, vel panno calido. ſi æſtate, relinquatur intectum. at hoc non eſt ſatis. ſed oportet documentum obſeruare Auic. qui monet nos, vt aduertamus, an tumor ille, quem excitamus ſit bonus, vel malus. ſi malus ſuccedit apoſtema, vel morbus: ſi bonus nõ ſuccedet. Quomodo cognoſcemus, quòd rubor ſit bonus? primum, quia non diu durabit, nec increſcet ablato medicamẽto. ſi creſcit, eſt rubor, qui fit per tranſmiſſionem ſanguinis extra venas, & ſic inflammatio orietur, aut eriſip. ſecundo cognoſcimus ex vaſis, quoties videmus, quòd impoſito medicamento. ita repleuerimus locum, vt venæ intumuerint, videte, an aliquot venæ, quæ prius non apparebant, apparent, tunc ſuſpectum eſt medicamentum. præterea, ſi remanent turgidæ, tunc omnia ſunt dimittenda, & potius præcauere debemus, quæ imminent, & impedire fluxionem. ſi hæc non fiant, tunc non ſolum robur dare debemus parti; ſed etiam ſanguinẽ attrahere ad partem; & eadem, quæ faciunt ad robur faciunt ad attrahendum ſanguinem. ſed vnum eſt, quod proponitur ab Hipp. loco dicto, & eſt deligatio. & in hoc

Perfuſio ex aqua.

Motus.

Medicamentum locale.

Olea.

Picatio.

Dropaces.

Deligatio 3. cõ de off. med. com. tex. 32.

admirandus Hipp. qui deligatione impinguat, & demacrat arctus. ſi vos habetis manum extenuatam, & vultis replere: monet Gal. in com. dicto vt ligemus vniuerſum membrum, & incipere à parte ſana circa originem membri debeamus. ſed arctior, & ſtrictior ſit in principio, & laxior ſit in parte emaciata deligatio ipſa. ſi in æſtate fuerit, nihil fermè deligamus partem emaciatam: hyeme aliquantiſper tegamus ratione frigoris, ſtringamus autem partem ſanam in principio. aliud eſt præceptum in deligatione. ſi eſſet totum membrum extenuatum, non poſſumus iuuare per deligationem. notat Galenus aduertendum eſſe, quæ ſint partes: quæ ſunt vnius, & eiuſdem generis, & ſunt crura inter ſe, & bracchia inter ſe. venæ, quæ currunt ad vnum, habent idem confinium, & eandem originem cum venis alterius. & ita, ſi emaciatum fuerit totum bracchium, ligabimus bracchium ſanum incipiendo à digitis manus exprimendo ſanguinem, & ſic fluet ad partem maciatam. ſed expreſſio hæc non debet eſſe doloroſa, ne fiat attractio, vel inflammatio ad partem ſanam. Hæc ſunt ſeruanda pro replendo membro emaciato: ſuppoſito, quòd corpus abundet bono ſanguine; & ideò benè mundatum ſit, vt ſubminiſtretur bona materia; ſin minus loco impinguationis nos inducemus morbos.

In deligatione obſeruanda.

DE MEMBRORVM BREVITATE, ET primo de cholis longitudine. Cap. XVII.

IN hoc tractationis genere non ſolum arte emaciatæ partes continentur, ſed, quæ natura breuiores, & tenuiores ſunt effectæ: continentur quoque & partes decurtatæ aliquo caſu, vel ægritudine, vel ſectione, & vulnere, qui omnes affectus cum pendeant à diminuta quantitate infra id, quod eſt ſecundum naturam; ideò curationem aggredi debeo. partes ſupramodum auctæ ledentes actionem, requirunt eandem curationis rationem, quia ſupra naturam ſunt. ſed primum de tenuibus partibus, atque breuibus à naturæ defectu genitis, non demaciatis, agamus. inter quæ primum locum obtinet cholis, vel pudendum, quod ita breue eſt, vt turpitudinem non leuem faciat in compoſitione corporis humani. Hoc non tractant Recentiores, quia honeſtius factum genus hominum non videtur nudum, vt antiquitus, quando in paleſtra, & balneis continuò inuicem videbantur. Verum hæ partes, cum iam tectæ ferantur, turpitudo ceſſit loco, & ideo de hac non tractare deberemus, neque enim videtur pertinere ad Medicum, qui ornat, ſed ad eum, qui curat. At quia hæc prætermittuntur à practicis, ideò ego de magnificatione cholis aliquid tradam. ſi pulchritudo requiritur, pro pulchritudine tradam, ſin minus cum Auic. me excuſatum habeant ſeueri iſti, & te-

trici

trici viri. qui dum vult docere modum magnificandi cholem, cum turpe videatur Medico de his agere, reſpondet huic obiectioni, quòd tanta eſt neceſſitas conſeruationis ſpeciei, quòd obſcœnorum etiam habenda eſt cura. nam niſi pudendum conſtringatur à vulua voluptate non afficitur mulier, non emittit ſemen, nec fit conceptus, ideò arte craſſum faciendum membrum hoc. Ego moneo parentes, vt ſtudeant in ætate infantili, vt magnificetur membrum puerorum: magnum etenim inutile nunquam erit, & ſi fuerit inutile hoc rariſſimè accidet, quùm enim nimis longum erit, ſolet vterum contundere, & os matricis, & impedire generationem. nimis autem breue, aut ſemper, aut frequentius incommodum erit. de magnificando igitur membro agamus. in hoc autem duo obſeruanda ſunt, & quòd poſſumus producere pudendum, & quòd poſſumus craſſius reddere. producimus, quùm facimus in longum creſcere: augemus verò, ſi efficiamus multam, & frequentem extenſionē. non.n. augetur augumento pinguedinis, & carnis, ſed oportet, vt nerui cauitas fiat maior, nā quoties cauitas ampla facta fuerit, & protēditur mēbrū, & adſint vapores, ac ſpiritus, creſcit. primum aūt loquamur de longitudine. Hoc poteſt fieri ſi impedimēta auferamus, inter impedimenta eſt frenum, vel canis nimis cōſtrictus pudendi, canem vocamus partem illā, quam filellum vulgò appellant, qui ligat præputium in parte inferna cum glande iuxta canalem. qui habent canem decurtatum, non poſſunt in longum producere pudendum, quoniam facit dolorem canis ille, & ſic non poteſt diù conſiſtere tenſum pudendum, & impeditur eius incrementum: nam cauſa magnitudinis pudendi eſt frequens eius diſtenſio; vndè incumbentes Veneri, & continuò tenſum habentes priapum, longum habent, & magnum. ideò ſecemus per tranſuerſum canem; alterum eſt, vt obſeruemus loca neruorum. in dorſo pudendi ſunt nerui in deſtro, & ſiniſtro latere (vt vidiſtis in anathome) quoniam neruoſus eſt priapus. oportet videre an nerui ſint tenſi, an aliquæ chordæ tenſæ ſint, vel percipiamus aliquot grana, vt grana millij: & ſi hoc eſt; ſunt ganglia non doloroſa in neruis, & veluti nodi impedientes neruos. in hoc caſu auferenda tenſio, laxandi ſunt nerui, per emollientia, & laxantia, vt ol. amigd. dulcium, vel communi maturo. facit & ad productionem aliud. vt aliquando nos efficiamus, vt tumore aliquo præter naturam laboret pudendum. poteſt autem intumere, vel ratione ſpirituum, & non erit præter naturam, poteſt vel tumore præter naturali tumere. & ideò ad illa acria confugere debemus. pueri per ludicrum ſolent vti his medicamentis. Antiqui ſolebant inungere glandem, vel præputium lacte ex volubili latifolio, quod ſmilacem lenem appellamus, acre eſt medicamentum, inflammat, & facit quaſi priapiſmum. ſimiliter lac ficulneum præſtantiſſimum eſt, ſi vel glandem, vel totum pudendum inungamus. lactaria, tithymalos vocata

De longitudine cholis.

Ad tenſionē neruorum.

Lac ſmilacis lenis.

ta à Græcis, ſi accipiamus charatiam, vel aliud ſimile, præſtantia ſunt. Verum in vſu iſtorum medicamentorum opus eſt, vt incumbamus ardori, & dolori inſigni, & pueri his ſolent deludere alios. Ratio medelæ eſt, vt contemperemus feruorem cum vſu lactis, & linteolis lacte repletis, vel decocto maluarum, vel decocto violarum, vel oleo cerato violato, vel ol. roſ. Meſues. & obuoluamus caput pudendi. Ego reſecto freno, & emollito dorſo, duplicato hoc medicamento vidi creſcere ad quartam partē. Faciunt ad productionem etiam tractationes, calefactiones, vſus veneris, atque medicamenta, ſcilicet ſynapiſmi, dropaces &c. at inter extendentia ineptius inſtrumentum eſt vſus veneris; quia non diù remanet tenſum: concidit enim. oportet autem, vt diu tenſum maneat, & enim copiam ſpirituum adeſſe neceſſe eſt. Hoc fit medicamētis calidis, & alijs rebus calidioribus, etiam quòd non ſint medicamenta. Hac ratione vtuntur Rhaſis, & Auic. vt continuò ter, quater, ſexcies, & decies in die fricetur membrum fricandum autem nō ſicca manu, ſed inuncta lacte ouino. ſed qua ratione? non reddunt rationem. addamus nos. quia lac obſtruit meatus, & ita non diſcutiuntur ſpiritus. lac etiam poteſt gignere ex ſe ſpiritus ſimiles ſpiritibus ſanguinis. præterea lac emollit; ac laxat, præcipuè ſi pingue eſt. præterea quaſi ſua natura experimento confirmata, illud facit. Addit Auic. vt fricemus ſaltem aliquo pingui. & ſi eſſet ex pinguibus, quæ faciunt ad proritationem veneris, tanto præſtantius, vt ſi eſt pinguedo ex caſtoreo. in ſumma fricatio eſt, quæ facit tenſionem. Addunt etiam, vt ab exterioribus tenſum reddatur: hoc autem fit picatione, impoſita pice eadem ratione, qua dictum eſt ſupra. Poſſumus etiam vti dropacibus reliquis. Nos vtamur vnguento ex thapſia. ſed cum his omnibus adhibete portiunculam moſchi: vel, ſi moſchum, & zibettum adhibeatis mixta cum ol. amygd. dulcium, non inuenietis medicamentum præſtantius; concitat, proritat ſanguinem, & excitat appetitum veneris, & hoc habent pro ſecreto maximo. His rationibus per tranſuerſum fricando, extendimus priapum. fit etiam hoc calefacientibus, vt teſta ignea accepta intra crura, vel pannis calidis. ſed obſeruate, vt ſtatim quùm concidit pudendum, erigatis, vel pannis calidis, vel alio calido; nam hoc iuuat pueris, & etiam conſiſtentibus. ſed aduertant imbecilles, non abundantes copia ſpirituum, ne extenſa vaſa ſpiritu implere non poſſint. Hoc aūt fiet per medicamēta propoſita à practicis. Hoc quod dico, & quod in poſterū dicturus ſum, neceſſitate generationis coactus aſſero, non quòd quid contra legē aut cōtra bonos mores promulgare audeam. Scriptores proponunt medicamenta pro amplificando pudendo, quæ agunt à tota ſubſtantia. Ego non vſus ſum ipſis, ſed ſemper deueni ad illa inflammantia dicta. Iſta autem medicamenta ſunt primo vermes terreſtres, quos vino ablutos exiccamus, & in puluerem vertimus

Ad contemperandū ardorem.

Rhaſ. 14 cō. circa finem.

Picatio ad tenſionem.

A tota ſubſtātia amplificantia pudendum.

timus,& cum ol. ſeſam. vel amygd. dulcium miſcemus. Aliud proponitur à Rhaſi, & deſumitur ab Auic. vt accipiamus recentem nucem Indicam, & aperiamus, in iſta nuce reperiemus aquam dulcem in interna medulla. accipimus ſanguiſucam, & relinquimus in iſta aqua ſeptem diebus, poſtea extrahimus, & contundimus, & pudendum illinimus. Ego non expertus ſum. Referunt Recentiores ex Dioſc. quòd vſus coriandri in cibarijs præſtans eſt. tardè hoc agit; nec ego nimis fido, cum alia habeam medicamenta. ſi ſcirem modum leniendi priapiſmum ex cantharidibus, illud eſſet præſtantiſsimum remedium, ſed eſt dolor incomparabilis, ego neſcio antidotũ, ideò de medicina non ſum ſollicitus. [Anno 1539. ſuperueniente Quadrageſima, quo co- „
ronatus eſt Carolus V. Rom. Imp. & capta eſt Florentia exercitus Hiſpa- „
nus Mutinenſi hybernauit in agro, in loco, qui dicitur la Baſtia ſeptimo lapi „
de diſtante à ciuitate. erant inſolentes milites malè tractantes villicos, ex „
quo apud Ducem cũ hi conqueſti ſunt. Dux miſit Scribam ſuum, qui non erat „
homo admodum ſanus, cui Militum præfecti exhibuere cantharidas, incidit „
in priamiſmum, & cum rediſſet in ciuitatem in concione oſtendit mentulam „
timens ſe venenatum eſſe. ſumebant quartam partem cantharidis contunde- „
bant, addendo piper, cinnam. & garioph. efformabant pillulam, & exhibe- „
bant. ſanatur autem ſine dolore, & ſubitò, & tuto ſuccuo cuiuſdam herbæ, „
quam illi Hiſpani propinarunt. cuius figuram ego ignoro [Sed in hoc augu- „
mento etiam municipales leges ponunt terminum; nam aliquando non nulli volunt habere nimis vaſtas haſce partes. Ego vellem vt tantum in paruis hoc fieret, decurtatæ partes tantum debent corrigi, et magnæ ſuo in ſitu permittendæ, & non in maiorem attollendæ molem.

DE PRAEPVTII BREVITATE corrigenda. Cap. XVIII.

QVVNDOQVE aliquis accipiet vulnus in naſo, qui ſecatus facit turpitudinem maximam. docent Medici ratione pulchritudinis ſanare. pariter ob frigus decurtantur aures, ne videantur hæc iure decurtatæ, oportet iterum reſtituere. aliquãdo pars labij ſuperioris in medio diuiſa eſt, & leporarij dicuntur pueri, ideò iungendæ illæ partes; pariter Antiqui (vt dixi) cum nudati incederent in paleſtra, & ablatio præputij eſſet valdè infamis: ideò ſolliciti erant detegenda glande; quare primum de hac reſtitutione tractemus, deinde de alijs. in præputio tractando notare debetis an naturam factum, vel arte ſit. ſecundo an valdè, vel parum breue ſit. Ità, ſi parum fuerit decurtatum; leui ratione producemus: ſi valdè; opus erit maiori actione, & tandem chirurgica. Solemus enim medicamentis, deligationibus,

&

& chirurgica actione producere. ſed notate, quòd quamuis hoc faciat ad pulchritudinem, facit tamen ad generationem, & ad voluptatem maiorem. ratio eſt, quoniam naturaliter lubrica non eſt illa pars, quæ non habet præputium, & requiritur lubricitas inſignis in venere, & cum maior adſit voluptas, mulier emittit ſemen, & materiam oportunam pro formatione fœtus, & pro generatione membranarum. Si autem quæratur cur DEVS altiſsimus in populo electo inſtituit, vt auferretur præputium, cauſæ ſunt æternæ, & poſitæ in mente Altiſsimi, quas non oportet dicere in profanis ſcholis.

Quare Deus ordinauit Hebræis ut reſecarēt pputium.

„ [fortaſſe id iuſsit DEVS, quoniam ſi, vt dictum eſt, præputium veneris voluptatem adauget, reſectum minuit. DEVS populum ſuum dilectum, & caſtum, & à venereis voluptatibus, quantum fieri poterat, abſtemium quærebat, vt non ita delectationibus illis allectum Creatoris cultum negligeret. & ad hoc fortaſſe eximius ille Theologus Moſes reſpiciens. Puellam ſanxiuit, pro virgine ductam. ſi corrupta fuerit, lapidibus obrui, aut corruptam concremari. & ſi quis eam non inuitam vitiauerit vterque extremo ſupplicio afficiatur. Adulterio, inceſto, ſodomiticæq; fœditati capitalem pœnā lex irrogabat. Quinetiam ad idem reſpiciebat promulgatum illud inſtitutum ne qua mulier belli tempore attingat virile inſtrumentum, neque vir muliebre. & hoc eſt, quod dicit Ariſto. eſſe in prouerbio legum diuinarum lucem non habens, quæ ad hoc dirigebantur, vt populus ſuus abſtineret à venereis, quoniam corpora noſtra hebetat, refrigerat, imbecillia reddit, atque corrumpit. quòd autem præputium in cauſa ſit, vt maiorem ſentiant fœminæ delectationem inditio ſunt Iudeæ, Turcæ, ac Mauritanæ, & infideles mulieres, quæ libentius mancipijs Chriſtianis, quàm dominis reſectis ſe ſubijcere patiuntur, & volunt] ſi ergo curtum ſit præputium, quid agendum? Galenus docet per membranulam cartaceam. Faciebat enim hoc modo: producebat præputium ad anteriora, quantum fieri poterat (& hic locus à nullo notatur, quia fortaſſe non intellectus eſt) attractum obuoluebat membranula cartacea ſtricta cum gummi circa pellem, & faciebat ſiccare membranulam, & ita non poterat recurrere, ideò neceſſarium erat, vt produceretur ad partem anteriorem. Verum notandum eſt, quòd dum volumus apponere iſtam membranam per tranſuerſum, quia cædit nimis præputium, non poteſt applicari. præterea neceſſe eſt mingere, ideò oportebat relinquere canalem. Galenus fiſtulam plumbeam ponebat in parte anteriori; ſiccata membrana, remouebat fiſtulam, & ſic membranula ad duos, & tres, & quatuor dies relinquebatur. membranula autem ſit tenuis ex carta. ego volo, vt capiatis cartam coriaceam, & videte an adſit filamentum, vos ex illa cartulam tenuiſsimam auferatis, qua nihil tenuius. librarij capiunt cartam pecorinam ex ea parte, qua erat pilus, & euellunt membranulam tenuem, traſparentem, veluti criſtallum,

In 20. ſect. prob. 2.

14. meth 16.

Ratio curādi Galeni.

Incōmoda.

ſtallum,& hanc conglutinant ſupra cartam impreſſam fractam, & ſic appa rent literæ,& fractum reſtituitur. Galenus hanc vocat fibram cartaceam, hæc eſt,de qua loquitur:mollis eſt,& robuſta. Alij ſolebant producere hoc modo:accipiebant fiſtulam, apponebant ad glandem,& ſupra fiſtulã trahebant præputium, & alligabant, & imponebant medicamentum ex thapſia, quod rubrum redderet præputium:tamen hoc habet incommodum: quia deligatio illa doloroſa eſt; ſuccedunt aliquando gangrenæ. ideò placet ratio Gal.& ego illa vtor.quanuis credam,quòd toto vitæ meæ curriculo nõ tractarim bis,aut ter hanc rem. Præterea alia ratione producitur pudendum dicta à Galeno ibidem à Paulo lib.6. cap.53.ab Auic.etiam.vt per ſectionem producamus præputiũ.& vti ſolent interna,& externa ſectione.trahimus præputium vi ad exteriora, poſtea ſecamus circulariter, & vna ſectio ſpacio vnius,vel duorum digitorum ab alia diſtat, poſtea linimenta parti ſectæ applicamus. ſed ego poſſum teſtari,quòd nunquam ſecui, neq; reperi aliquẽ ſtultũ,qui voluerit pati hunc cruciatũ. præterea videtur in media parte,vbi facta eſt ſectio,decurtatũ: ideò notate,quòd ſectio fiẽda propè teſtes, propè ſcrotum.primo vt ſcarificatio fiat,& tegatur;præterea,vt cutis à prima origine ſcarificata prolongaretur. in interna parte ſcarificabant præputium circa coronam: ſed oportet applicare linteolum molle, quo impediatur ne glans cum præputio coaleſcat, ſed madidum ſit primum albo oui, poſtea vino auſtero,vt obducatur cicatrice. Hæc igitur ſint dicta,quo ad præputij productionem: quam rari ſunt qui affectant, tum quia doloroſa eſt, aut nimis faſtidioſa ratio curandi, tum etiã, quia ẽt quòd natura in hoc deficiat, præſtat tamen,eo quòd,qui habent glandem detectam, rariſsimè lue gallica inficiuntur,quia craſſa,& dura cutis aeri expoſita reddita eſt,& ideò excoriationem, aut virulentiæ illius ingreſſum facilè non admittit. modo ad cæterorum membrorum reſtitutionem tranſeamus.

Ratio curandi aliorum.

3. ratio curandi.

DE NASI REGENERATIONE, labiorum,atque aurium. Cap. XVIIII.

RELIQVAS autem partes quomodo coniungemus? Multi tentant reſtitutionem naſi per generationem carnis. in Calabria adeſſe aiunt Medicos, qui denuò regignunt nares. & modus hic eſt. ſcarificant cutim in bracchio, in qua ſeruari iubent nares immotas, donec agglutinentur cum bracchio; poſtea ſecant carnem ex bracchijs,& efformant nares quibuſdam ferramentis, & laminis ferreis, & ſic ſenſim, & ſenſim faciunt imponendo iterum,atque iterum,donec efformetur naſus. Negotium hoc eſt aliquando trium menſium,aliquando ſex, aliquando anni integri: ego teneo, quòd

maximus eſt cruciatus,& vellem totum amittere naſum,potius,quàm hunc ſubire laborē.moneo,vt potius vtantur fictitio naſo,quàm iſthæc ſubire tormenta; nam ex perſonata materia fit naſus, qui gumbi apponitur. ſi autem amputatio ſit parua,non ſimus ſolliciti.monet Galenus,vt ſcarificemus partes laterales, vt producatur cutis, & conſuamus, & agglutinemus. Ita de labio ſcarificate,& auferte ſuperficiem, & agglutinetis; quia ſanabitur: tanta enim eſt mollicies in pueris vt labia vniri poſſint. ſic de aurium defectu pauco,dicendum.at,ſi defectus magnus eſſet,oporteret vti fictitia aure; nam nō eſſet tanta pellis circumcirca, vt poſſemus efficere aurem integram. Hæc ſunt ſatis. & quoniam multi ſunt morbi, qui accidunt mulieribus ratione partus,& faciunt ad pulchritudinem: ideò de his agamus.

DE MAMMILLARVM amplificatione. Cap. XX.

SOLENT nimis diſplicere, atque frequenter accidit aliquando cum noxa ſatis inſigni,mammillæ nimis tenues. mores ciuitatum varij ſunt. in aliquot locis paruitatem affectant mulieres; quia modeſtiores ſunt; alibi quadratum habitum affectantes,impletas,& pingues deſiderant. præterea copioſum colligunt lac pro alimento pueri, quæ magnæ ſunt, graciles egeſtate laborant; ergo non tantum ratione pulchritudinis, quantum ratione fœtus,Medici tractant de amplificatione mammillarum. Omnia aūt facientia turgere,ad hoc deſeruiunt. quare vſus balnei frequens,& diù oportunus eſt: caliditas enim, & æſtus multum facit ad inflammandas mammillas. ſi tractantur,leuiter manibus tanguntur copioſum attrahunt ſanguinem. ſed picatio,dropax,ſinapiſmi,vnctiones,et omnia à me tractata oportuna ſunt, dummodo nos expleamus vniuerſum bono ſanguine per optimum exhibitum alimentū.ſed quoties affectatis amplas mammillas, nō habeant cingula, & anguſta pericardia,ſed pendeant mammæ,& veſtes latiſſimæ ſint. præterea non ſuſpendantur,quia non poterunt produci. De colore autem, & mollitie earum,dicam poſtea.

DE PAPILLIS. CAP. XXI.

AD hoc etiam pertinet papillarum tractatio; aliquæ non habent, aliquæ habent nimis paruas. hoc turpe eſt, & ad fœtum incommodum:ego non quæro magnitudinem vaccinam,ſed moderatam. puer non poteſt ſugere lac, ſi tenuis eſt papilla. cui difficili ſuctioni lactis concretio in mammillis ſubſequitur,& ægritudo. quomodo autem reſtituuntur papillæ? omni-

omnibus illis, quæ calefaciunt, & rubore ſuffundunt partem: balnea, tractatio papillæ præſtantes ſunt, pudendũ etiã uirili, & fœmineum harũ tractatione proritantur. tractentur ergo mammillæ contractu non ſolum fœminarum, ſed adoleſcentulorum, ſi cum honeſtate id fieri poßit. pariter ſi vngantur oleis. ſi vtamur dropacibus, & picentur idem aſſequi poterimus. ſed chirurgico opere idẽ obtinere poſſumus: cucurbitula ſcilicet anguſtißimi oris, quæ per aliquot temporis ſpacium papillæ imponitur. alij recipiunt calices glandium, quæ habent in ſumma copulam, calefaciunt, & apponunt; ſed ſi multum extrahere volumus, huiuſmodi calice, non poſſumus: vtimur tamen in minimis mammillis. Mulieres aliquot inuenere inſtrumentum oportuniſſimum, quo vtuntur, quando volunt ſe ipſas lactare, & emungere, ſi non habent puerum, aut puellam. Inuentum eſt inſtrumentum vitreum ad ſimilitudinem cucurbitulæ, quod habet roſtrum, quo roſtro ſugunt lac: hoc inſtrumentum oportunum eſt ad productionem papillæ. alij accipiunt fiſtulam ex arundine puram, mundant, expurgant, & apponunt papillæ, ex ore ſugunt ab altero cauo fiſtulæ. huiuſmodi ſolent vti multi. Ego verò vtor fiſtula plumbea, quæ ſit eius amplitudinis, quantæ magnitudinis requirimus papillam. & iſta ab vno latere aperta eſt, ab altero paruum foramen adeſt: poſtea applico huiuſmodi fiſtulam in parte perforata, & oppoſita ſugo per foramen paruum. cum papilla iam ingreſſa eſt, ego primùm lingua, poſtea digito, & cera claudo paruum foramen, & ſic per ſuctum ingreditur facilè pupilla in fiſtulam, & ſuo pondere ſpacio trium, aut quatuor dierum producitur. ſed ſit optimè lenis fiſtula, ne habeat angulos ſecantes. tempus producendarum mammillarum non eſt, quàm rimoſæ, vel vlceratæ ſunt, non quando adeſt lac. ſed expectetis occaſionẽ, in qua non turgeant lacte, & aggredimini curationem, & ſuccedet. Hæc pertinent ad partes extenuatas, natura, vel arte, vel morbo aliquo conſumptas.

DE PARTIVM EXTENVATIONE. CAP. XXII.

VIDEAMVS quomodo partes craſſas attenuare debeamus. aliquando tumet pes, vel manus, & non poſſunt ſanari. aliquando mammillæ creſcunt præter modum, aliquando teſtes nimium augentur, & nimis ſalaces, & ad cantum ineptos reddunt pueros. de his modo agamus. Quoties mulieres laborant huiuſmodi craßitiebus, hoc ſit fluxu alicuius materiæ; ideò opus eſt maxima diligentia. &, ſi quod eſt difficile, eſt affectio iſthæc. etenim communis eſt opinio, quòd ſymptomata venientia ad partus, quando malè expurgatæ mulieres, difficilia ſunt curatu. Primum ergo expurgan-

dum totum corpus. prӕterea prouocandi ſunt menſes plurimi. quӕ faciunt adhoc nota ſunt omnibus. expurgato vniuerſo, & prouocatis menſibus, deueniendum ad locum affectum: & primum retrahamus ſanguinem ad aliam partem; deinde repellamus vel inſtrumentis, vel alio ingenio. ſi manus ſit tumida; debemus fricare manum oppoſitam, & trahere totum ſanguinem illuc, & deligare. hac ratione reuellimus. prӕterea debemus exprimere ſanguinē à parte tumida, faſcia incipiente ab extrema parte quӕ ſenſim, & ſenſim ſtringat validè, ne tamen fiat dolor, ſed vſque ad principium, vbi eſt pars ſana, faſcia ſit potius laxa, quàm ſtricta. Hoc non ſatis eſt. debemus venire ad medicamenta idem facientia: & ſunt, quӕ habent vim exiccandi, vel cū caliditate, vel cum frigiditate. vt plurimum tamen ſint frigida, & ſicca. Quӕ autem ſit materia horum medicamentorum ego dicam, quum tractabo de extenuationibus mammillarum. Quare de mammillis tractemus.

Reuulſio.

Medicamenta.

DE MAMMILLARVM EXTENVATIONE Cap. XXIII.

SOLENT prӕter modū creſcere mammillӕ, & turpitudinem afferunt, ſed maiorem in virginibus: nam, niſi virgines tenues habeant mām illas, ſuſpectam habent virginitatem, quӕ etenim fœminӕ factӕ ſunt ob incaleſcentiam veneream maiores habent mammillas: ideò nos has tenues facere debemus arte, & induſtria. Prӕterea illis, quӕ pepererunt, pulchriores ſunt mammillӕ rotundӕ, & paruӕ, quàm craſſӕ, & magnӕ, vaccinas referentes. Amplӕ fiunt ex vſu copioſo balnei, ex contactu frequenti virorum. Addatis, quòd ſolent creſcere ob laxam veſtium appoſitionem. vſus vini copioſi atq; potentis idem prӕſtat, ad hoc facit pendens ille ſitus, paratur genus edulij ex vino dulci, ſaccaro, vitellis ouorum, &c. quod dicitur Zampiglioni. Hoc auget, & impinguat mammas. lactatio frequens, atq; veneris vſus idē efficiunt. ſi paruas volumus, & rotundas reddere, debemus cauſas, quӕ faciunt eas magnas, reſecare. Victus ratio ſit ſiccans; conſtringantur veſtes, ſuſpendantur: producantur menſtrua, quantum fieri poteſt: non accedant ad balnea. ſed neceſſe eſt, & ad alia veniamus, ſolemus ſtringere mammillas, vel medicamentis, vel opere chirurgico. Medicamenta ſint duorum generum, vel quӕ agunt manifeſtis qualitatibus adſtringendo, ſiccando, & refrigerando, vel quӕ tota ſubſtantia faciunt. quorū rationem reddere ignoramus, tamen effectus manifeſtus eſt. Et ego vidi miraculum ſpacio vnius noctis, & tandem operatione chirurgica. & primum medica materia hӕc ſit. nolo emplaſtra compoſita explicare, ſed tantum materiam propriam, qua ego, & alij vtuntur. inter ſiccantia cum calefactione primum

Cauſa incrementi mam.

Curatio.

Medicamenta.

Sicca & calida.

mum eſt ærugo æris. ſecundo eſt alumen, abrotanum, cuminum, ſulphur vinum, & cæpæ liliorum alborum. ex hac materia, admixtis frigidis, ſolemus parare illitiones, decocta, & emplaſtra. at emplaſtra bona ſunt, quia multum, & diù agunt: debetis enim applicare medicamentum, & non mouere niſi de tertia in tertiam diem: quoniam quanto minus agitatur, tanto citius attenuatur mãmilla. inter medicamenta adſtringentia, ſiccantia, & refrigerantia ego dò principatũ cretæ, quæ colligitur ex cultrariorum rotis, vel capiatis gemina fruſtra rotæ, & fricetis ſimul. ſecundo in loco ſunt omnia ex ferro, ſcoria, ſquama, & limatura ferri; &, quanuis rubigo ferri calida ſit, tamen ſi abluatur, præſtans eſt medicamentum. addo cretam argillatam, rubricam ſinopicã, quæ dicitur bolus orientalis; & rubrica omnis, ceruſſa, lithargyrium idem facit. inter plantas laudatur hyoſciamus: & ſi accipiamus lac, vel aquam ſtillatitiam, vel ſuccum foliorum: ſolanum omne, cicuta pſyllium, gallæ immaturæ, lolij farina præſtantiſſima eſt, citò, & valde facit. lentiſchinum oleum, & omnis materia ex lentiſco, & terebintho, cortices granatorum, ſemina lentis exuſta, plantago: ſed oppium præſtantiſſimum eſt. verùm nullis ex dictis cedunt cochleæ ipſæ communes, lumacia dicta. quas contundamus, & cum melle, & radicibus conſolidæ maioris viridibus miſceamus, & de tertio in tertium ponamus, & non mutetur medicamentum, niſi per ſe cadat. ſed alia ſunt, quæ à tota ſubſtantia id agere creditur. & eſt ſanguis teſticuli porcini, vt recitat Auic. præterea ſanguis ericij terreſtris habet magnam vim. adiungatur ſanguis teſtudinis. his ego non vſus ſum in hac re, quoniam ſuperioribus multum egi, & multum fido. at inter ea, quæ à tota ſubſtantia agunt, vetula me docuit vnum, quòd menſtruum virginum maximè extenuat illinendo eo mammillas, manente aperta, & detecta pupilla, & imbuatur bis, & ter. vetula volebat, quòd ille ſanguis eſſet primus virginis: ego expertus ſum prima, ſecunda, tertia, & centeſima ferè vice. Chirurgica ſunt, deligationes: & ad hoc, vt fiant rotundæ, & tenues, opus eſt, vt ponatis linteamina exhibentia talẽ formam rotundam. ideò impoſito emplaſtro, ſtrophiala ex panno, vel linteo ponatis, quæ rotuudam dent figuram. alia chirurgica actio fit per ſectionem. Hoc autem facimus in viris, in quibus creſcunt mammillæ, vt in fœminis, & colligitur lac, vel humiditas lactea. ideò confugiamus ad ea, quæ diximus medicamenta, & ligationes. ſed, ſi hoc non eſſet ſatis, Paulus lib. 6. à quo omnes ſumpſere, docet modum, & monet, vt nos in parte ſuperiori, vel inferiori faciamus lunarem ſectionem circa originem mammillæ; poſtea excoriemus cutim præcedentem circa mammillam, & auferamus pinguedinẽ. Albucaſis monet, quòd, ſi facta excoriatione propter fluxum ſanguinis non poſſumus auferre pinguedinem, vt medicamento cauſtico vtamur: poſtea gluti-

Sicca & frigida. Ex ferro. Plantæ. A tota ſubſtantia. Deligatio. Sectio.

glutinatorio medicamento ſanemus. ſed, ſi huiuſmodi magnitudo nimia fuerit, debemus facere duas ſectiones lunares concurrentes ſimul, ſed vna ſit minor altera, & concurrant ad eoſdem apices. Domini neſcio an ego appellem beſtiam eum, qui voluerit hunc cruciatum, ego mallem mammillas, quæ cadum magnitudine ſuperant, quàm impias pati ſectiones iſtas. tamen probatur actio hæc à Græcis, & ab Arabica ſchola. in melancholicos incidimus ſæpe, qui volũt haſce ſectiones; in iſtis ſecate, vt ſui morbi pœnas luant.

DE TESTIVM EXTENVATIONE. Cap. XXIIII.

QVAE dixi in mamillis, hæc eadem in teſtibus nimis craßis applicanda, quia faciunt adoleſcentes nimis turpes, ſalaces, & ineptos ad cantum. chirurgica opera fugienda; non enim ferro tractanda ſunt loca illa. ſed ſi aliquod eſſet, id deligatio eſſet, vt teſtes ſuſpenſi ſeruentur, vt ſint in ocio, languidi, & frigidiores fiant, ſum ego iſtius ſententiæ, ſed nunquam veni ad eorum extenuationem, niſi quũ craſſati ſunt præter naturam. Verùm credo quòd ſanguis teſtis ſuis multum faceret. Inter communia, quæ faciunt ad pulchritudinem continetur vniuerſi corporis color, atque partium. ego primùm de colore vniuerſo malo, & de omni infectione tractabo, veluti de lentigine, liuoribus, nigredine, & alijs maculis inficientibus cutim. poſtea aſcendam ad caput, & pediculis bellum inferam, & cætera neceſſaria pertractabo.

PETRVS ANGELVS AGATHVS,

AD LECTOREM.

IMMATVRA morte Excellentiſſimus vir præuentus, promiſſis ſtare non potuit; quare deficiens opus reliquit, & mancum: at ego ſemper ſtudioſorum omnium vtilitati addictus canum latratus floccifaciens, qui in angulis obſtrependo regnum literarum liuore perturbant, Gulielmi Rondeletij viri clariſſimi fragmenta quædam de Fucis, ad Regiarum mulierum, quibus Medici coacti quandoq; opera ſua denegare non poſſunt, gratiam, his inſerenda decreui, & ſic (quantum ad praxim ſpectat) coloris, præſertim faciei, & manuum, in quarum munditię & venuſtate potiſſimum conſiſtit mulierum, atq; virorum pulchritudo, cum hæ partes, cæteris latentibus, in conſpectu omnium ſint, tractatio amplius non deſiderabitur. tu interim iſthæc (vt ſoles) hilari fronte excipe. & ſi qui obſtrepunt dicito, liuoris, hoc eſſe priuilegium: vt ſe ſe ipſum ſenſim, & ſenſim deſtruat. Vale.

GVLIEL-

GVLIELMI RONDELETII

MEDICI EXCELLENTISS. DE FVCIS FRAGMENTA QVAEDAM elegantiſſima.

IN FACIEI maculis, vel alijs quibudſdam cutis defœdationibus, primum vitioſus humor, à quo naſcuntur hæc, purgari debet; vt, ſi croceo colore faciem bilis infeſtet, medicamento chologogo vacuandum corpus; & ſic de reliquis humoribus faciendum. quòd, ſi partis internæ, vt ventriculi, hepatis, lienis vitio cutis inquinata ſit; hæ partes conſeruandæ ſunt: ventriculi concoctio iuuanda: hepar, & lien roboranda ſunt. ſi ſordes exteriorem cutis partem inquinant, & hæ detergendæ balneis, & ſtuphis. obeſis, quibus cutis ſordida eſt, magis conuenit ſtupha. macilentis, & ſqualidis, vel à Sole, vel à labore, vel ab inedia, vel alia de cauſa, balneum aptum eſt. Vtendum autem primò balneo detergente, & relaxante mane, idq; ieiuno ventriculo; deinde humectante, & leniter detergente poſt cibum, & exactam ventriculi concoctionem. Balneorum verò formulas detergentiũ ſubijciemus: ex quibus valentiora conueniunt ad elephantiaſim, ſcabiẽ, & cætera cutis magna vitia. imbecilliora verò bilioſis, & delicatis corporibus pro immũditia extirpãda proſunt. quale hoc eſt.

Balnei debilis deſcriptio pro detergenda cuti.

RECipe parietariæ, maluæ cum radicibus, acanthi, violarũ, an. man. i. hordei integri pugillos ij. florum viol. chamæmeli ana pug. iij. fiat decoctio in aqua pluuiali, & ex ea paretur balneum, in quo ieiunus lauetur, deinde, vbi ſudauerit in lecto, diligenter corpus abſtergendum.

Balneum valentius.

RECipe liliorum, ari, ſerpentariæ, brioniæ, ana lib. i. borag. bugloſſæ, ana man. ij. parietariæ, acanthi, viol. malu. an. man. i. hordei integri, fabæ non excorticatæ, orizæ ana quart. i. florum chamæm. meliloti, violarũ,

maluæ

maluæ ana pug.ij fiat decoctio pro balneo. vtatur, vt dictũ. valentiſſimum erit, ſi addas ireos, cucumeris agreſtis, helenij, lapathi ana man.i. ſalis (ſi obeſæ ſint mulieres) parum. poſtremo hoc balneo vti poſſunt ante vſum ſtupharum. bilioſæ autem prius vtantur ſtuphis, deinde balneo detergente, & humectante ad hunc modum parato.

Balneum pro bilioſis.

RECipe hordei mũdi pug.iij. althææ, maluæ cum radicibus, viol.an.manip. iij. parietariæ, bugl. borag. (quæ leniter etiam deterget) ana man.i. quatuor ſemin.frig.maiorum, lini, fænugræci ana vnc.ij. florum viol. roſ.lilior.ana pug.i. fiat decoctio in decoctione pedum, & capitis veruecis: deinde paratur balneum tepidum, in quo diu maneat longè à cibo: hoc decocto manus, & faciem abluat. poſſent & addi radices liliorum alb. ſi cutis eſſet dura, & aſpera. quòd ſi maculis fœdata eſt; irios, & cucume.agreſtis radices adijciantur.

Ad cutim duram. Ad maculas

In Topicis componendis eadẽ ratio, & methodus obſeruanda, quæ in balneis, nam ſi ſqualida ſint, & macilenta, conueniunt olea, & vnguenta, vel aquæ vi abſtergendi, & humectandi præditæ. prius ergo facies abluenda decocto hordei mundi, vel infuſione panis albi in aqua. vel aqua lil. vel aqua florum maluæ: poſtea vngenda oleo amygd.dulcium, oleo de ſemin.betæ, vel melonum, vel cucumeris, vel pomata confecta.

Pomata.

RECipe pinguedinis hædi q.ſ. abluatur decies aqua frigida; poſt diuidatur in fruſtra & in aqua liliorum, vel florum maluæ liqueſcat, exprimatur, atq; ad vſum ſeruetur. põt etiam fieri in aqua roſarum, plantaginis additis, pomis diuiſis in multas partes. licet etiam vti vnguento citrino, cui additum eſt ſublimatum extinctum, vel coctum in ventre gallinæ: facit fucũ, quo non eſt præſtantior: cõuenit & ſequens aqua bilioſæ mulieri.

Aqua pro muliere bilioſa ad faciem alb.

RECipe medullæ panis hordei, qui medius ſit inter album, & nigrum libr.ij. lactis caprini libr.iij. vini albi libr.ſ. quatuor ſeminum frigidorum maiorum contuſorum ana drach.ij. thuris, maſtic. myrrhæ ana vnc.i. boracis vnc.ſ. fabarum recentium libr.ij. vel florum fabarum pug.iiij. vel fabarum ſiccarum, & cicerum rubrorum ana libr.ij. orizæ lib.ſ. florum nymphææ, viol. roſarum alb.an.pug.ij. vitellos oui cum album.nu.10. deſtilletur in vaſe duplici: ſi addatur terebinthina ante deſtillationem, melior eſt fucus, & diutius conſeruabit faciem.

Ad faciem leniendam, & ſplendidam red dendam.

EX medulla oſſium veruecis fit optimus fucus, qui faciẽ lenit, & eam conſeruat optimè ſplendidam reddens. extrahendæ medullæ hæc eſt ratio.

ratio. oſſa prædicta à carne per elixationem ſeparata, & contuſa diù concoquantur in aqua: deinde ſubmoueantur ab igne, & innatans pinguedo colligatur. pinguedine hac nullum præſtantius fuci genus in ſicca, & ſquallida facie, poſt vſum balneorum, vel aquarum abſtergentium, quibus ſolis vtendũ, quum caput malis humoribus redundat, et cutis ſordibus eſt obſita. eodẽ fine vti poſſumus oleo de lentiſco parato per ſublimationẽ, vel Hyſpanico dicto oleo de maco. ſed hoc prius abſtergẽdũ aqua frigida, vel decoctione hordei mundi, vel aqua plantaginis; deinde facies inungenda prædicto oleo

Quòd, ſi borace, ſublimato, vel alia re ſit vtendum, quæ validè ſiccet, miſceri debet ol. amygdal. dulc. vel de ſeminibus cucurbitæ. ſi ſint obeſæ, & facies pinguior & humidior videatur; ſtuphis & balneis multum detergentibus, & exiccantibus, qualia ſunt antè deſcripta, vti licet. item aquis detergentibus, & exiccantibus, vt raphani, rad. iridis, radicis cyclaminis, decocto fabarum cicerum alb. orizæ &c. His omnibus præſtat lignum ſanctum, quod etiam macilentis, & ſiccis proprium ſit remedium, ſi eius decocto addantur radices liliorum, vel ficus albæ, & pingues. Præterea poſſunt obeſæ oleis quibuſdam vti de ſynapi, & de ſemine been, & amygd. am. & etiã vnguento citrino, ſi huic miſceatur vel borax, vel pomata parata in aqua roſ. vel periclymeno in ſublimato extincto. Sed omnium maximè videtur egregius fucus ex ſublimato, & vnguento citrino, quod ſummum faciei nitorem inducat, eandemq; in multos annos pulchram tueatur. Detergẽtia.

Si rubeis fucũ adhibes cõmemoratis oleis adde caphurã, et acetũ. cõuenit & lac virginale deſtillatũ ex vmbilico veneris, & nimphæa, cucurbita, ſemper viuo, & alijs refrigerantibus herbis. in hunc modũ optima fit deſtillatio.

Fucus pro rubicundis.

RECipe decoct. pulli, vel gallinæ, vel capi libr. iij. ſucci limonum libr. i. aceti albi libr. i. & med. florum fab. & nymphææ ana pug. iij. caphuræ, alum. ana drach. ij. miſce deſtillentur in elambicco.

Ad cicatrices dealbandas.

Oleum de myrrha optimè cicatrices dealbat.

Ad dentes ne denigrentur.

QVia verò ſublimatũ, ceruſſa, et omnia ferè metallica ex plumbo dentes denigrant, & corrumpunt: Hunc in modũ fucanda mulier: contineat ore ol. amygd. dulc. vel aliquam partem auri, vel amygdalas mandat, ſed oleum amygdalarum dulcium eſt præſtantius, quo etiam vtimur in inunctionibus quæ fieri ſolent in morbo gallico; nam argentum viuum non minus, quàm iam dicta dentibus infeſtum eſt. Quando gallaci iũgunt olei amygd. dul. in ore habeant.

Metallica omnia huius generis ſplendidam efficiunt faciem, ac veluti tectoriam munditiem, ſed indecoram, proinde meliores ſunt ſucci cæteris, qui

citra hæc parantur; præſertim pro formoſis, quæ tantùm modicè abſtergentibus vti debent, non autem vehementioribus, vt quæ minus ſunt formoſæ, & molliores, vel magis rugoſæ.

Ad veſtigia variolarum delenda.

AQua deſtillata pedum vitulorum, vel aqua radicis ſerpentariæ, florum fabarum cum aqua roſ. aut limonum, aut dactilorum delendis veſtigijs variolarum conferunt.

Ad dealbandos dentes.

REcipe panem ex farina ſecalis; coquatur ſub cineribus donec dureſcat, redigatur in tenuiſsmum puluerem, & ex eo fricentur dentes.

Fucus.

REcipe limon.nu.10.infundantur in aqua roſ.florum nymphææ, fabarũ, maluarũ, liliorũ, & corticũ fabarũ ana libr.ſ.vini albi q.ſ.fiat decoctio

Ad auferendam cutim craſſam in facie.

REcipe butiri recentis libr.ſ. terebenth.vnc.i. rad. liliorum coctorum in folijs betæ ſub cineribus quart.i. calcis viuæ quinquies lotæ aqua roſacea vnc.i. miſce: reducantur in formam vnguenti.

Quòd ſi fortius facere velimus, addendum eſt aquæ ablutionis, vel decoctionis ſublimati tantillum. applicetur ſupra faciem. Hoc facit adinflare cuticulam, & abſcedere, & vt facilius extrahatur poſtea oportet melle faciem inungere. ſed iſta non ſunt adhibenda in corporibus, & præſertim pletoricis, niſi fuerit facta ſanguinis miſsio, vel purgatione euacuata ſint.

Poteſt fieri pro delicatis tale linimentum.

REcipe radicum liliorum decoct. ſub cineribus libr.i. contundantur in mortario; his adde ſaccari candi quart.i. fiat linimentum, & ſupra faciem applicetur: poſtea vngatur facies melle, vt ſupra dictum eſt; hoc rarius eſt; ſed longiori tempore id perficiet.

Si facies ſit rubicundior poſt horum remediorum vſum, lacte virginali vtendum eſt, vel ſucco ſemperuiui addito ſulphuris modico. Inungitur facies ſanguine leporis, quod ad idem valet.

Ad impetigines.

REcipe aceti ſcillitici vnc.ij. aloes vnc.ſ. ſucci lapathi acuti, olei tartari ana drach.iij. incorporentur, & fiat linimentum.

Aliud.

REcipe aquæ lapathi acuti vnc. iiij. boracis drach. ij. ſalis communis drach.i. aceti ſcillitici vnc.i. miſce & fiat linimentum.

Aliud.

REcipe tartari pulverizati drach.ij. cum albo oui applicetur: vel aluminis vſti vnc. i. eodem modo excepti.

Aliud

Aliud.

Recipe radic. oxylapathi quart. i. decoquātur ſub cineribus, piſtentur cū aceto ſcillitico, & fiat linimentū. Si nō curetur, adde argenti viui drac. ſ. vel ſublimati ſcru. i. abluatur ſæpe facies aqua myrtill. vel cuſpidū roſarū.

Ne fiant impetigines prohibet remedium ſequens.

Recipe aceti albi optimi libr. iij. ſucci lapathi acuti, limonum ana vnc. iiij. argenti viui drach. iij. lithargyri aurei libr. i. decoquantur leuiter, deinde per filtrū deſtillentur, & deſtillatum ſeruetur ad vſum.

Ad idem.

Oleum ex eruca valet, ad impetigines, & inueteratas. non curantur autem citra illitum argenti viui, ſi ortum habeant à morbo gallico.

Ad impetigines.

Recipe rad. oxylapathi partes ij. rad. gentianæ partem i. coquantur in iuſta aquæ menſura, donec ea conſumpta ſit, deinde exprimantur. expreſſum cum axungia vituli mixtum rurſus coquatur lento igne ad conſiſtentiam vnguenti. Hoc remedio quidam fuit ſanatus impetigine.

Fucus optimus.

Recipe ſublimati vnc. i. argenti viui extincti drach. ij. margaritarum vel porcellarum drach. i. caphuræ drach. ij. incorporentur ſimul in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo, per tres horas ducantur, redigantur in tenuiſſimum puluerem. demum puluis hic abluatur aqua foliorum myrti, & deſiccatus ſeruetur in vſum. adde folia auri, & argenti numero decem. Vtendi tempore pone in uola manus tantillum olei lentiſchini, aut amygdalarum dulcium, in quo diſſoluatur modicum prædicti pulueris, & volam hanc altera vola tantiſper frica, donec mixtio perfecta ſit. poſtea faciem, &, ſi vis, partes alias frica, dum itur dormitum; ſed facies prius lauanda ex vino albo. eædem partes abluantur ſub medium noctis aqua ſequenti. Recipe ſublimati vnc. i. caphuræ drach. i. puluerizentur optimè, & infundantur in ſucco limonum, aqua roſ. nymphææ, cucurbitæ, & foliorum fabarum ana libr. ſ. inſoletur diebus quindecim: ſeruetur vſui, poſtremo lauetur facies aqua, et vino: ſic. n. facies admodū formoſa videtur. Modus utendi fucis.

Deſtillatio ad faciei maculas, & lentigines.

Recipe radicis iridis, cucumeris agreſtis ana libr. iij. radicis althææ, liliorum ana libr. ij. raceniorum vuæ immaturæ libr. ſem. rad. erucæ quart. i. herbæ fabarum, parietariæ ana man. i. florum nymphææ, maluarum ana pug. ij. panis hordei libr. i. macerentur in vino albo, vel ſero caprino; fiat deinde deſtillatio, adde raphan. vnc. ſ. quatuor ſemin. frigid. maiorum ana drach. i. vrinæ puellæ vnc. i. inſolentur, & ſeruentur vſui: fucus hic valet ad faciem maculis quibuſdam, & lentiginibus conſperſam.

Ad faciei maculas.

RECipe lupinorum q.ſ. decoque in aqua pluuiali ad pultis craſſitiem, inungatur facies.

Ad verrucas, & alia tubercula.

REcipe ſalis ammoniaci, vitrioli romani, viridis æris ana vnc. ij. alum. rochæ vnc. i. calcis viuæ vnc. ſ. deſtilletur in elambicco, reiciatur primus liquor; ſecundus priore efficacior ſeruetur ad vſum.

Vt capilli flaui fiant.

REcipe corticis berberis vnc. ſ. rad. liquiritiæ vnc. ij. radicis rubiæ maioris ceterach, polytrichi an. man. i. fiat decoctio in olla ad libr. i. in qua diſſolue mellis communis vnc. ij. aquæ ſeparationis auri vnc. ſ.

Vt manus fiant candidiores.

REcipe micæ panis vnc. iiij. farinæ orizæ, cicerum rubeorum an. vnc. iiij. ſaponis vnc. xvij. mellis deſpumati q. ſ. fiat paſta.

Vel ſic.

REcipe ſem. beben & amygd. amar. infuſarum in ſero lactis ficuum numero 100. contuſarum, ſemin. ſinapi vnc. ij. rad. iridis vnc. i. fellis bouini vnc. iiij. incorporentur, & fiat paſta. abluat cum aqua, vel propria vrina faciem, & cum eadem, manus, & fient candidæ, & molles.

Regula. *Omnes fuci, qui ex rebus craſſis fiunt facilè deſiccantur, & faciem deſiccando corrugant, vel eandem inflammant: quare mihi longè melius videretur utendum detergentibus aquis, & nitorem inducentibus, quàm ſublimato, vel alia re, in quibus principatum obtinet aqua cucumeris, & carnis peponis maturorum cum ſuis ſeminibus contuſis, uel aqua decoctionis lactis caprini, vel vuæ acerbæ, ſi repellendum ſit ob ruborem, vel pſydeacia.*

Ad detergendum ſic parate fucum.

REcipe mice panis hordei libr. ij. raſuræ ligni ſancti libr. i. radic. cucum. aſin. vel ſerpentariæ, vel ireos libr. ſ. florum roſ. recentium, & fabarum ana man. vi. temperentur in ſero lactis in vaſe æneo donec æruginem contraxerint, poſt deſtillentur, & aqua ſeruetur vſui. ſi addantur vuæ acerbæ, efficacius erit, hoc vtatur ſero ad cutis deterſionem, mane vtatur ſequenti ad ſplendorem inducendum.

Ad ſplendorem inducendum.

REcipe micæ panis albi libr. ij. florum fabarum, roſarum albarum, vel rubearum, nymphææ, liliorum ana libr. iij. lactis caprini libr. vi. iridis venetæ libr. i. radicum ari vnc. iij. deſtillentur in balneo mariæ.

Aliud.

REcipe peponum maturorum cum ſeminibus libr. vi. albuminum ouorum cum vitellis numero 50. deſtillentur, & aqua ſeruetur vſui. hæc non minus

nus ſplendidam faciem reddit, quàm ſublimatum.

Ad delendas cicatrices, & conciliandum omni cicatrici bonum colorem, & omnino ſimilem carni.

EST oleum ex myrrha, & adeps anſerinus, item liquor tenuis, qui ex ouis dum coquuntur, reſudat, quod expertum eſt G. R.

Ad caſum pilorum.

NOta G. R. mulieribus, quibus poſt morbum pili exciderant ſuperciliorum, & nullo modo reſtitui poterant, hoc modo decorem inducebat: videlicet fuligine fumi, aut camini, aut atramento impreſſorum eas pingebat, quæ cura paleata vocatur.

Fucus vxoris R.

REcipe radic. ſerpentar. bryoniæ, cucum. aſin. ana libr. ſ. raſuræ ligni ſancti, vel indici libr. i. quatuor ſeminum maiorum frig. vnc. i. farinæ fabarum quart. i. radicis ireos venetæ vnc. i. temperentur cum lacte caprino in vaſe æneo; cui adde mellis libr. ſ. vrinæ pueri vnc. vi. panis furfuracei, vel hordei libr. ij. agitentur bis in die, poſtea deſtillentur in elembicco vitreo, & vſui ſeruentur.

Fucus Ponuallæ formoſiſſimæ.

REcipe foliorum vmbilici veneris, foliorum plantag. ſolani ana m. iij. balauſtiorum recentium lib. i. aluminis vnc. iiij. album. ouorum numero x. aquæ aceti ana libr. iiij. miſce omnia, & deſtilla in elembicco vitreo.

Alius.

REcipe tartari ſubtiliſſimè puluerizа. q. ſ. ad incorporãdũ albũ oui: fit in modũ paſtæ, quæ cũ cineribus calidis coquatur donec tartarum ab albumine exeat, tunc tartarum illud cũ aqua nimphææ diſſoluatur, & vſui ſeruetur.

De pſilothris G. R.

REcipe tripheræ perſicæ, diacatholiconis an. vnc. i. foliorũ ſenæ, ſummitatũ thymi an. vnc. ſ. cum ſyr. roſ. ſolutiuo fiat medicamentũ in modũ oppiatæ, cuius capiat ad quantitatẽ vnc. i. ante ſequentia. Recipe arſenici, auripig. rubri, & citrini, calcis viuæ an. vnc. ſ. decoquãtur in lixiuio ſarmẽtorũ, deinde adde ſublimati vnc. ij. reducatur in formã vnguẽti.

Aliud.

REcip. hyoſciami, oppij, pſyllij, an. vnc. ſ. decoquãtur in eadẽ decoctione, deinde adde auripig. calcis viuæ an. vnc. i. aloes, gũmi hederæ vnc. ij. deinde reducantur in formã vnguẽ. addẽdo ſublimati vnc. ij. aliter nõ operaretur.

Aliud.

REcipe gummi hederæ, aloes, florum ſalis alkali, axungiæ apri ana vnc. iij. cum ſucco braſſicæ fiat linimentum, addendo parum ceræ; ſed melius fieret abſque cera, ſi fieri poſſet.

Notate, quòd depilatorium primum eandẽ vim habet cum ſecundo. differt tamen, quia primum ampullas excitat, & dolorem inducit, ſecundum minimè: quia multa ſunt, quæ acrimoniam eius obtundunt. ſummopere autẽ præſtandum, vt pars, cui debet applicari vnguentum primò, & antè lauetur lixiuio cineris ſarmenti, & id fricando. Quòd, ſi poſt vnctionem, medicamenti pars relinqueretur in parte, vndè pili exierunt, vngatur albo Rhaſis, aut decocto ſeminũ hyoſcyami, aut ſeminum cauliũ. Vtere igitur præcedẽtibus.

Prohibens pilos renaſci.

Plinius ſextus Philoſophus Platonicus vtitur vrina canina, ad depilandum & lacte canino, gummi hederæ, & ſucco tithymali, quod non ſolum euulſos pilos, vt renaſcantur prohibet, ſed etiam depilat.

Faciei ruborem remouens.

Accipe albumina ouorum, & deſtilla ad elembicum. Item recipe herbam dictam auricularẽ, & deſtilla. poſt recipe dictarum aquarum q.ſ. & pone in ampulla. Deinde recipe ceruſſam puluerizatam ad libitum, & miſce, & laua locum ſæpe. Aut recipe ceruſſæ pulueriz. cum larido, & miſce, & vnge. etiam ponatur ceruſſa in pane, qui optimè deſiccatur in furno calido, & remanebit puluis bonus. hoc ſecundum eſt efficatius primo, & fiat quando itur dormitum.

Ad faciei pannum.

Recipe irios drach.ij. farinæ cicer. fab. ana drach.i. boracis vnc.ſ. cum ol. amygdala. dulc. & multo melle fiat ad modum vnguenti. Item recipe arancia inciſa, & pone per quodlibet eorum viridis æris denarium vnum, fiat aqua ad elemb.

Ad cicatrices fœdas delendas.

Recipe pul. rad. cucum. aſin. vnc.i. mellis q.ſ. fiat emplaſtr. Item liniendus locus cum ol. de vit. ou. cum lithargy. Item balſamum valet.

Ad dealbandos dentes.

Recipe ſaccari albiſſimi libr.i. ſalis vnc.vi. alum. rochæ drach. iij. ponantur ſimul contuſa in vrinali, & deſtilletur aqua per elambic. de qua cum bombice tange dentes, & ſtatim dealbat, valet etiam ad vlcera gallica.

Ad crepaturas labiorum, manum, & talorum, & mammarum. Incerti.

Recipe lactis ſpumam, vbi lac reſederit miſce cum adipe, poſtea ad ignẽ agitando ſimul miſce ad modum vnguenti redigendo, quo vnge locum. oleum ceræ nouæ deſtillatum per alembicum vitreum, quemadmodum fit oleum thuris, ad idem valet inungendo locum dicto oleo, & præſertim mammas.

FINIS.

GABRIE-

GABRIELIS FALLOPPII

TRACTATVS DE CALORIBVS,

IN QVO AGITVR DE CONCOCTIONE.

De primo calore animalium, quod elementarium vocant. Cap. I.

QVONIAM *dixit Hipp. oportere concocta medicari, concoctio autem eſt, quæ fit à calore naturali agente in humidum, ideò ſæpe incidit inter Medicos de caloribus altercatio: & vt ſciamus quis ſit iſte calor, neceſſe eſt calores diſtinguere varios in corporibus animalium. primum vocamus elementariū, eo quòd ſit veluti elementum particularum corporis; nam iſte calor cum humiditate, frigiditate, & ſiccitate ſolet componere membra noſtra. dico hoc accipiendo iſtam vim elementariam pro toto elemento, ac ſi dicam elementum calidum, frigidum, humidum, & ſiccum componere membra noſtra. calor igitur iſte non eſt in actu, nec poteſt digito tangi; ſed eſt in compoſitis refractus & caſtigatus, ideſt quanuis adſit, nulla tamen ſenſibili ratione dignoſci poteſt. in carne, oſſe, & cæteris partibus reuera, & realiter continetur, ſed ita alteratus, & immutatus, vt viſu, tactu, & alia ſimili ratione cognoſci non poſſit. iſte eſt ille calor, qui facit temperamentum cum reliquis elementis: iſte eſt ille calor, qui eſt veluti vinculum, & quaſi forma in compoſitis; nam caliditas ſola ſapit naturam vitæ, & ideò ſemper habet rationem vinculi, & formæ; vnita compoſitionem parit, alterata caliditate omnia diſſipantur, omnia ruunt in præceps: quod non fit in reliquis qualitatibus. ideò caliditas illa elementaria videtur veluti cingulum totius compoſitionis, cum iſte calor non ſit in actu, nec ſenſu cognoſcibilis non poteſt eſſe efficiens concoctionis; quoniam concoctio fit ab agente actu exiſtente.*

Calor elementarium.

Temperamē tū fit ex elementis.

Concoctio nō fit à calore elementari.

DE CALORE INNATO. CAP. II.

Calor innatus.

HABEMVS alium calorem, qui in actu exiſtit, quique ſenſu dignoſci poteſt: nullus eſt, qui appoſita manu non percipiat calorem vniuerſi corporis in omnibus animantibus, vel progredientibus, uel non progredientibus: ſed reperitur differens gradu. in aliquot intenſus apparet; in aliquot uerò remiſsior; in aliquot potius ratione, quàm ſenſu cognoſcitur. aliquot habent ualidiſsimum, ut leones: aliquot remiſſum, ut piſces: aliquot remiſſiorem, ut plantæ. de quibus dubitare poſſet aliquis, tamen nos poſſumus (licet cum difficultate) id ſenſu aſſequi: cognoſcimus tamen potius ratione,

Plãtæ habẽt calidum in actu.

effectibus, & authoritate Scriptorum. quòd ſenſu cognoſcatur poteſtis periculum facere hyemali tempeſtate; ſi ſcindamus arborem circa partes proximiores ſolo, percipiemus calorem: præterea ſi cadit nix, pars niuis cadens circa plantam prius eliquatur; hoc non eſt niſi à calore actu exiſtente in plantis. addatis tertiò, quòd nos uidemus in plantis eos effectus, qui ſunt in animalibus, & hi ſunt effectus caloris: uidemus, quòd turgent, aluntur,

Primo cauſis plãt. ca. 4. Primo meteor. primo & ſecundo.

creſcunt, ergo adeſt calor. Quòd confirmatur authoritate Theoph. qui multis in locis teſtatur calorem naturalem reperiri in plantis: hic autem ab eo uocatur caliditas ſeminalis ingenita. ab Ariſtotele propria caliditas; à Galeno innata, & implantata caliditas, & illa eſt, de qua nos loquimur, ſed primam caliditatem habemus ab elemento: iſtam autem vnde? vel à ſemine, vel à ſanguine, quo alitur ſemen, vel ab vtero, in quo gignuntur animalia; & ideò genitalis, propria, innata vocatur; quia in principio generationis,

Animalia nata ex ouis unde habẽt cal.

In Aegipto pulli ſine matre.

& in materia ſeminali habetur. at animalia nata ex ouis vndè habent? Ex ouo calefacto à caliditate matris, vel artificio aliquo. nam in Aegypto ex ouis furno calefactis tepore fimi excludi aiunt pullos. nec id mirum videri debet, cum videamus infinita animalia naſci ex ouis, quæ non incubãt matres, ſed ſoli putredine incaleſcunt, vt ſunt teſtudines. tertiò plantæ habent principium huius caloris à ſemine calefacto à terra. cum etenim terra incaleſcat per antiperiſtaſim & motu, & lumine aſtrorum præbet calorem ſemini, & ſemen plantæ. hæc eſt ergo huius caloris origo. qui habet has conditiones, vt continuò fluat, labatur, & diſsipetur; ideò continuò habere debet cauſam conſeruantem, qua deficiente periret vita. in plantis conſeruatur à calore terræ, quæ in partibus penitioribus calida eſt. ſed quomodo terra ex ſe frigida poteſt communicare calorem plantis? incaleſcit terra vel lumine refracto, vel motu calefaciente, tertio cum ipſa terra conceperit ſemina caloris augentur iſta per antiperiſtaſim; ideo non eſt mirum, ſi conſeruat radicibus plantarum calorem, ſed in animalibus, quæ ex putredine

Solum.

fiunt, & continuo ſunt in terra, conſeruatur caliditas à ſolo; At in animalibus.

libus quæ ſunt in aere, conſeruatur calor à cauſa communi: quæ eſt iſta cauſa communis? eſt motus, & lumen. non poſſumus dicere lumen; quia in corpore animalium non eſt luminoſum ciens calorem, ideo motu perpetuo conſeruatur caliditas in animalibus. Quo motu? naturali, an voluntario? motus voluntarius perpetuus non eſt, defatigatur, iccirco requirebatur motus naturalis perpetuus, quandiù perdurat animãtis vita. & quis eſt iſte? eſt motus cordis, & ideo Gal. dicebat cor eſſe veluti focũ, & aram caloris inſiti: & videte quomodo: Cum cor actu ſit calidum, & accipiat hunc calorem à ſemine, vel ab vtero; de neceſsitate habet facultatem naturalem in ſe, in actu, quæ concitat cor; concitatio, & attritio conſeruant calorem: eſt facultas mouendi, motus, & calor. calor conſeruat facultatem, facultas generat motum, motus calorem. quoties ceſſat facultas cordis per venenum aſſumptum ſtatim ceſſat calor, & impeditur motus: ceſſante calore deſtruitur facultas: refrigerato corde ceſſat facultas: hinc alterato corde alterantur omnia. vnde aucto calore cordis augentur omnia; imminuto calore, motus fit imbecillior. Dico ergo, quòd calor iſte ſecundus eſt inſitus, & natus, & habet originem à primordio, vel à ſemine, vel à loco, vel ab vtroq;. hic calor perpetuam conſeruationem requirit. Plantæ habent terram conſeruantem; animalia habent focum in ſe, qui quidem habet cauſam conſeruantem; quia continuò mouetur à facultate, facultas conſeruatur à calore; hinc eſt quòd huiuſmodi calor dicitur infuſus, vel fluens, vel emanans, quia cum continuò conſeruetur à corde, non poſſet conſeruari, niſi emanaret vapor actu calidus ad membra: & notate benè terminos iſtos, quibus vtuntur; quoniam per influentem, vel emanantem calorem ſemper iſtum intelligunt.

Motus, & lumen.

Cor eſt ueluti focus

Epilogus.

Calor infuſus, uel influens.

DE SVBIECTO IN QVO SECVNDVS iſte calor conſiſtit. Cap. III.

Diximvs in corpore animalium reperiri calorem quendam actu, quo præſente durat vita, & amiſſo perditur; & ideo vitalis dicitur; quia ratione huius caloris omnia vitã habent. diximus etiam conſeruatione indigere continua; eo quòd ſubiectum habet tenue, cui hæreat. ideo loquamur de ſubiecto, cui hæret calor iſte. dico itaque, quòd ſe habet veluti calor in candela accenſa, vel flamma. nam ſicut caliditas illa conſtat ex qualitate illa, & ex ſubiecta materia, quæ non eſt, niſi exhalatio calida, & ſicca, & fumus accenſus, & ex fumo, & qualitate calida in quarto fit illud lumen in lucerna; ita etiam huiuſmodi calor, quem dixi vitalem, habet ſubiectam materiam, cui vnitur, & ex ipſo fit vnum, quod dicitur calidum innatum; & ſicut in flamma ſupponitur fumus, ita huiuſmodi caloris pro-

Subiectũ caloris innati.

Spiritus uitalis.

prium ſubiectum eſt fumus, qui à Medicis ſpiritus vitalis appellatur, quod dicitur verum ſubiectum caloris iſtius. Hic ſpiritus patitur illud, quod patiuntur omnes exhalationes; nam quædam ſunt humidiores, quædam ſicciores; ſi accendatur exhalatio ſiccior, facit flammam acutiorem; ſi humidior, mitiorem: ita hic ſpiritus, ſi eſt ſiccus: concipitur caliditas acrior, ſi humidior fuerit; tunc fit flamma iucundior, caliditas mitior: & hinc eſt, quòd in aliquot animalibus mite calidum, in aliquot acre perſentitur. hinc eſt, quòd aliquæ ætates habent calorem intenſiorem, aliquæ remiſsiorem. Dicimus Leonem calidiorem Homine; quia calidum innatum in illo animali ob ſubiectam fuliginem fit validius, ita in iuuene fumus eſt acrior, quàm in puero, ideo caliditas maior. Sed iſte ſpiritus facilè diſſoluitur, ideo neceſſarium fuit, vt continuo eſſet aliqua materia, ex qua iungeretur continuo iſte ſpiritus, atque conſeruaretur. Quæ autem eſt iſta materia? ſi nos volumus eam inueſtigare obſeruantes naturam rerum, non ſolùm authoritatem Scriptorum, neceſſarium eſt dicere materiam hanc duplicem eſſe, ſicut duplex eſt ſpiritus, quanuis vnus tantùm ſit calor. nam, ſi obſeruetis ſemen, non eſt dubium, quòd ſemen, ex quo generantur animalia, eſt calidum actu. iſtius actualis caliditatis dicimus ſubiectum eſſe ſpiritum vitalem. ego quæro iſte spiritus vitalis in ſemine, ex qua materia factus eſt? nullus negabit, quòd ſit factus ex humore contento in ſemine, qui homogeneus, & ſimilis ſubſtantiæ ſeminis. ſi iſte calor ita eſt; ideò neceſſarium eſt, vt in corporibus perfectis duret materia perpetuò vſque ad finem vitæ, ex qua generatur ſpiritus, in quo conſeruatur caliditas. & hæc eſt humiditas, quam radicalem vocant, quæ perdurat vſque ad extremum marcorem in partibus ſolidioribus, quam concedunt aſſumptam à ſemine, ſed auctam per nutritionem. colligo igitur ſpiritus materiam humidam eſſe, ex qua generatur ſeminalis, radicalis humiditas, quæ oleaginoſa, & pinguis dicitur ab iſtis; non quòd habeat eam ſpeciem, quam reliqua pinguedo habet; ſed, ſicuti pinguedo eſt, cui facillimè concipitur flamma; ita, quia iſta ſeminalis facillimè ex ſe producit ſpiritum, in quo concipitur caliditas, oleaginoſa dicitur. De hoc autem ſpiritu, quòd detur non eſt dubium.

Spiritus duplex calor unus.

DE SPIRITV, QVI FERTVR per arterias. Cap. IIII.

Spiritus arteriarum.

SED quæramus de ſpiritu, qui fertur per arterias, qui eſt actu caliditas; ego quæro ex qua materia fit? non ex oleaginoſa materia; quia illa non reperitur, niſi in ſemine; at iſte non eſt in ſemine, niſi poſtquam facto corio transfunditur ab arterijs noſtris ad arterias embrionis, ſed fit à ſangui-

ne

ne optimè præparato, optimè cocto à corde. iſte aũt non eſt ille, in quo conſiſtit vita (conſiderate hoc) non eſt iſtud inſtrumentum immediatum animæ; ſed eſt ille reſultans ex oleaginoſa illa materia, & quando neruus neruum gignit, gignit per caliditatem illam actualem inhærentem ſpiritui priori inhærenti materiei oleaginoſæ. ſi ſpiritus arteriarum eſſet inſtrumentum immediatum, quo agunt partes, omnes partes agerent idem: ſed vnaquæq; particula habet proprium inſtrumentum, quod eſt ſpiritus ille ſeminalis. hinc eſt, quòd deficiente iſta humiditate fit mors naturalis, non deficiente ſanguine in arterijs: quia deficiente hac humiditate deficit ſpiritus, deficiente ſpiritu deficit flamma; ſed pro ſuſcitatione ſingularis caloris exiſtentis in particulis factus eſt ſpiritus arteriarum, qui eſt ſubiectum caloris, et transfunditur per vniuerſum corpus, vt ſuccendat calorẽ in omni, & qualibet particula. Hæc eſt ſententia mea, & Gal. qui teſtatur ſpiritum ſubiectum caliditatis innatæ oriri ex materia inſita particulis, quam ipſe aqueam vocat: uocemus aqueam, vel oleagineam nihil refert. & ſi habemus ſpiritum arteriarum eſſe vitalem, non propterea opponitur ſibi. non enim eſt immediatum inſtrumentum vitæ, ſed concurrit ad fouendum ſpiritum illum, in quo vita conſiſtit. Ideò calor conſeruatur in vapore, qui exhalat continuò: requiritur ergo materia; & quia duplex eſt ſpiritus, particularis in ſingulis particulis, & vniuerſalis in arterijs, hic vniuerſalis continuò ſuccenditur à motu cordis, & arteriarum, & fouet ſeminalem illam humiditatem, particularem illum ſpiritum. Paradoxon fortaſſe videtur, ſed, ſi quid eſt, quod non ſatisfacit, communicate mihi. Ex ſubiecto igitur ſpiritu, & caliditate fit calidum innatũ. & non omnis materia, quæ eſt in corpore humida, vel ſicca; quæ concoquenda eſt, poteſt dici ſubiectum caloris innati. nam quamuis cibus, potus, & ſanguis concoquatur ab hoc, non propterea ſunt ſubiectum caloris innati. ſed ſanguis crudus dicitur ſubiectũ caliditatis (non adæquatum; quia ſolus eſt ille ſpiritus purus) alterationis, hoc eſt actionis, & paſſionis ſubiecti. & hoc modo ſententiæ ſcriptorum intelligendæ ſunt: ab iſto calido ſecundo ſupra enarrato proueniunt bonæ actiones in corpore noſtro.

Finis ſpiritus arteriarum

1. apho. 14.

Calidum innatum.

DE CALORE PRAETER naturali. CAP. V.

TERTIVS *calor in animalibus dicitur præternaturalis, qui actu cognoſcitur. nam, quoties iſte calor eſt in corpore, appoſita manu cognoſcimus in animalibus, & etiam in plantis. & hic non differt qualitate à priori: eadem enim eſt qualitas ignea aliqua ex parte. ſed differũt; quia contrarij ſunt; & calor præternaturalis deſtruit naturalẽ, & è contra. ſi ſe inui*

Calor præter naturam.

cē deſtruunt quæ eſt cauſa contrarietatis? non apparet; quia vterq; calidus eſt. conſiſtit caliditas vel in gradu in intenſione, & remiſsione vel in ſubiecta materia. nā in vnoquoq; animali calidū innatū habet gradū quendam, quem excedere non poteſt. in leone eſt intenſior, in homine remiſsior. ſi vltra gradum accendatur, tunc pugnant inuicem. ſecundò ratione ſubiectæ materiæ ſunt contrarij iſti calores; nam temperatus calor conſiſtit in puris illis ſpiritibus; at præter naturalis habet ſubiectam materiā putreſcens aliquod corpus aut ſit humor, aut ſolida aliqua particula; cum autem ſpiritus, & ſubiectum caloris innati ſit puriſsimum, ecce quòd præternaturali contrariatur, aliud facit contrarietatem in his, quòd calor putredinalis tentat corruptionem ſubiecti caloris naturalis, & è contra calor naturalis tentat ſanitatem ſubiecti putredinalis. Calor autem in materia putreſcente eſt putredinalis, & præternaturalis. eſt præternaturalis: quia excedit naturalem in gradu: eſt putredinalis; quia accenditur in putrida materia. alter calor eſt tantum præter naturalis in gradu, non ratione ſubiecti, & hoc eſt in febre, & accenſione cordis, & particularum, & hic calor non habet materiam ſubiectam præter naturalem, ſed habet tantùm exceſſum in gradu. declaro: incipit paroxiſmus tertianæ febris: in hoc habemus duplicem calorem, præternaturalem vnum, qui eſt in bile putreſcente, hic calor dicitur putredinalis, & iſte poteſt eſſe æqualis cum calore innato, & poteſt etiā excedere: iſte calor non eſt febris, ſed eſt cauſa febris. Habemus poſtea calorem naturalem adauctum ſupra gradum, & ratione huius exceſſus dicitur præternaturalis, hic habuit principium à putredinali exiſtente in materia, ſed habet ſubiectum, & locum ſuum proprium. dicet aliquis, poſſumus ne vocare caliditatem putredinalem? poſſumus quidem reſpiciendo cauſam; ſed re uera eſt naturalis factus putredinalis. Tertius igitur calor eſt præternaturalis; & hic duplex eſt, aut tantum eſt præter naturalis, aut eſt præternaturalis; quia eſt in materia putrida. & ità iſtius caloris præternaturalis vnum ſubiectum eſt materia putrida, alterum eſt humiditas illa radicalis. partium, vel ſanguinis purior arteriarum. putredinalis caloris potiſsima cauſa eſt interna conſtipatio, & obſtructio meatuū, ita vt vapores humidi, & cocti non poſsint exhalare, & ferueant. alia cauſa eſt contagium; nam, ſi corpus putridum contingat non putridum, in non putrido imprimuntur putredinis ſeminaria: hinc habent ortum putredines in peſte; quæ ob contagium fiunt, non propter obſtructionem: iſtæ ſunt cauſæ caloris præternaturalis putredinalis, qui in vno dicitur putredinalis ſimpliciter, in alio putredinalis, & contagioſus. Alterius caloris excedentis in gradu habemus cauſas internas, & externas: internas conſtituemus præſentiam caloris putredinalis demittentis fuliginem accenſam ad cor, cor demittit ad ſpiritus, ſpiritus ad vniuer-

Duplex calor in febre.

Caloris putredinalis cā.

Caloris excedētis in gradu cauſæ.

vniuerſum corpus. ſecunda cauſa eſt antiperiſtaſis ſpirituum calidorum ad cor, ſit tantus æſtus, vt incendatur gradus caloris. Tertia cauſa eſt ebullitio circa cor, vel ira, vel furore excitata. præterea & cauſæ extrinſecæ ſolent hoc facere, motus, ſaltus, agitatio, vectio violenta &c. Notate tamen quòd niſi præternaturalis iſte calor in gradu lædat actionem, & diſſoluat temperiem partium, non dicitur morbus, ſeù parum, ſeù diù conſliterit. primus vocabitur accidens non morbus; ſecundus lædens operationes, morbus dicetur, non ſymptoma, non accidens. & ideò ſi lædit operationes erit contrarius calori naturali; quia abſumit ſubiectũ caloris, e. g. ſi augetur augumento igneo calor naturalis, iſtud augumentum, vel cõſumit cito ſubiectum, & ideò augumentum hoc dicitur contrarium calori naturali; vel quia, quẽadmodum calor vitalis fouet omnes facultates, contra iſtud augumentum debilitat, & corrumpit facultates, quæ non poſſunt edere opera, & hac ratione dicitur contrarium calori naturali. ſed, ſi non lædit actiones, eſt ſymptoma quodam nullum afferens incommodum, imò iuuans calorem naturalem. Hoc confirmatur ab Ariſt. 4. methe. & à Gal. quando calor inſitus eſt imbecillus, ſolemus augere balneis, fomentis, & veſtium impoſitione, vel pueruli vel catuli applicatione ſupra ventriculum, & illud augumentum, quanuis excedat in gradu calorem naturalem non offendit eum, ſed auget, & iuuat ad ſua munera obeunda: & notate vnum, quod multùm facit ad tollendas difficultates, quando dicimus calorem naturalem intenſum ad naturã ignis, & dicimus corpus calefactum, vel frigefactum, & per calorem intelligimus actualem calorem, per frigiditatem actualem frigiditatem: illa non eſt intemperies partium. aliud eſt, quòd calor ſit auctus in gradu, aliud eſt quòd intemperies ſit calida; temperies non eſt in actu. ſcio, quòd authoritates ſunt in contrarium, tamen intemperies calida, de qua Medici loquuntur, non eſt calor auctus ſupra gradũ; nam per eam intelligimus, vt cum neruus dicitur laborare calida temperatura eſt, quia plus calidi introducitur in eo, vel ratione alimenti calidioris, & ignei, & hic adeſt copia maioris ignis lateſcentis, vel quia neruus redditus eſt calidior, per corpus extrinſecum calidum, quod ſit in cauſa, vt elementum igneum maiorem vim recipiat, quanuis caſtigatum ſit, & hæc eſt intemperies ſine materia: cum materia eſt, quando elementum eſt cum bile intermixta, & ſanguine intermixto particulis. ſed dicet quis, cur quando particula laborat intemperie calida actu calidior eſt, quàm ſi non laboraret intemperie ſi hoc tuum temperamentum non patet ad ſenſum? Debetis ſcire, quòd iſte calor actualis habet ſuum ſubiectum, ſpiritum, qui continuò gignitur ex illa pingui materia, qua conſtant omnes particulæ, nerui, oſſa, caro, cartilagines &c. iſta pinguis materia habet eandem mixtionẽ, quã habet os, neruus &c. ſi à neruo reſultat ſpiritus iſte, eſt ſiccior,

Notandum. (beside "Notate tamen")

5. ſimpl. 6. (beside "Hoc confirmatur")

Notandum. (beside "ad ſua munera obeunda")

Tẽperies nõ eſt in actu. (beside "temperies non eſt in actu")

Dubitatio. (beside "ſed dicet quis")

Solutio. (beside "ad ſenſum")

& fuliginoſior, quàm ſi non eſſet neruus intemperamenti frigidi; & meritò accenſus hic ſpiritus videtur calidior. hinc homo videtur calidior, quia ſpiritus eſt ſiccior, & fuliginoſior, & per conſequens conceptus calor maior, videtur. vndè in puero calor humidior, in iuuene ſiccior, & ideò in vnaquaque particula habemus duplex incrementum caloris, elementaris ſcilicet, & naturalis actualis: elementaris, quod facit intemperiem, actualis, quod ſequitur ad intemperiem. idem dico de materia frigida. & hinc eſt, quòd frigidæ videntur partes; quia habent humidiſſimum teporem; quia habent humidiſſimum oleum illud, in quo non poteſt concipi calor intenſus. habetis igitur quid per intemperiem, quid per calorem elementarem, naturalem, & præter naturalem.

DE OPERATIONIBVS CALORIS naturalis, & de cõcoctione. Cap. VI.

OPeratur iſte calor, & præcipuè naturalis in corporibus animalium, ductus ab intelligentia non errante ob aliquem finem, vt immutet ſubiectum humidum, quod eſt ſubiectũ paſſionis, alterationis: & agit in illud, tanquàm in ſubiectum alteratiuum. finis iſtius actionis, & paſſionis eſt concoctio, quam dicit Ariſt. eſſe perfectionem. ſed quæ eſt iſta perfectio? non eſt vna: plures ſunt. prima eſt illa, quando omnes partes ſolidiores agunt hoc inſtrumento, ſcilicet calore naturali, vt conuertant materiam in ſubſtantiam ſuam, vt faciant carnem, vel os &c. & eſt prima concoctio, nec videatur mirum ſi dixi fieri ex partibus ſolidioribus, cum dixerim etiam fieri à calore naturali. ſciatis quòd calidum innatum, & particulæ vnum, & idem faciũt corpus, calor habet rationem formæ, partes ſubiecti: & quoniam denominatio fit à ſubiectis, ideò dicimus carnem facere carnem &c. tamen hoc fit mediante ſpiritu, caro agit mediante calido; immediatum agens eſt calidum; & non erramus, quùm dicimus particulas gignere ſibi ſimiles, vel calidum innatum gignere particulas. Hæc eſt prima, & perfecta alteratio, quæ fit in humido in corpore noſtro, de qua Gal. in lib. ſimpliciũ; vbi ait, quòd tres fiũt alterationes in corpore noſtro in humidis. vna, quæ fit in materia bona à calore naturali, & ad perfectum finẽ ducitur. iſta eſt illa, de qua nos dicimus. Secũda eſt alteratio, quæ partim bona eſt, partim mala; bona; quia fit à calore innato; mala, quia adiungitur præternaturalis. bona; quia deſinit in ſeminalem qualitatem; mala, quia fit in materia, quæ aliqua ex parte corrupta eſt. Tertia alteratio eſt, quæ fit à malo agente, in mala materia, quando putris eſt humor, & agitatur à calore putredinali. & cum nil ſit perfectius ſubſtantia particularum, ideò meritò Ariſt. vocauit concoctionem perfectionẽ: primum alteramus cibum, poſtea facimus chylum, ex chylo fit ſanguis, ex ſangui-

1. de ſic ſim. med cap. 6

Secunda alteratio.

Tertia alteratio.

ſanguine humiditas illa, ex humiditate fiunt partes, ecce optatus finis,& ideò dicitur perfectio. de hac concoctione loquitur Galenus multis in locis. datur alia concoctio; ſed non eſt illa vera, verùm potius analogica habens ſimilitudinem cum hac priori, quæ eſt reſtitutio humiditatis alicuius, quæ incœpit ſeparari à dominio naturæ, in priorem,& optimum ſtatum,& nobiliorem conditionem. quando humor incœpit putreſcere, nos tentamus cõcoctionem huius humoris, vt reſtituamus eandem priorem integritatem huius humoris. iſta non eſt vera perfectio. de hac Gal. primo epid. com. 2. ſupra tex. 94. loquitur,& Ariſto. etiam Habemus tertiam concoctionem, quæ nihil aliud eſt, niſi quædam emollitio, veluti lenitio malignitatis in humido, non reſtitutio in integrum, nec ad bonam naturam, quam materiam ità coctam vocauit Ariſt. commodiorem, verbi gratia, quando humores,& humiditates ſunt ex toto putrefactæ, quando tentamus vincere hanc materiam calido innato,& facimus pus, iſtud pus, ſi conferatur cum priori materia putrida, eſt commodius,& vtilius; quia non eſt ità acre,& rebelle calori innato,& naturæ,& ità eſt ablatio peſſimæ naturæ. Vnde humidum, quod à calore naturali dupex eſt, aut eſt præter naturam ex toto, aut incipit tantùm eſſe præter naturam, & ideò putredinis duas faciunt ſpecies Medici; & dant exemplum vini, quod incipit aceſcere, vel ex toto acidum eſt factum: primum impedire poſſumus,& iſta eſt ſecunda concoctio: quando vinum eſt factum ex toto acetum, addatis artem, quam volueritis, nunquàm reſtituetis; ità, ſi vincatur à calore naturali humor, & corrumpatur ex toto, non reſtituetur in ſanguinem; ſed fiet melior materia, hæc eſt ſecunda, & tertia concoctio, de qua Gal. 2. aph. 13. habemus quartam concoctionem, quæ vocatur omnis alteratio caloris innati quæcunque poteſt accidere in humiditatem, vel ſiccitatem corporis humani, dummodo non ſit, neque perfectio in formam, neque reſtitutio in priorem naturam, neque ad meliorem. quomodo? quando nos dicimus concoqui chylum, eo quòd ex pane fiat chylus per concoctionem: iſta alteratio caloris innati in pane non eſt perfectio in formam, non eſt reſtitutio in integrum, non eſt reſtitutio melioris naturæ ablata maligna; quia panis malignus non erat: & ità dicimus chylum coctum, chylum crudum; ſed etenim per alterationem caloris innati factus eſt; & ità dicimus ſputa cocta,& ſputa cruda; quia illud ſputum eſt valdè alteratum à calore naturali coctum dicimus; ſin minus; contra. ità etiam cruda vocamus lotia, & cocta. de hac quarta coctione loquutus eſt Gal. primo epid. vbi diffusè de hoc loquitur. & etiam Ariſt. in lib. metheo. ſunt igitur quatuor concoctiones factæ à calore iſto. tamen Recentiores vocant etiã concoctionem, alterationem in materia, quæ vera concoctio non eſt. Hæc eſt omnis præparatio facta in humore etiam à medicamentis redactis in actu à calore natu-

3. de fac. natur. 7. in lib. de diff. ſympto cap. 4.

Secunda concoctio.

4. meteo capi. 2.

Tertia concoctio.

Quarta concoctio.

2. com. in 1. epiu cõ. tex. 44 45. & 46. 2 de rat. uic. ac. com tex. 47 Ari 4: meteo.

Quinta concoctio. naturali; vt ſi humorem craſſum medicamento incidente, attenuamus; hanc attenuationem vocant concoctionem; ſi humor fuerit calidus, & per mixturam refrigerantis medicamenti temperamus, concoctionem vocant. de qua
1. aphori. 24. 2. aphor. 9. Galenus paßim. iſta eſt præparatio ad expulſionem, tamen non eſt concoctio. Nos autem cum alijs concoctionem appellemus; & ità quinque erunt concoctiones: prima eſt vnica, & vera concoctio, quæ reuera perfectio eſt, &
Epilogus. eſt forma particularum agentium calore innato introducta in humidum media alteratione, quæ fit per calidum innatum. ſecunda, tertia, & quarta ſunt concoctiones analogicè, tamen dicuntur concoctiones; quia fiũt à calore naturali. Secunda eſt quùm humor præter naturam incipiens fieri reſtituitur in ſuam naturam. Tertia quùm humor corruptus benignior redditur à calore naturali. Quarta quum humor quicunque alteratur quocunque modo à calore naturali. Quinta eſt præparatio, quæ impropriè concoctio dicitur. Cur autem iſti vocauerint concoctionem, ego credo, quia nos medicamentis facimus, quod facere ſolet calor naturalis. ſecundo, quia medicamenta, quæ debent hoc facere, non poſſunt id præſtare, niſi actu reſtituantur à calore naturali. Habetis ergo tres calores, & quinque concoctionis ſpecies innati caloris opera factas. & pro noſtro inſtituto hæc ſint ſatis.

FINIS.

ARCANORVM LIBER
A PETRO ANGELO AGATHO PHILOSOPHO, ET MEDICO collectus.

PRÆFATIO.

POST quàm video adeò enixè affectari ſecretas quaſdam medicinas, vt uotis omnium pro viribus ſatisfaciam, quædam hic in medium afferre ſtatui, quæ experta, vtilia, & non ita vulgata ſunt omnibus. Inueniuntur autem multa in tractatu de Morbo gallico generis iſtius, atq; in libello de Decoratione, diſſeminata quinetiam plurima ſunt in ſermone de bubone peſtilenti; atq; de Fucis tractatulum, nec vulgo eſſe notum, nec omnium cognitionem attigiſſe perſpicuum fore arbitror: Hæc aũt Medicinæ pars, quæ ſecreta, & experta tradit medicamenta, quàm vtilis, & neceſſaria ſit lippis, atq; tonſoribus apertum eſſe haud dubito. non ſolùm etenim apud clariſſimos viros, ſed apud vetulas, & idiotas Deus ſua voluit quandoq; oculta reuelari. quemadmodum herba illa in Matthioli Epiſtolis deſcripta, atq; ad viuũ depicta ſolius Aphri in Hiſpania inuentum multos veneno eius ſucci potu liberauit, ex quo ſibi nomen ſerpentariæ indiderunt. Iacobus Carpenſis multa ſuperioribus annis adinuenit cæteris incognita, quibus, & nomen, & gloriã, & maximã pecuniæ copiã ſibi cõparauit. Erat vetula in patria mea, quæ tineam tàm breui temporis ſpacio tutò, & certò herbarum quibuſdam ſuccis ſanabat, vt omnibus viuens admirationem, moriens ſui deſiderium nõ abſq; ingratitudinis, & in humanum genus liuoris, atq; malignitatis nota, nulli ſuum cõmunicans theſaurum, fecerit. Fœmella hæc ſi ſuis ſe finibus continuiſſet, omnia fælicia ſucceſſiſſent. at in explebili fæmineo eroſa appetitu auſa eſt vnico tantũ hoc auxilio quodcũq; morbi genus aggredi: ex quo (ſi caſu aliquem non ſanabat) omnium ferè exitiũ erat, atq; ſecreto ſuo vero infamiam parturiuit. Quare referam & ego nonnullas ex his ſecretis medicinis. Naturales .n. Philoſophi illi veteres quorum ſtudium erat, vt humano generi prodeſſent, non modo ea, quæ aperte cognoſcuntur, tractabant; verùm & operam nauabant, vt abditarum etiam rerum complures inuenirent, inuentas propalarent; & hinc erat, quòd rerum inuentoribus maxima fiebat acceſſio. Dicebat hoc Gal. &, vt vos inuentiorbus gratias agere poßitis, eorum nomina præſcribam: in hoc autem

In princi. libri de cauſis procat.

tem nullo ordine, nulla methodo vtar, ſed ſparſim collecta, ſparſim quoque diſſeminabo. & quoniam ſomnum, & quies, ſolatium eſt laboris, ideò prius, ea quæ ſomnum mirabiliter conciliant, enumerabo.

Ad conciliandum ſomnum Gabrielis Fallopij Secretum I.

Recipe opij vnc.iiij. corticum mandragoræ, ſemin.hyoſcyami albi ſemin.papau.albi, ſemin.papau.nigr. ana vnc.viij. ſemin. agnicaſti, ſem.lolij ſem.lactucæ an.vnc.iiij. Hæc miſce, & terantur diligentiſſimè. deinde addantur ſucci fol.pap.albi, ſucci pap.erratici, ſucci lactucæ, ſucci lolij viridis, ſucci fabæ inuerſæ, ſucci capitis papau.erratici ana libr.ij. Hæc miſce in vaſe aliquo, & exponantur ſoli octo dierum ſpacio; noctu vero ſeruentur ſub tecto. vltimò addantur piperis integri nigri vnc.iiij. poma mandragoræ numero 20. & per elambiccum in balneò mariæ aqua extrahatur, & doſis eſt à drach.ſ. ad drach.i.

Ad idem Incerti.

Recipe portulacæ, ſemperuiui, hyoſcyami, papaueris nigri an. libr.i. vermicularis, ſtolum populi ana libr.ij. corticum mandrag. cicutæ, lolij, fabæ inuerſæ an.libr.i. nucum metell.nu.6. miſce, & ſine fumo deſtilla, & bonum eſſet in balneo mariæ facere deſtillationem. cui aquæ extractæ infunde opij vnc.ſ.per tres dies, & iterū hanc aquam deſtilla in balneo mariæ vaſe benè obturato: cuius aquæ poteris dare drach.i. vt dormiat per ſeptem horas: plus verò exhibere non contingat abſque periculo; caue igitur.

Puluis contra dolorem capitis, & ad alia. Incerti.

Recipe radi.tormentillæ, peoniæ, gentianæ, foliorum, & ſeminis abrotani ana. terantur, & addatur ſaccari albi ad pondus omnium. Hic puluis valet ad dolorem capitis ex quacunque cauſa; expellit febres quaſcunq; tam peſtilentiales, quàm alias. valet in dolore ſtomaci ſuper omnia medicamenta; digeſtionem bonam procurat, appetitum miniſtrat, humores ſuperfluos expellit, à pectore, à corde, & à membris ſpiritualibus. contra venenoſas potiones ſummum remedium eſt, & maximè contra eas, quæ malicioſè ſubminiſtrantur, modus autem vtendi eo eſt ſemel, vel bis in hebdomada ad drach. i. cum vino calido.

Ad cicatricem inducendam vnguenti de tutia magiſtralis deſcriptio Fallop.

Recipe olei roſ.olei omphac.an.vnc.vi. olei myrtini, vngu.popul.ana vnc.iij.fol.plantag.viridium, foliorum ſolani hortenſis viridium an. man.ij accipimus herbas, & ſecamus eas minutè forcipibus, & calefacimus olea & tepida infundimus ſupra herbas, & relinquimus mixta per ſpacium octo dierum, & voluantur ſingulis diebus. poſtea calefacimus herbas, &

cola-

colamus,& exprimimus,& addimus ceræ vnc.iiij.& poſtea eliquamus,& cum eliquatum eſt,eripimus ex igne ; &, dum tepidum eſt, hæc addimus lithargyri aurei loti vnc. vi. tutiæ alexandrinæ præparatæ drach. ij. ceruſſæ lotæ vnc.ij.plumbi vſti,& loti drach.vi.caphuræ drach.i.ſimul miſcentur, & ducuntur in mortario , donec conſiſtant . ſi robuſtius quæro medicamentum, addo parum ſquamæ æris .

Oleum terebinthinæ eiuſdem Fallop. Ad auferendum dolorem ab vlceribus .

RǼcipe terebenth. claræ libr. i. maſtichis,ſtiracis ana vnc. i. miſce ſimul deinde accipimus laterem coctum vnius libræ , & frangimus in fruſtra minutiſsima,poſtea hæc lateris fruſtra ponimus in vaſe ferreo ad ignem donec incandeſcant, & pala illa ferrea, qua vtimur in igne , eſt bona : cum optimè incanduerint,extinguimus in oleo,quod colatũ miſcemus terebenth. & reliquis.ac in vaſe vitreo ponimus,& per alemb.educimus oleum,& primò aquam, ſecundò oleum clarum , tertiò nigrum extrahimus : quo vtimur in doloribus,atq; cruentis vulneribus,in quibus inflammatio non timetur ſatis cum fœlici ſucceſſu.

Ad auferendam carnem laxã , quæ in vlceribus ſupercreſcere ſolet,& dolorem facere, Fallopp.

R. Ecipe vngu.ægipt.vnc.ſ.ol.roſ.cõpl.ceræ albæ an.drach.ij. coquantur ad vng. conſiſtentiã, idẽ præſtat præcipitatum præparatum, & lotum.

Ad dolores vlcerum rebelles Fallop.

REcipe folia mandrag.cicor.& hyoſcyami recentia,& cum hæc habere non poſſumus,accipimus folia papaueris communis, & cornicularis menſura vnius manipuli . obuoluimus hæc in folio cartaceo aqua madefacto,& ſub prunis coquimus:folia iſta liberantur à carta,& teruntur,poſtea addimus croci drach.i.caſtor.drach.ſ.miſce. caſtoreum pro penetratione medicamenti addimus, & pro moderando torpore .

Aliud.

REcipe terebenth.vnc.ij. mirrhæ drach.i.ſtiracis drach.ſ. croci ſcrup.i. opij drach.ij. caſtor. drach.ſ. mellis deſpumati quantum ſufficit, miſce.

Ad dentium corruptionem Fallopp.

ALiquando corrumpuntur dentes,& nos ſolemus partem corruptam detergere inſtrumento,& addimus oleum ſulphuris, vel calchanti, & nobis benè ſuccedit ; quia ſiccatur humiditas dentis,quæ mater eſt putredinis. aliquandò non ſuccedit,quoniam concidunt præ dolore homines: oportet videre,an eroſiò pertingat cauitatem illam,in qua membranula reſidet, tunc enim nolite inſtrumento tangere dentem ; quia maior dolor excitatur, nec infundite oleum . ego ſoleo obſtupefacere, & ita impono cauitati medi-

camentum factum ex opio, cæra, & ſale. Habendum eſt in maximo pretio hoc medicamenti genus. ego accipio opij ſcrup. ſ. ſalis candidi gr. v. ol. roſ. compl. ſcrup. ij. vel drach. i. cæræ albæ drach. ſ. miſcentur, & fit vnguentum: accipio parum goſſipij, & imbuo locum. ſi verò timeo eroſionem, poſſum vti ol. chalchanti, & vitrioli quantum volo.

Ad extrahendum ſpiculum à vulneribus, Fallopp.

RECipe propolis, radic. ariſtol. ſagapeni drach. i. & med. fermenti, ſtercoris columb. putrefacti ana vnc. i. narciſſi cœpam vnam, picis naualis liquidæ, mellis crudi ana quantum ſufficit: Hæc contundenda, & miſcenda in mortario, vt formetur emplaſtrum.

Aliud valentius ad idem, quum infixa ſunt in oſſibus, & partibus internis.

RECipe radicis dictamni noſtratis, pulueris dictamni cretenſis, ſagapeni, oſſæ fetidæ, gummi elimi an. drach. i. viſci quercini vnc. ſ. &, ſi non poteſtis habere viſcum quercinum, accipite quodcunque, nam ex mille libris viſci non habemus vnam quercini, cuius pauciſſima quantitas fit. Reſinæ pini vnc. i. & med. euforb. gran. v. ſulphuris drach. i. picis liquidæ, mellis crudi an. quantùm ſufficit mortario miſceantur. Idem facit altercum, & folia papau. cornuti à propria ſubſtantia.

Emplaſtrum ſacrum ad extrahenda ſpicula, Fallop.

RECipe olei veteris (ſi æſtas fuerit) lib. i. ſi hyems libr. i. & med. lithar. libr. i. colophoniæ libr. ſ. cæræ vnc. iij. ammon. ariſtol. rot. ana vnc. ij. mannæ thuris, galbani vnc. i. & med. ærug. æris, dictamni cret. aloes propolis an. vnc. i. ſquamæ æris, gentianæ an. drach. vi. talis eſt compoſitio: primum coquimus litharg. cum ol. ſecundò addimus ſquamã, & æruginem, tertiò admiſcemus cæram, & reſinam, & ammoniacum, quartò reliqua, & concoquitur donec non inquinet manum lento calore.

Gluten, quo vtendum in vulneribus, quandò ægri non patiuntur conſui, Fallopp.

EGo vtor glutine ſimpliciſſimo, accipio album oui, & contundo diligentiſſimè hoc inficio patinam amplam ſtamneam, & pariter telam, poſtea calcem viuam non extinctam in tenuiſſimum pollinẽ redactam, capio, & aliquantiſper inſpergo ſuper patinã, ita, vt vix appareat; demum ſuper patinã pono telã & hoc modo aliquãtiſper cõprimo, vt puluis hæreat telæ. & dum inſpergo pulurem, ſi copioſus videtur, bucca ſufflo, ne ſit copioſus, & hæc agglutinatio ſuperat omnia, madefacta non tollitur: in applicatione autem obſeruãdum primùm eſt, vt telæ vulnus nõ tangant, ſed diſtent à vulnere, ſecundò vt fili applicentur ex vtraq; parte; prima die, quandò imponimus gluten non tentandæ ſunt ligaturæ: ſed ſecunda die quum exica-

catùm, & carni infixum eſt, fili ex vtraque parte aſtantes benè alligentur. tollitur autem oleo aliquo.

Cærati barbari compoſitio ad vulnera. Fallopp.

EGo vtor cærato barbaro (& aſſumo à Gal.) in omnibus, & altero, & vario ſecundùm habitus: ſi in mediocribus, vtor quale eſt: pretioſum eſt medicamentum, & ſi non vtor prima die, vtor ſecunda, & ſemper fœlici ſucceſſu. nam hoc habet ſubſtantiam penetrãtem; habet enim reſinas, cæram, & oleum, habet pulueres tenuiſſimos; habet facultatem ſiccandi, & adſtringendi, & mitigat dolorem, quod magis eſt. & quoniam habet plures compoſitiones, ego ſemper curaui, vt formaretur ea ratione, quã docet Gal. qui vocat barbarum Galeni, barbarum, quo ipſe vtor. eſt hoc duplex, alterum, quod plura continet, alterum quod pauca. ego vtor priori, cuius compoſitio talis eſt. Accipio picis ſiccæ libr. viij. (ego pono pondera Galeni, & ideò deſcribo, quia oportet adnotare, & ſupponere quædam) cæræ citrinæ libr. vi. & vncias viij. reſinæ pini libr. v. & vnc. iiij. aſphalti, ſiue bituminis iudaici (idem .n. eſt) libr. iiij. (& notate, vt veſtri ſeplaſiarij accipiant bonum bitumen, quod ſi non habent, aduertatis ne capiant picem nigram, qua nautæ vtuntur, nam hoc eſt metallicum nimis acre, & facit exuſtionem, & inflammationem. ſupponãt ergo mumiam, non carnem ſiccatam; ſed bitumen, quo plenus eſt venter corporis mumiæ) olei libr. xv. lithargyri, ceruſſæ, æruginis æris an. vnc. iij. thuris libr. ſ. aluminis liquidi vnc. i. & med. nos non habemus alumen liquidũ, curate vt conficiatur alumine rocchæ, aluminis ſciſſilis vnc. iiij. qui erunt in Neapolitana nobiliſſima ciuitate, poterunt facere hoc, quia Puteolis copioſum eſt hoc alumen; ſed ego addo alumen rocchæ combuſtum loco eius, quemadmodum, loco liquidi idem crudum impono. opopanacis, ſquamæ æris, galbani an. vnc. i. & med. aloes, opij, myrrhæ, an. vnc. ſ. terebinth. (& pro terebinthina, poſſumus verã capere ex Cypro delatam, & poſſumus accipere reſinam laricinam, vel abietinam, quæ vulgo appellatur oleum abietinum) lib. ij. ſucci mandragoræ drach. vi. cum hunc non habeamus, curo, vt loco ipſius corticem ſiccatum ponam, aceti libr. v. tritis terendis, miſceantur, & coquantur. ſed bitumen iudaicum ſolet creſcere in lapillulos, ideò rarò ſuccedit compoſitio hæc; ſemper adſunt grana facientia inæquale emplaſtrum: ego doctus experientia: hoc modo formo. accipio litharg. ceruſſam, & oleum, & incoquo ſimul, donec acquiſiuerint mellis ſpiſsitudinem; nolo vt perueniat ad illam ſpiſsitudinem, vt non inquinet; ſatis eſt hoc, quod dixi: poſtea capio picem illam nigram, & in alio vaſe liquefacio ſupra cineres, non ſupra carbones flagrantes. tunc habendo bitumen tritum, per cribrum perforatum ſenſim inſpergo ſupra picẽ ſemper mouendo, & miſcendo. poſtea reſinam pono, & alia, quæ dicta ſunt, & coquo, donec acetum abſu-

In 2. de cõp. med. per ge. in fine.

abſumatur, vel medicamentum non inquinet amplius. Ego vtor hoc medicamento in omnibus; ſed, ſi erit in habitu molli, & parte molli cerato roſacco, cerato myrtino, & facto ex oleo amygd. dulc. miſceo. ſed in duris addo portionem emplaſtri iſidis, vel aliud.

Elixir vitæ Halidei.

Recipe caryophyllorum, nucis moſc. gingib. Gal. pip. long. pip. nigri, zedoar. gran. iunip. cortic. aranc. cortic. citri, maioranæ, roriſm. mēt. baccar. lauri, pulegij, ariſto. rotundæ, ſtœchadis, ſigill. S. mariæ, card. benedicti, florum ſambuci, roſ. rub. alb. ſpicæ nardi, ligni aloes, cubebarum, cardam. cinnam. calami aroma. ſtœchadis arabicæ ſatiuæ, baſiliconis, gentianæ, calamenthi, ſandalorum omnium, acori, corall. macis, nigellæ, oſſis de corde cerui, raſuræ eburis, chamædryos, maſtic. thuris albi, aloes hepat. myrrhæ, florum chamam. anethi, ſem. artemiſ. betonicæ ana drach. iij. florum borag. bugloſſæ, ſem. aniſ. fœnic. cari, cōmunium, ana drach. ij. ſpecierum elect. de gemmis, ſpecierum diarod. ſpecierum diatrion ſand. ſpecie. arom. roſ. ana drach. ſ. diamuſci, diambræ, elect. de gemm. Theriacæ, diacori, dianthos, quattuor ſaccar. conditorum an. vnc. ſ. olei de terebinthina libr. i. moſchi, ambræ an. gr. iij. iſta duo vltima ponantur in coniunctione elixir cum matre balſami. ficuum ſiccarum, paſſul. enucleatarum, pulp. dactil. amygdal. dulc. pineorum, piſtachorum, penidiarum ana vnc. i. mellis albi libr. vi. ſaccari albi libr. x. omnia ſupradicta benè puluerizata incorporentur in olla ſuper cineres calidos, aut paruo igne optimè miſcendo, & poſtea reponantur in aliquo vaſe permittendo ipſa fermentari per dies quinque, aut ſex, & quantò plus ſtabunt, erit melius. poſtea ponantur in aqua vitæ optima quæ ſit facta in alemb. vitreo, non æneo, & permittantur iterum fermentari in ea, vt ſupra, aqua vitæ, in qua reponuntur dictæ ſpecies ſit ad pondus libr. xxv. ſi in diuerſas bocias diuidas aquam, ſimiliter ſpecies diuidas, & res; quia ſecurius deſtillabis in tribus vicibus, quàm in vna, & pone elambiccum in balneo mariæ, & moderato igne. poſtea exibit elixir vitæ: & ſerua illud per ſe benè obturando vas vitreum, ne expiret, deinde ſtillabit aqua graſſior, quæ ſolùm valet ad remouendas maculas, & lentigines ex facie. feces verò quæ remanebunt in elambicco, æquiualebunt Theriacæ, & ſeruiunt pro pauperibus ad pleraſque infirmitates.

Mater balſami ſimplex, & compoſita eiuſdem.

Recipe terebenthinæ optimæ lib. iij. thuris, maſtic. ligni aloes ana vnc. iij. macis, caryophyllorum, nucis moſc. galangæ, cinnam. cubeb. gummi elemi ana vnc. ij. piſtetur & incorporentur omnia hæc, & ponantur in alembicco lutato, & permittātur fermentari per quinque, aut ſex dies, & primo deſtilletur inter cineres lento igne, deinde augumentando, donec tandem totum

tum deſtillauerit,& hoc eſt mater balſami prima ſimplex. ſume igitur iſtius & elixir prædicti tantundem in elambicco, & iterum permittatur fermentari, vt ſupra, poſtea in balneo mariæ deſtillabit aqua clariſſima, quæ vocantur mater balſami coniuncta, ſiue compoſita.

Electuarium, quò Innocentius Pontifex quando erat centum annorum viſum recuperauit. Incerti.

RECipe ſem. fœniculi libr. ij. radicis chelidonij, chamædryos ana libr. i. & med. appij, aniſi, petroſellini, pip. gingib. cinna. puleg. anethi, florum abrotani, iuniperi, galangæ, caryophyll. eufragiæ ana vnc. iij. quibus pulueriʒatis confice cum melle cocto, & deſpumato electuarium, & mane, & ſero cape ſcrup. x.

Experimentum probatiſſimum, cum quo curatus fuit quidam de cataractulis, qui diù non viderat.

REcipe ſtercoris lacertarum paruarum, margaritarum, fragmentorum ʒaffirorum, corall. rub. ſuccini, ſarcocollæ, alum. rocchæ combuſtæ, ſaccari candi ana. Si morbus eſt antiquus, & eſt ibi groſſa carnoſitas. incipias ab alumine combuſto, quouſque corrodatur illa carnoſitas, & tunc apponas de illo puluere ſtercoris, & hoc modicum in die, & tunc æger ſtet per horam ſupinus, poſtea detergatur locus cum panno ſerico, & iterũ lauetur cum aqua roſarum, & iterum detergatur, & deinde lingatur cum lingua. & ponatur modicum de aqua roſarum, & modicum de felle anguillæ, vel alicuius piſcis, veluti lucij &c. demum iterum lauetur cum aqua roſ. & bis, vel ter iſto modo ſequatur à mane ad veſperas, donec ex toto liberetur. Hoc autem fieri debet habita prius totius prouidentia, & ratione habitus, ætatis, conſtitutionis, regionis, & humoris peccantis &c.

Ad hydropem. Inceti.

REcipe corticum ligni fraxini viridis libr. ij. ſcabioſæ libr. i. bulliant ſimul in ſuff. q. aquæ donec remaneat tertia pars, poſtea cola per pannũ album bene exprimendo, demum recipe mellis roſ. vnc. iij. & miſce cum dicta aqua, & duc benè cum baculo, repone in olla munda, in qua vnica bulliant ebullitione: tunc recipe dictam materiam, & iterum cola per alium pannum: cuius dà patienti per viiij. dies vnc. iij. & ſanabitur. At nota, quòd de tertio in tertium oportet clyſtere propinare cum his herbis videlicet. Recipe chelid. mercurialis, maluæ ana manip. i. bulliant ad conſumptionem quartæ partis, demum adde ſucci cyclaminis vnc. iiij. & fac clyſtere.

Ad idem.

REecipe ſcamon. coloch. thurbit, raſa pini, ſalis gemmæ ana drach. i. piſtentur omnia & incorporentur cum ſucco porri, & extendantur ſuper tabulam, & aſpergatur modici cinnam. deſuper, & ſiccentur doſis eſt dra. i.

Vn-

Vnguentum regis valens vulneribus venenatis, & vlceribus antiquis, & fraudolentis habens omnes laudes vnguenti, & eſt ſecretum optimum. Incerti.

RECIPE pimpinellæ, betonicæ ana man.i. verbenacæ cum folijs, & radicibus benè lotis man.i. pone in vino albo per tres dies; poſtea fac bullire omnia ſimul vſq; ad conſumptionem medietatis vini: tunc cola per pannũ, optimè exprimendo, demum adde ſucci linguæ arietis ciathũ vnum, terebinthinæ veteris libr.ſ. reſinæ pini, gummi arab. maſtichis ana vnc.i. ceræ albæ vnc.iij. ſucci abſynthij libr.i. bulliant ſimul omnia vſq; ad perfectam decoctionem. & in fine addatur ciathus vnus lactis mulieris puerum lactentis.

Oleum rubrum contra podagram frigidam. Incerti.

RECIPE 70. vitellos ouorum coctorum, ex quibus extrahitur oleum hoc modo. ponantur dicta oua in patella ferrea ſuper ignem, & cum cocleari benè volue, & reuolue donec aliquomodo liquor ſtillare incœperit liquidus, poſtea pone in ſacculo panni linei nouo, & infuſo in aqua, & cum expreſſorio exprimè dictum ſuccum donec totum oleum extrahitur, in quo oleo pone pyrethri, caſtorei, maſtichi, laudani ana vnc.i. hoc totum pone in alembicco vitreo, & more ſolito ſuper ignem deſtilla, & fac, vt iuncturæ ſint benè clauſæ, ne reſpirent, & illud, quod deſtillabitur reduc ter ſuper feces, & hoc oleo vnge locum doloroſum, & ſanabitur, & hoc eſt pluries expertiſſimum.

Aqua iuuentutis. Incerti.

RECIPE ligni aloes, caryophyll. galangæ, cardamomi, cubebarum, granorum parad. rhabarb. electi cinnamomi, nucis moſch. calami aromat. macis ana drach. ij. omnia ſubtiliter terantur, & cribrentur, deinde recipe ſucci chelid. libr.i. ſucci ſaluiæ, bryoniæ, rutæ, betonicæ, menthæ, aquæ florum borag. bugloſſæ, ſucci fœnicul. ana libr.ſ. miſce, & pone omnia in alembicco vitreo, & deſtilla aquam, & de ea ſume omni mane cochleare vnum in die æſtiuo, in hyemali verò, duo. Hæc enim aqua iuuenibus, & ſenibus, vtilis eſt. corroborat ventriculum, cerebrum confortat, & hepar. liberat ab hectica, ab Hydropiſi maximè præſeruat, ſpleni, viſui, & auditui maximum adfert iuuamentum. valet contra venenum, & confortat omnia membra, ſanguinem in bono colore, & ab omni putrefactione præſeruat, & deſtruit fœtorem anhelitus.

Aqua, quæ tribus diebus ſanat ſcrofulas. Incerti.

RECIPE herba, quæ dicitur morſus diaboli, quæ ſit exiccata in vmbra & pulucrizetur vnc.i. arſen. rubei, vitrioli Romani, lithargyr. auripigm. ana drach. i. miſce omnia ſimul cum herba ſupradicta. de hoc puluere pone

ne ſuper ſcrofulas, & ſupra pulu. pone diachilon. hoc modo videlicet: primò ſcarificabis locum læſum, poſtea inſperges puluerem modo dicto. & ſic relinque per ſpatium 24. horarum, quo termino elapſo videbis an ſcrofula ſit caſtigata; quòd, ſi non fuerit, ſcalpro auferre poteris cutim mortificatam, & iterum inſpergere pulu. dictum cum dicto emplaſtro. & poſteaquàm per 24. horas videbis caſtigatum affectum locum linies butyro, & vitello oui ſimul mixtis in formam linimenti, & de vigintiquatuor horis in 24. horas mutando linimentum perſeuerabis donec caro mortua ciciderit. quo facto vnguento ſarcotico carnis bonæ tentabis regenerationem, donec ex toto locus fuerit repletus.

Oleum contra dolores articulares paralyſim coxendicum dolorem &c. Incerti.

REcipe olei ex vitellis ouorum, vt ſupra extracti, in quo ponatur caſtor. pyrethrum, galanga, ſpica, euforb. terebinth. gummi hederæ, ſal commune, & deſtillentur per alembiccum. oleum hoc vſui reſerua, de quo vngatur nuca, & faciet mirabilia.

Lotio poſt receſſum doloris articularis, quæ confortat membra, & euacuat ſuperfluitates exiſtentis in eis, prohibens nouæ materiæ receptionem.

Incerti.

REcipe ſummitatum myrti, ſtipitum roſarum, galla. cupreßi, verbenacæ hederæ terreſtris, aluminis zuccarini, terantur craſſo modo, & bulliant cum aqua ſalſa, & vino, ana. & cum hoc decocto lauentur membra.

Oleum ſcorpionis contra venenum. Incerti.

REcipe olei antiqui quantùm vis, in quo ponas ſcorpiones tempore Iulij quot poteris habere. cui adde folia dictamni albi, folia abſynthij, betonicæ, verbenacæ, roriſmarini. & hoc totum per plures dies ſimul dimitte, & poſtea per alemb. diſtilla, & vſui reſerua.

Aqua ad exedendam carnem malam ſupercreſcentem in vlceribus, Fallopp.

REcipio aquarum plantag. roſar. ſolani ana vnc. iiij. opij ſcrup. i. medullæ panis vnc. ij. argenti ſublimati, & præparati ſcrup. iiij. miſceo, & in vaſe vitreo cum aqua ad ignem bullio donec conſumatur dimidia pars; denique dimitto donec omne ſedimentum reſideat, & limpida aqua remaneat, quam capio, & linteamina madefacio, & impono, ad hoc etiam valet aqua alumionſa magiſtralis, cuius deſcriptio habetur in tractatu de morbo gallico, & quoniam hæc habent vim acrem, & calida ſunt: & ideò excitant dolorem; iccirco imponenda ſunt mitigantia, refrigerantia circumquaque, veluti linimentum ſimplex, vnguentum de ceruſſa &c.

Ad occidendos vermes exiſtentes in vlceribus, Fallopp.

RЕcipe abſynth. viridis, centaur. min. virid. marrubij viridis ana manip. i. calamenthi mont. virentis man. ſ. aquæ quantum ſufficit fiat decoctio, cuius vnam partem capio, tantundem mellis, & cum eo decoquo. Aliquando ita rebelles ſunt, vt opus ſit validiſsimo medicamento. Et Recipe radic. elleb. albi, radic. dictamni albi, rad. gentianæ, centaur. maioris ana drach. ij. aquæ, vel vini quantum ſufficit miſce, & fiat decoctio, & coletur: poſtea capio iſtius decocti vnc. iiij. ſucci abſynth. vnc. ij. vngu. ægipt. vnc. ſ. ſimul miſceo, & infundo, & neceſſariò vnica vice interficiunt.

Potio ſumenda ab his, qui fiſtulam habent antequam ad localia veniamus, Fallopp.

DEcoctum Guaiaci id præſtat. vel recipe agrimon. recentis manip. iij. plantag. manip. i. & med. foliorum oliuæ manip. i. vini albi q. ſ. tritis, vel inciſis incidendis, & infuſis per noctem, decoctis ad conſumptionem tertiæ partis exhibetur matutina hora ad vnc. v. ſi adeſt febris, loco vini ius eſt ponendum.

Decoctum Iudæi ad idem.

FVit Hebræus Carpenſis, qui ſola iſta potione ſanabat multos. cuius talis eſt compoſitio. Recipe rad. altheæ, fol. millefol. folior. marrub. artemiſ. lapatij minoris, & maioris, caulium rubeorum, pimpinellæ, ſummitatum rubi, rad. rubeæ tinctorum cum fol. rad. ariſtol. longæ, & rot. cum folijs, foliorum fragrariæ, hoc eſt illius herbæ, quæ fragra facit, matricariæ, centaur. min. matriſiluæ, beton. ſaluiæ, rad. caryophyllatæ ana manip. ſ. thuris, maſtic. vnc. ſ. ſarcocollæ vnc. i. ſemin. plantag. ſem. aniſ. fœnic. capparis ana vnc. ſ. croci, rheubarb. rheupontici ana drach. ſ. vini albi odorati dulcis libr. xv. hæc bulliunt ſimul ad conſumptionem tertiæ partis: poſtea adduntur mellis libr. iij. & ſemel bulliunt, demum colatur, & ſeruatur, doſis eſt vnc. v. in aurora, & ſiue inter tot medicamenta ſit vnum faciens hoc, ſiue ſimul refracta, mihi videtur magnum medicamentum ſicut Theriaca, & Mitri. confecta ab Empiricis, tamen conſentanea ſunt, & praxi approbata.

Ad interficiendos pediculos, & piattones vocatos, Fallop.

REcipe pulu. ſtaphiſagriæ, & irios ana. miſce, poſtea pone in linteolo ligato, quo percutiantur partes, & ſic fugiunt, vel interficiuntur. præterea ſapo niger admixta ſandaraca idem præſtat. præterea pſylothrum ex auripigm. & calce vſus bonus eſt ſub axillis, & circa inguina, non autem in capillis, & barba. præterea accipimus tria aut quattuor ſemina ſtaphyſagr. ponimus in linteolo, & infundimus in ſemiciatho

aquæ

aquæ roſ. vel communis, & infundimus ibi per 12. horas, poſtea abijcimus faſciculũ, & madefacimus loca piactonũ cum aqua illa. ſed aduertite, quòd moderatè ſumenda eſt aqua iſta; quoniam ſemina non maceranda ſunt niſi spatio 12. horarum, vel minus; quia ſecus exederetur corium, teſtes, & pudendum. eſt ẽt uſus argenti viui, quod timere non debetis. præparatur autem varijs modis. ſolemus aliquandò accipere pannos, vel pedes leporinos, quibus auri fabri vtuntur, quando miſcent aurum cum argento viuo, quod malgama vocant, tunc cùm huiuſmodi aurum obducunt ſupra æs, aut argentum, & fricant pede leporino, vt æqualiter currat aurum. illi pedes leporini, vel linthea, quibus fricatum eſt aurum, & argentum viuum retinent colorem nigrum: ſumite hæc, & inungite barbam ſatis fælici cum ſucceſſu. præterea capimus pomum, in quod per foramen immittimus argentum viuum, coquimus, & ſic miſcemus argentum viuum cum pomo, & inungimus vel totum corpus, vbi adſunt pediculi hi, vel pulſus, & tempora ſine timore, vbi adſunt capita arteriarum pulſantium. præterea miſcemus arg. viu. cum vnguento, quo cingulum laneum inungimus, cingimus hominem hoc, & debellamus animalia iſta. Medicamentum autem tale eſt: recipe ol. comm. vnc. ij. ceræ albæ vnc. i. argenti viui vnc. i. & med. ſimul miſce, & cingulum inunge, quod geſtamus, vt tangat carnem.

Ad vermes dentium, Fallopp.

SVffitus hyoſcyami, & ſeminum porri, valet & ad ſuperiorẽ affectionem.

Lac virgineum ad lichenes, & faciem detergendam.

LAc virgineum vocant. Lac ratione coloris; virgineum, quia virgines, & puellæ pulchritudinem affectantes vtuntur. Huius talis eſt compoſitio. Recipe aceti acerrimi libr. v. lithargyri argentei, & aurei ana vnc. iiij. teritur litharg. & poſtea funditur acet. & ſimul mixta ponuntur in alemb. vitreo, & extrahitur aqua, quæ ſeorſum ſeruatur. Item accipimus aluminis plumei, ſalis gemmæ ana drach. i. thuris maſculi vnc. ſ. caphuræ drach. ij. aquæ roſ. libr. i. olei tartari vnc. vi. tritis optimè terendis miſce ſimul hæc omnia poſteriora deſcripta ſine ſuperiori aqua, & per alemb. vitreum extrahitur liquor. Hæ geminæ aquæ miſcentur quando eſt oportunitas, & in media vola accipitur vtriuſq; portiuncula, & miſcetur, & ſtatim effloreſcit color lactis; & non ſunt miſcendæ ante vſum illæ aquæ, quia corrumpunt ſe inuicem; iſtis quotidie madefacite lichenem, & facilè fugabitis.

Vnguentum vetulæ ad lepram Græcorum propoſitum à Fallopp.

REcipe foliorum ſaluiæ viridis, roriſin. menthæ, calam. montani, matricariæ, hederæ, abſynth. ſabinæ, lauri ana man. ſ. iſta ſint viridia. ſi autem erit nimis pertinax lepra, ego addo radic. ellebo. nigri virentis

rad.cyclaminis,rad. brioniæ nigræ ana vnc.i. hæc ſint viridia. ſi non eſt robuſtiſſima lepra,non addo has radices. poſtea impono thuris maſculi vnc. ſ. ſalis candidi vnc. med. laridi ſuis maſc. ſaliti libr. iij. accipio laridum contuſum optimè,poſtea addo herbas, & pulueres, & iterum contundo gladio, & miſceo; mox appono in olla noua. & facio,vt parum bulliant, donec laridum eliquetur;& hæc appareant cocta;poſt cocturam colo linteo medicamentum,& tantùm percolatur,nõ exprimitur.poſt excolationẽ addo ſulph. viui optimè triti vnc.ij.aliquando non addo,pro ratione vehementiæ lepræ; ſi validiſſima eſt,addo ſulphur.habeo præterea odoris rationem,quando tracto ruſticum, vtor, minimè verò quum Nobilioris res agitur.

Ad ſcabiem, Fallopp.

FActa diligenti alui lenitione(ſi opportuerit)corporis præparatione, ac demum expurgatione cum his,quæ neceſſaria ſunt, venio ad locum affectum.& primò expurgo cutim,& euoco omnem ſanguinem malum ad exteriora. & ita mando, vt æger ſe conferat ad balneum, & huiuſmodi decocto abluatur. Recipe fol.malu.violariæ,fumiterræ,lapatij,& decoquimus in aqua,qua abluimus corpus,& fouemus.ſed ante hoc per ſudorem,vel per cucurbitulas euacuatur corpus. laudo magis cucurbitulas, & ſcarificatas.aliquando 15.aliquando 20.aliquando 30. pro magnitudine,& natura corporis:at minor numerus ſit 12. poſtea abluatur corpus decocto dicto; deinde aliquo medicamento illiniatur. Sed prius notate, quòd aliquando dolor ingens oritur; ideò oportet conſulere ſymptomati non morbo. hoc autem agimus, quùm aliquo balneo fouemus manus, vel pedes, in quibus maximè viget dolor, & non in reliquis partibus, quid hoc ſit ob ſoliditatem cutis; & ideò non ità facilè extenditur, & ſoluitur: ideò accipiamus folia maluarum,lapat.rad.alth.& addimus hordeum,vel furfures,& coquimus in aqua addito pauciſſimo ſale, & aliquot folijs ſaluiæ; mandamus,vt in hoc decocto imponat manus, & pedes, & ſic vna nocte erumpit maxima quantitas ſcabiei.poſtea ſiccatas manus inungamus butiro recenti loto aqua pura,vel eodem decocto.ſed,ſi volumus ſanare ſcabiem quid agendum? poteſt curari & per interna,& per externa, per interna,vt matutina hora accipiant ouum ſorbile, in quo ſulphuris viui ponant quantũ poteſt manere ſupra gazzetam,& hoc fiat tribus vicibus.in ſulphure non eſt ſapor nec iucundus, nec iniucundus, ſed, ſi inungimus, ingratus eſt odor. per externa ſunt vnctiones. quarum aliæ ſimplices, aliæ compoſitæ. inter ſimplices, primum locum tenet,vt accipiamus limonem,vel narantium,& ſecemus in duas partes,poſtea inſpergamus parum ſalis in ſuperficie,in qua eſt ſuccus.deinde ponatur ad ignem donec cortex aliquantiſper coquatur, deinde eliquemus,& liquore hoc veſpertina hora inungimus ſcabiem, & eſt medicamentum ſuaue

Balneum ad dolorem tollendum.

Curatio ſcabiei per interna.

Vnctio prima.

ue. aliud eſt. Recipe litharg.ol.roſ.parùm ſalis,& ſuccum limonis,vel na- 2.unguẽtum
rancij,& ſimul miſceamus,& inungamus.loco ſucci limonis ſolemus vti vel
aceto acri,vel ſucco ex vua acerba,quẽ ſuccum omphacium vocamus.aliud 3.unguẽtum
eſt. Recipe ſublimatum, quod poſitum in linteolo maceramus in ſucco limo-
nis, vel aqua roſacea, & aliquando partes tantùm detectas oportet inunge
re.aliud eſt medicamentum,quod Curtij vocamus. Et recipe argen.ſublim. 4.unguẽtum Curtij.
ſcrup.i.ceruſæ drach.i. & affundamus album oui cum pauciſsima aqua roſ.
aqua primum diſſoluimus ſublimatum , & ceruſſam , poſtea miſcemus cum
albo oui,& interdũ,cũ miſcemus in mortario , infundimus guttatim ol.roſ.
completi vnc.i.& eſt medicamentum validiſsimũ , & optimum : & videtur
concretio,veluti lac concretum,iuncata:& quùm inungitis cutim, nihil ap
paret,tanta eſt nobilitas huius medicamenti.aliquando non poſſumus his le
nibus ſuperare , ſed veniendum ad compoſita , quæ magis contemperent co- 5.unguẽtum
rium, & eſt. Recipe tereb.butiri recentis ana libr.i.miſce ad ignem ſimul,
& poſtea abluuntur aqua , & aceto pluribus vicibus ; deinde adiungimus
olei roſati completi, ol. myrtini ana vncias iij. ouorum vitella numero ſex,
abijcimus album,ceruſſæ lotæ libr.med.ſalis candidi vnc.iij.miſce in morta
rio,& habemus tutiſsimũ medicamentum.aliquando ſolemus accipere aliud
medicamentum ex ſulphure, & eſt robuſtiſsimũ . Recipe laridi ſaliti libr.i. 6.unguẽtum
cõtundatur,& ter abluatur aceto ſulph.triti vnc.i.& med. ſucci limo.vnc.
ij.ſalis drach.ij.& ſimul miſce in mortario,& fit medicamentũ non valdè fœ
tens.at,ſi non curatis fœtorem.Recipe ſulphur tritum,& cinerem,& ſalem, 7.unguẽtum
& ponamus in aliquo linteo faſciculo,qui bulliat in olla cum oleo communi,
& hoc eſt verum medicamentum ſcabiei,ſed non poteſt naribus perferri.præ
terea ſoleo aliud conficere medicamentum admixto ſublimato , & hoc eſt.
Recipe tereb.butiri recentis ana vnc.iij.miſce,ablutis aceto adiungitur vn- 8.unguẽtum
guenti roſ.Meſ.vnc.iiij.olei laurini vnc.ij.ceruſſæ vnc.ij.& med.ſublimati
ſupra marmor optimè molliti,& leuigati drach.ij.miſce in martario,& hoc
robuſtiſsimum eſt.aliquando vtimur argento viuo , & robuſtum eſt medica-
mentum,& eo libẽtius vtimur,ſi caſu timeamus ſcabiem foueri à morbo gal-
lico;quia ego vidi ſcabiem,quam non potui prædictis ſuperare, quia foueba
tur à morbo gallico medicamentum hoc ſit. Recipe ping.porcinæ,& vituli- 9.unguẽtum
næ ana vnc.ij.ol.maſtich.olei laur. ol.roſ. comp. ana vnc.med. terebin.lotæ
vnc.i.& med.litharg.aurei,ceruſſæ,pulu.helleb.nigr.ana drach.ij.ſtoracis
liquidæ vnc.ſ.arg.viu. ſaliua extincti vnc.i. & med.hæc ducuntur in mor-
tario multo tempore,vt optima fiat mixtio,& vngimus,& hoc medicamen-
tum eſt oportunum in doloribus gallicis.raræ ſunt occaſiones,quibus his vte
mur,vtor ſæpè prioribus.addo tamen pulu.cardam.maio.& min.an.ſcru.ij.
pul.baccar.iunip.drach.i.pulu.carabæ, ſulphuris ignẽ non experti an.ſcru.

ij.ſalis

ij.ſalis candidi ſcrup.i.miſce hæc optimè diù in mortario, poſtea admiſcetur tantùm pomatæ, quantùm ſatis eſt. & eſt medicamentum ſuauis odoris, & vtor in facie ad delenda tubercula illa, quos dicimus coſſos. ſanata ſcabie, relinquitur pruritus, quem balneum vnica vice tollit,

Ad coſſos

Ad combuſtionem. Fallopp.

SI poſſumus habere cretam, quæ concreſcit circa molas cultrarias, quæ eſt ſubſtantia lapidis emolliti, & diſſoluamus aqua roſacea, vel aceto, bonum erit. aliqui vtuntur atramento ſcriptorio. ſed hæc quandoq; non ſuccedunt. ego vtor melle calefacto, quo infundo partem exuſtam. naphta, petroleum præſtans eſt ita oleum ex pice liquida. quandoque accipio ſquillam albam ſeco in duas partes, & impono. vtor aqua ardente ſæpè & ſæpius. vltra hæc ego habeo duo peculiaria, alterum eſt, vt æger (ſi ferre poſſit) apponat manum ad ignem: nam, ſi poteſt per octauam partem horæ ſeruare manum, aut aliam partem inflammatam ad ignem, non ſuccedit veſiculla, quia exhalat flamma. ſecundum præſidium eſt cæpa communis omnibus modis impoſita, & ego decies in me ipſo expertus ſum. ſi careo cæpis, contundo porrorum radices; at verum remedium eſt, ſi poteſt æger perferre calorem ignis. Verum ſi iſthæc in principio non fuerint adminiſtrata & oriatur veſsica. ſi adeſt inflammatio mitiganda eſt ceruſſa, litabarg. pompho. ol roſ. calce nouies lota cum vitello oui, & habentibus vim mitigandi, leniendi, & refrigerandi moderatè. at, ſi non adſit inſlammatio ſtatim aperienda veſsica (etiam quòd Aetius oppoſitũ moneat) ratio eſt, quia educitur aqua, & medicamentum facilius penetrat, fit minor excoriatio. quare moneo, vt ſemper perforetis in parte inferiori, & educatis aquam. hoc facto non fricemus parum, ſed penna illinire debemus medicamenta imponendo, quæ paranda ſunt, vt poſsint illiniri. non ſupra linteum accommodetis, quia cruciabitis ægros, & ſi nõ poteſt perferri locus detectus linteamina tenuiſsima ſint quæ quoties auferre vultis ſemper inungatis, ne crucieris ægros: vix enim tractari poſſunt vlcera hæc. ſed quo debent madere? vel poſca tepida, vel ol. roſ. Muliercularæ accipiunt velum ſericinum rariſsimum ad quantitatem loci tegendi, & nunquam auferunt, niſi putreſcat, & medicamenta omnia imponunt ſupra velum. ſi veſsica integra eſt, & non adeſt inflammatio, ego vtor ol. ex pice mixto cum ol. myrtino, vel naphta cum ol. myrt. vel ol. in quo cocta ſint porra minutim inciſa, & cortex intimus ſambuci virentis, quo ego ſemper vtor in exuſtis partibus integra manente acri vel non integra, dummodò inſlammatio non adſit. verum ſi adſit excoriatio cum inflammatione, eſt vngu. de ceruſſa, quod diluatur ol. roſ. vel myrt. ſed ego vtor quodam ol. quod paro domi, & eſt oleum ophiogloſsi. noſtis herbulam quandam, quæ profert vnicum folium veluti capillum quendam, qui aſsimilatur linguæ ſerpentis

Dioſc. lib. 2 cap. 161

tis, & ideò vnifolium, vel ſerpentina vocatur, aliqui uocant lunariam; aliqui argenteam. Hæc herba maceratur in oleo, in quo poſtea luteum oui miſceo, & utor.

Ad mollificandum oſſa duriſsima. Incerti.

Recipe ſanguinis bouis, & pone in aceto, & in uaſe æneo bulliant, quia mollificabuntur.

Confectio ad difficultatem, & dolorem urinæ, gonorrhæam. & ulcera renum. Incerti.

Recipe ſeminis peponis mundi drac. iiij. ſemin. cucum. ſiue citruli dicti drach. v. ſeminis cucurbitæ dulcis, ſem. portul. ſemin. hyoſcyami albi, boli arm. ſem. apij ana drach. ij. congregentur poſtquam contrita fuerint, & fiant inde pillulæ ſimiles auellanæ cum ſyr. uiol. doſis eſt drach. iij.

Ad idem.

Diſtillentur aquæ à folijs apij, & à folijs radicis, & capillorum ueneris ana, de qua aqua bibat patiens drach. iij. per nouem dies.

Ad tineam. Fallopp.

Primo facta totius lenitione, præparatione, atque expurgatione conuenienti: ſi ſit tinea ſicca; cruſta primo auferenda eſt; poſt capillorum ablationem, ut aditus pateat medicamentis. ad auferendos capillos, nouacula, & pſilothra non placent. Mulieres uolſella auferunt. Medici qui non poſſunt abſumere tantum temporis, accipiunt linteum fruſtagni dictum, uel bambacina: (eſt pannus, qui partim fit ex lino, partim ex filo bombicis) in parte panni piloſa illiniunt picem, & poſtea ponunt hunc pannum calidum per totam noctem in capite, & mane extrahunt uniuerſi capitis pilos, & ſic fit expilatio ſpacio unius, uel duorum, aut trium ad ſummum dierum. facta auulſione capillorum uenimus ad molliciem: primò lixiuio lauamus caput; poſtea hoc decocto fouemus, quod recipit flor. melil. chamæm. fumit. maluarum, rad. altheæ, lapat. cucumeris aſin. cyclam. chelid. maioris ana manip. i. ſem. fænugræci, ſem. lini ana unc. i. lixiuij tonſoris q. ſ. fiat decoctio, qua abluatur cruſta, poſt ſiccatur panno, & illinitur hoc med. Recipe pingued. gallin. anſeris, urſi, hirci, pingued. renum ueruecis, butyri uetuſtimi ana unc. med. ol. lil. alb. ol. laur. ana drach. ij. ſimul iunguntur, & iſto medicamento inungitur cruſta, quæ cadet ſpacio duorum, aut trium dierum: poſtquam cecidit cruſta abluite caput lixiuio; demum fricate caput linteo craſſo, donec corium rubicundum fiat, tunc ſcarificate, uel pungite aculus quibuſdam: hoc faciunt, ut totus malus humor cum ſanguine effluat. & aliquando mucus quidam egreditur; non ſanguis. et tunc decem, uel duodecim hirudines ponunt. poſtremò applicant medicamenta detergentia, diſcutientia, et attenuantia, quale eſt hoc: Recipe nitri unc. i. oxim. ſimpl. unc. i. et med.

med. miſceo, et iſto frico caput; uel aſſumo aluminis fæcis .i. fæcis uini uſtæ unc.i. aceti q.ſ. uel recipio ſcillæ albæ optimè contuſæ unc.i. ſalis candidi drach. ij. aceti q.ſ. uel recipio ſalis unc. med. aceti ſcillitici q.ſ. potentiſſima eſt hæc medicina ad educendam materiam ex corio. ſed opus eſt pluribus vicibus eadem decoctione abluere, et pluribus vicibus rubefacere cutim, & ſcarificare, donec cutis tota æqualis appareat, & lenis, munda, & pura: tunc enim ſignum eſt morbum ſuperatum eſſe. vltimo ſanandum vlcus; quia medicamenta ſanantia malignitatem, fouent vlcus, & maius reddunt. ſunt quædam medicinæ ad hunc vſum, qualis eſt hæc. Recipe pingued. ſuillæ, ol. ſemin. lini ol. laurini, ol. lil. alb. ana vnc.ſ. mellis deſpumati, & benè cocti vnc.i. & med. myrrhæ drach.i. & med. cineris chelid. ciner. ſabinæ ana q.ſ. priora miſce in mortario; deinde cineres ſenſim infunduntur donec linimenti ſubſtantiam habeat medicamentum, & huiuſmodi vnguento vngimus matutina, & veſpertina hora. præterea inungo ol. viperino cum ſæuo hirci. Item recipe oculorum populi nigræ, foliorũ ſabin. ana man.i. lapidi veteris libr.i. & med. ſalis vnc.i. olei laurini vnc.ſ. tritis terendis, miſce. macerantur ſimul per tres dies, poſtea additur aceti acerrimi libr.i. ceræ drach.ij. bulliant ad conſumptionem aceti. & hoc ſanat vlcus, & obducit cicatrice. ſi aũt malignitas ſuperari non poterit his. vtimur trociſcis ex carta cõbuſta, vel hoc medicamento. Recipe cantaridarũ purgatarũ drach. ij. ſulph. vnc.ſ. cort. nucum viridium vnc.ij. ſinapis, myrrhæ ana drach.i. & med. mellis, aceti ana q.ſ. miſce tunduntur in mortario, & fit emplaſtrum; quod ponitur ſpacio 4. vel 6. vel plurium horarum, aut integræ diei, vt videbitur: donec attollantur veſicæ: tunc.n. extrahi debet materia. hoc facto liberato loco venimus ad medicamentum ex ſabina vltimo loco deſcriptum, ſi autem tinea fuerit humida, non debemus circa corticum extractionem eſſe ſoliciti, ſed tantum capillorũ, poſtea abluere, ſcarificare, & fricare per medicamenta illa acria. ſed, ſi volumus robuſtiora; venimus ad trociſcos Andronis, & Paſsionis, & Polidæ, qui diſſoluti cum aceto maximas vires habent breuiſsimo temporis ſpacio. ſanato capite, & obducto cicatrice, tentanda omnia ſunt, vt renaſcantur pili: & ideò cùm confirmata fuerit conſolidatio per ſpacium menſis, venietis ad vſum medicamentorũ, quæ docui vos in noua origine pilorum in tractatu de morbo Gallico. inter quæ præſtans eſt decoctum abrotani, & radicis cannarum: cætera vide ibi.

Pro erectione penbis, Fallopp.

Recipe noctilucas præparatas numero quatuor, ſpecierum arom. roſ. diambræ an. vnc.i. pulpæ carnis nucis indicæ vnc.ſ. ſeminum cinaræ (.i. carciofforum) excorticatorum vnc.i. tritis optimè terendis miſce, & cum ſuff. q. ſaccari electi diſſoluti cum aq. roſ. fiat electuarium, cuius

ius cochlear accipiatur ante cœnam, & ante prandium immediatè. præparantur noctilucæ hoc modo. Recipe illas viuentes, & poſitas in linteo raro ſuſpendas ſupra vas, in quo bulliat acetum acre, donec interficiantur à vapore illo, poſtea ponantur in ol. amygd. dulc. per diem integrum, demum terantur, & miſceantur: & poteſt ipſarum maior copia addi electuario. ſed caue ne multo maior addatur.

Franciſcus Frigemelica ad idem.

Recipe ſaccari roſ. vnc. iij. hipociſtidos drach. i. & med. pineorum, amygdal. dulcium ana vnc. i. & med. ſtinci amili ana drach. i. miſce & cum ſaccaro roſ. fiat elect.

Cap. in impotentia coeundi.

Recipe amygdal. dulcium, piſtachiorum, pineorum, teſticuli galli ana vnc. i. auellanarum, caſtan. dactil. an. drach. v. teſtic. maioris canin. cerebr. paſſerc. caudæ, & renum ſtinci an. drach. ſ. ſeminum aniſ. fœnic. erucæ, paſtin. ana drach. ſ. fiat decoctio vel cum muſto, vel cum ſaccaro, vel cum lacte, prout magis gratum eſt patienti, & prout intentio Medici requirit, deinde adde pip. albi, gingib. galangæ, ana ſcrup. i. moſchi ſcrup. ſ. miſce, & fiat confectio, quæ veluti miraculoſa eſt, & gratiſſima valde.

Fallopp. ad gonorrhæam.

IN patiente gonorrhæã ex laxitudine meatuũ, adeò vt vir vix tacta muliere præter voluntatem, & ante tempus coeundi omittat ſemen, hoc detur elect. Recipe rad. ireos pulu. drach. i. ſaccari roſ. vnc. i. miſce detur quotidie cochlear vnum per 40. dies.

Ad conſolidandum omne vulnus Hælidei.

Aſperguntur vulnus puluere ligni guaiaci.

Eiuſdem ad omne venenum ſtatim liberans.

Recipe ſtercus galli, vel gallinæ, non caponis, & pone in ſuff. q. aquæ, bulliat in lebete ad tertias, & de aqua remanẽte dà in potu, eſt enim adeò efficax, vt venenum expellat.

Medicamentum deterſorium ad abluendas manus tempore frigoris Fallopp.

PRæparate deterſorium confectum ex limonibus, ex pennis molliſſimis columborum, furfure, aceto, & felle taurino. fel, & acetũ ſit in magna copia, quibus addite dicta: limones ſecẽtur in talleolas minutas, ſimul bulliant, quando vultis abluere manus capite huius medicamenti parum, & inuoluatis manus, poſtea abluatis.

Ad vulnus venenatum, & cane rabido demorſum, Fallop.

Recipe picis naualis vnc. i. ſalis nitri drach. i. cæparum, & alliorum coctorum ſub prunis an. vnc. iij. aſſæ fœtidæ, ſagapeni an. drach. i. ariſtol.

camentum factum ex opio, cæra, & ſale. Habendum eſt in maximo pretio hoc medicamenti genus. ego accipio opij ſcrup. ſ. ſalis candidi gr. v. ol. roſ. compl. ſcrup. ij. vel drach. i. cæræ albæ drach. ſ. miſcentur, & fit vnguentum: accipio parum goßipij, & imbuo locum. ſi verò timeo eroſionem, poſſum vti ol. chalchanti, & vitrioli quantum volo.

Ad extrahendum ſpiculum à vulneribus, Fallopp.

RECIPE propolis, radic. ariſtol. ſagapeni drach. i. & med. fermenti, ſtercoris columb. putrefacti ana vnc. i. narciſſi cœpam vnam, picis naualis liquidæ, mellis crudi ana quantum ſufficit: Hæc contundenda, & miſcenda in mortario, vt formetur emplaſtrum.

Aliud valentius ad idem, quum infixa ſunt in oßibus, & partibus internis.

RECIPE radicis dictamni noſtratis, pulueris dictamni cretenſis, ſagapeni, oſſæ fetidæ, gummi elimi an. drach. i. viſci quercini vnc. ſ. &, ſi non poteſtis habere viſcum quercinum, accipite quodcunque, nam ex mille libris viſci non habemus vnam quercini, cuius paucißima quantitas ſit. Reſinæ pini vnc. i. & med. euforb. gran. v. ſulphuris drach. i. picis liquidæ, mellis crudi an. quantum ſufficit mortario miſceantur. Idem facit altercum, & folia papau. cornuti à propria ſubſtantia.

Emplaſtrum ſacrum ad extrahenda ſpicula, Fallop.

RECIPE olei veteris (ſi æſtas fuerit) lib. i. ſi hyems libr. i. & med. lithar. libr. i. colophoniæ libr. ſ. cæræ vnc. iij. ammon. ariſtol. rot. ana vnc. ij. mannæ thuris, galbani vnc. i. & med. ærug. æris, dictamni cret. aloes propolis an. vnc. i. ſquamæ æris, gentianæ an. drach. vi. talis eſt compoſitio: primum coquimus litharg. cum ol. ſecundò addimus ſquamã, & æruginem, tertiò admiſcemus cæram, & reſinam, & ammoniacum, quartò reliqua, & concoquitur donec non inquinet manum lento calore.

Gluten, quo vtendum in vulneribus, quandò ægri non patiuntur conſui, Fallopp.

EGo vtor glutine ſimpliciſſimo, accipio album oui, & contundo diligentißimè hoc inficio patinam amplam ſtamneam, & pariter telam, poſtea calcem viuam non extinctam in tenuißimum pollinẽ redactam, capio, & aliquantiſper inſpergo ſuper patinã, ita, vt vix appareat; demum ſuper patinã pono telã & hoc modo aliquãtiſper cõprimo, vt puluis hæreat telæ. & dum inſpergo pulurem, ſi copioſus videtur, bucca ſufflo, ne ſit copioſus, & hæc agglutinatio ſuperat omnia, madefacta non tollitur: in applicatione autem obſeruãdum primùm eſt, vt telæ vulnus nõ tangant, ſed diſtent à vulnere, ſecundò vt fili applicentur ex vtraq; parte; prima die, quandò imponimus gluten non tentandæ ſunt ligaturæ: ſed ſecunda die quum exicca-

tatùm, & carni infixum eſt, fili ex vtraque parte aſtantes benè alligentur. tollitur autem oleo aliquo.

Cærati barbari compoſitio ad vulnera. Fallopp.

EGo vtor cærato barbaro (& aſſumo à Gal.) in omnibus, & altero, & vario ſecundùm habitus: ſi in mediocribus, vtor quale eſt: pretioſum eſt medicamentum, & ſi non vtor prima die, vtor ſecunda, & ſemper fœlici ſucceſſu. nam hoc habet ſubſtantiam penetrãtem; habet enim reſinas, ceram, & oleum, habet pulueres tenuiſſimos; habet facultatem ſiccandi, & adſtringendi, & mitigat dolorem, quod magis eſt. & quoniam habet plures compoſitiones, ego ſemper curaui, vt formaretur ea ratione, quã docet Gal. qui vocat barbarum Galeni, barbarum, quo ipſe vtor. eſt hoc duplex, alterum, quod plura continet, alterum quod pauca. ego vtor priori, cuius compoſitio talis eſt. Accipio picis ſiccæ libr. viij. (ego pono pondera Galeni, & ideò deſcribo, quia oportet adnotare, & ſupponere quædam) ceræ citrinæ libr. vi. & vncias viij. reſinæ pini libr. v. & vnc. iiij. aſphalti, ſiue bituminis iudaici (idem .n. eſt) libr. iiij. (& notate, vt veſtri ſeplaſiarij accipiant bonum bitumen, quod, ſi non habent, aduertatis ne capiant picem nigram, qua nautæ vtuntur, nam hoc eſt metallicum nimis acre, & facit exuſtionem, & inflammationem. ſupponãt ergo mumiam, non carnem ſiccatam; ſed bitumen, quo plenus eſt venter corporis mumiæ) olei libr. xv. lithargyri, ceruſſæ, æruginis æris an. vnc. iij. thuris libr. ſ. aluminis liquidi vnc. i. & med. nos non habemus alumen liquidũ, curate vt conficiatur alumine rocchæ, aluminis ſciſſilis vnc. iiij. qui erunt in Neapolitana nobiliſſima ciuitate, poterunt facere hoc, quia Puteolis copioſum eſt hoc alumen; ſed ego addo alumen rocchæ combuſtum loco eius, quemadmodum, loco liquidi idem crudum impono. opopanacis, ſquamæ æris, galbani an. vnc. i. & med. aloes, opij, myrrhæ, an. vnc. ſ. terebinth. (& pro terebinthina, poſſumus verã capere ex Cypro delatam, & poſſumus accipere reſinam laricinam, vel abietinam, quæ vulgo appellatur oleum abietinum) lib. ij. ſucci mandragoræ drach. vi. cum hunc non habeamus, curo, vt loco ipſius corticem ſiccatum ponam, aceti libr. v. tritis terendis, miſceantur, & coquantur. ſed bitumen iudaicum ſolet creſcere in lapillulos, ideò rarò ſuccedit compoſitio hæc; ſemper adſunt grana facientia inæquale emplaſtrum: ego doctus experientia: hoc modo formo. accipio litharg. ceruſſam, & oleum, & incoquo ſimul, donec acquiſiuerint mellis ſpiſſitudinem; nolo vt perueniat ad illam ſpiſſitudinem, vt non inquinet; ſatis eſt hoc, quod dixi: poſtea capio picem illam nigram, & in alio vaſe liquefacio ſupra cineres, non ſupra carbones flagrantes. tunc habendo bitumen tritum, per cribrum perforatum ſenſim inſpergo ſupra picẽ ſemper mouendo, & miſcendo. poſtea reſinam pono, & alia, quæ dicta ſunt, & coquo, donec acetum

In 2. de cõp. med. per ge. in fine.

abſumatur, vel medicamentum non inquinet amplius. Ego vtor hoc medicamento in omnibus; ſed, ſi erit in habitu molli, & parte molli cerato roſacco, cerato myrtino, & facto ex oleo amygd. dulc. miſceo. ſed in duris addo portionem emplaſtri iſidis, vel aliud.

Elixir vitæ Hælidei.

RECipe caryophyllorum, nucis moſc. gingib. Gal. pip. long. pip. nigri, zedoar. gran. iunip. cortic. aranc. cortic. citri, maioranæ, roriſm. mēt. baccar. lauri, pulegij, ariſto. rotundæ, ſtœchadis, ſigill. S. mariæ, card. benedicti, florum ſambuci, roſ. rub. alb. ſpicæ nardi, ligni aloes, cubebarum, cardam. cinnam. calami aroma. ſtœchadis arabicæ ſatiuæ, baſiliconis, gentianæ, calamenthi, ſandalorum omnium, acori, corall. macis, nigellæ, oſsis de corde cerui, raſuræ eburis, chamædryos, maſtic. thuris albi, aloes hepat. myrrhæ, florum chamæm. anethi, ſem. artemiſ. betonicæ ana drach. iij. florum borag. bugloſſæ, ſem. aniſ. fœnic. cari, cōmunium, ana drach. ij. ſpecierum elect. de gemmis, ſpecierum diarod. ſpecierum diatrion ſand. ſpecie. arom. roſ. ana drach. ſ. diamuſci, diambræ, elect. de gemm. Theriacæ, diacori, dianthos, quattuor ſaccar. conditorum an. vnc. ſ. olei de terebinthina libr. i. moſchi, ambræ an. gr. iij. iſta duo vltima ponantur in coniunctione elixir cum matre balſami. ficuum ſiccarum, paſſul. enucleatarum, pulp. dactil. amygdal. dulc. pineorum, piſtachorum, penidiarum ana vnc. i. mellis albi libr. vi. ſaccari, albi libr. x. omnia ſupradicta bene puluerizata incorporentur in olla ſuper cineres calidos, aut paruo igne optimè miſcendo, & poſtea reponantur in aliquo vaſe permittendo ipſa fermentari per dies quinque, aut ſex, & quantò plus ſtabunt, erit melius. poſtea ponantur in aqua vitæ optima quæ ſit facta in alemb. vitreo, non æneo, & permittantur iterum fermentari in ea, vt ſupra, aqua vitæ, in qua reponuntur dictæ ſpecies ſit ad pondus libr. xxv. ſi in diuerſas bocias diuidas aquam, ſimiliter ſpecies diuidas, & res; quia ſecurius deſtillabis in tribus vicibus, quàm in vna, & pone elambiccum in balneo mariæ, & moderato igne. poſtea exibit elixir vitæ: & ſerua illud per ſe benè obturando vas vitreum, ne expiret, deinde ſtillabit aqua graſsior, quæ ſolùm valet ad remouendas maculas, & lentigines ex facie. feces verò quæ remanebunt in elambicco, æquiualebunt Theriacæ, & ſeruiunt pro pauperibus ad pleraſque infirmitates.

Mater balſami ſimplex, & compoſita eiuſdem.

RECipe terebenthinæ optimæ lib. iij. thuris, maſtic. ligni aloes ana vnc. iij. macis, caryophyllorum, nucis moſc. galangæ, cinnam. cubeb. gummi elemi ana vnc. ij. piſtetur & incorporentur omnia hæc, & ponantur in alembicco lutato, & permittātur fermentari per quinque, aut ſex dies, & primo deſtilletur inter cineres lento igne, deinde augumentando, donec tandem totum

tum deſtillauerit,& hoc eſt mater balſami prima ſimplex. ſume igitur iſtius & elixir prædicti tantundem in elambicco, & iterum permittatur fermentari, vt ſupra, poſtea in balneo mariæ deſtillabit aqua clariſsima, quæ vocantur mater balſami coniuncta, ſiue compoſita.

Electuarium, quò Innocentius Pontifex quando erat centum annorum viſum recuperauit. Incerti.

REcipe ſem. fœniculi libr. ij. radicis chelidonij, chamædryos ana libr. i. & med. appij, aniſi, petroſellini, pip. gingib. cinna. puleg. anethi, florum abrotani, iuniperi, galangæ, caryophyll. eufragiæ ana vnc. iij. quibus pulueriꝫatis confice cum melle cocto, & deſpumato electuarium, & mane, & ſero cape ſcrup. x.

Experimentum probatiſsimum, cum quo curatus fuit quidam de cataractulis, qui diù non viderat.

REcipe ſtercoris lacertarum paruarum, margaritarum, fragmentorum ꝫaffirorum, corall. rub. ſuccini, ſarcocollæ, alum. rocchæ combuſtæ, ſaccari candi ana. Si morbus eſt antiquus, & eſt ibi groſſa carnoſitas. incipias ab alumine combuſto, quouſque corrodatur illa carnoſitas, & tunc apponas de illo puluere ſtercoris, & hoc modicum in die, & tunc æger ſtet per horam ſupinus, poſtea detergatur locus cum panno ſerico, & iterũ lauetur cum aqua roſarum, & iterum detergatur, & deinde lingatur cum lingua. & ponatur modicum de aqua roſarum, & modicum de felle anguillæ, vel alicuius piſcis, veluti lucij &c. demum iterum lauetur cum aqua roſ. & bis, vel ter iſto modo ſequatur à mane ad veſperas, donec ex toto liberetur. Hoc autem fieri debet habita prius totius prouidentia, & ratione habitus, ætatis, conſtitutionis, regionis, & humoris peccantis &c.

Ad hydropem. Inceti.

REcipe corticum ligni fraxini viridis libr. ij. ſcabioſæ libr. i. bulliant ſimul in ſuff. q. aquæ donec remaneat tertia pars, poſtea cola per pannũ album bene exprimendo, demum recipe mellis roſ. vnc. iij. & miſce cum dicta aqua, & duc benè cum baculo, repone in olla munda, in qua vnica bulliant ebullitione: tunc recipe dictam materiam, & iterum cola per alium pannum: cuius dà patienti per viiij. dies vnc. iij. & ſanabitur. At nota, quòd de tertio in tertium oportet clyſtere propinare cum his herbis videlicet. Recipe chelid. mercurialis, maluæ ana manip. i. bulliant ad conſumptionem quartæ partis, demum adde ſucci cyclaminis vnc. iiij. & fac clyſtere.

Ad idem.

REecipe ſcamon. coloch. thurbit, raſa pini, ſalis gemmæ ana drach. i. piſtentur omnia & incorporentur cum ſucco porri, & extendantur ſuper tabulam, & aſpergatur modici cinnam. deſuper, & ſiccentur doſis eſt dra. i.

Vnguentum regis valens vulneribus venenatis, & vlceribus antiquis, & fraudolentis habens omnes laudes vnguenti, & eſt ſecretum optimum. Incerti.

RECIPE pimpinellæ, betonicæ ana man.i. verbenacæ cum folijs, & radicibus benè lotis man.i. pone in vino albo per tres dies; poſtea fac bullire omnia ſimul vſq; ad conſumptionem medietatis vini: tunc cola per pannũ, optimè exprimendo, demum adde ſucci linguæ arietis ciathũ vnum, terebinthinæ veteris libr.ſ. reſinæ pini, gummi arab. maſtichis ana vnc.i. ceræ albæ vnc.ij. ſucci abſynthij libr.i. bulliant ſimul omnia vſq; ad perfectam decoctionem. & in fine addatur ciathus vnus lactis mulieris puerum lactentis.

Oleum rubrum contra podagram frigidam. Incerti.

RECIPE 70. vitellos ouorum coctorum, ex quibus extrahitur oleum hoc modo. ponantur dicta oua in patella ferrea ſuper ignem, & cum cocleari benè volue, & reuolue donec aliquomodo liquor ſtillare incœperit liquidus, poſtea pone in ſacculo panni linei nouo, & infuſo in aqua, & cum expreſſorio exprimè dictum ſuccum donec totum oleum extrahitur, in quo oleo pone pyrethri, caſtorei, maſtichi, laudani ana vnc.i. hoc totum pone in alembicco vitreo, & more ſolito ſuper ignem deſtilla, & fac, vt iuncturæ ſint benè clauſæ, ne reſpirent, & illud, quod deſtillabitur reduc ter ſuper feces, & hoc oleo vnge locum doloroſum, & ſanabitur, & hoc eſt pluries expertiſſimum.

Aqua iuuentutis. Incerti.

RECIPE ligni aloes, caryophyll. galangæ, cardamomi, cubebarum, granorum parad. rhabarb. electi cinnamomi, nucis moſch. calami aromat. macis ana drach. ij. omnia ſubtiliter terantur, & cribrentur, deinde recipe ſucci chelid. libr.i. ſucci ſaluiæ, bryoniæ, rutæ, betonicæ, menthæ, aquæ florum borag. bugloſſæ, ſucci fœnicul. ana libr.ſ. miſce, & pone omnia in alembicco vitreo, & deſtilla aquam, & de ea ſume omni mane cochleare vnum in die æſtiuo, in hyemali verò, duo. Hæc enim aqua iuuenibus, & ſenibus, vtilis eſt. corroborat ventriculum, cerebrum confortat, & hepar. liberat ab hectica, ab Hydropiſi maximè præſeruat, ſpleni, viſui, & auditui maximum adfert iuuamentum. valet contra venenum, & confortat omnia membra, ſanguinem in bono colore, & ab omni putrefactione præſeruat, & deſtruit fœtorem anhelitus.

Aqua, quæ tribus diebus ſanat ſcrofulas. Incerti.

RECIPE herba, quæ dicitur morſus diaboli, quæ ſit exiccata in vmbra & puluerizetur vnc.i. arſen. rubei, vitrioli Romani, lithargyr. auripigm. ana drach. i. miſce omnia ſimul cum herba ſupradicta. de hoc puluere po-

ne ſuper ſcrofulas, & ſupra pulu.pone diachilon. hoc modo videlicet: primò ſcarificabis locum læſum, poſtea inſperges puluerem modo dicto. & ſic relinque per ſpatium 24. horarum, quo termino elapſo videbis an ſcrofula ſit caſtigata; quòd, ſi non fuerit, ſcalpro auferre poteris cutim mortificatam, & iterum inſpergere pulu. dictum cum dicto emplaſtro. & poſteaquàm per 24. horas videbis caſtigatum affectum locum linies butyro, & vitello oui ſimul mixtis in formam linimenti, & de vigintiquatuor horis in 24. horas mutando linimentum perſeuerabis donec caro mortua ceciderit. quo facto vnguento ſarcotico carnis bonæ tentabis regenerationem, donec ex toto locus fuerit repletus.

Oleum contra dolores articulares paralyſim coxendicum dolorem &c. Incerti.

REcipe olei ex vitellis ouorum, vt ſupra extracti, in quo ponatur caſtor. pyrethrum, galanga, ſpica, euforb. terebinth. gummi hederæ, ſal commune, & deſtillentur per alembiccum. oleum hoc vſui reſerua, de quo vngatur nuca, & faciet mirabilia.

Lotio poſt receſſum doloris articularis, quæ confortat membra, & euacuat ſuperfluitates exiſtentis in eis, prohibens nouæ materiæ receptionem. Incerti.

REcipe ſummitatum myrti, ſtipitum roſarum, galla. cupreſſi, verbenacæ hederæ terreſtris, aluminis zuccarini, terantur craſſomodo, & bulliant cum aqua ſalſa, & vino, ana. & cum hoc decocto lauentur membra.

Oleum ſcorpionis contra venenum. Incerti.

REcipe olei antiqui quantùm vis, in quo ponas ſcorpiones tempore Iulij quot poteris habere. cui adde folia dictamni albi, folia abſynthij, betonicæ, verbenacæ, roriſmarini. & hoc totum per plures dies ſimul dimitte, & poſtea per alemb. diſtilla, & vſui reſerua.

Aqua ad exedendam carnem malam ſupercreſcentem in vlceribus, Fallopp.

REcipio aquarum plantag. roſar. ſolani ana vnc. iiij. opij ſcrup. i. medullæ panis vnc. ij. argenti ſublimati, & præparati ſcrup. iiij. miſceo, & in vaſe vitreo cum aqua ad ignem bullio donec conſumatur dimidia pars; denique dimitto donec omne ſedimentum reſideat, & limpida aqua remaneat, quam capio, & linteamina madefacio, & impono, ad hoc etiam valet aqua alumionſa magiſtralis, cuius deſcriptio habetur in tractatu de morbo gallico, & quoniam hæc habent vim acrem, & calida ſunt: & ideò excitant dolorem; iccirco imponenda ſunt mitigantia, refrigerantia circumquaque, veluti linimentum ſimplex, vnguentum de ceruſſa &c.

Ad occidendos vermes exiſtentes in vlceribus, Fallopp.

RECipe abſynth. viridis, centaur. min. virid. marrubij viridis ana manip.i. calamenthi mont. virentis man.ſ. aquæ quantum ſufficit fiat decoctio, cuius vnam partem capio, tantundem mellis, & cum eo decoquo. Aliquando ita rebelles ſunt, vt opus ſit validiſsimo medicamento. Et Recipe radic. elleb.albi, radic. dictamni albi, rad. gentianæ, centaur.maioris ana drach.ij. aquæ, vel vini quantum ſufficit miſce, & fiat decoctio, & coletur: poſtea capio iſtius decocti vnc.iiij. ſucci abſynth. vnc.ij. vngu.ægipt. vnc.ſ. ſimul miſceo, & infundo, & neceſſariò vnica vice interficiunt.

Potio ſumenda ab his, qui fiſtulam habent antequam ad localia veniamus, Fallopp.

DEcoctum Guaiaci id præſtat. vel recipe agrimon.recentis manip.iij. plantag.manip.i. & med.foliorum oliuæ manip.i. vini albi q.ſ. tritis, vel inciſis incidendis, & infuſis per noctem, decoctis ad conſumptionem tertiæ partis exhibetur matutina hora ad vnc.v. ſi adeſt febris, loco vini ius eſt ponendum.

Decoctum Iudæi ad idem.

FVit Hebræus Carpenſis, qui ſola iſta potione ſanabat multos. cuius talis eſt compoſitio. Recipe rad.altheæ, fol. millefol. folior. marrub. artemiſ. lapatij minoris, & maioris, caulium rubeorum, pimpinellæ, ſummitatum rubi, rad. rubeæ tinctorum cum fol. rad. ariſtol. longæ, & rot. cum folijs, foliorum fragrariæ, hoc eſt illius herbæ, quæ fragra facit, matricariæ, centaur. min. matriſiluæ, beton. ſaluiæ, rad. caryophyllatæ ana manip.ſ. thuris, maſtic. vnc.ſ. ſarcocollæ vnc.i. ſemin.plantag.ſem.aniſ.fœnic. capparis ana vnc.ſ. croci, rheubarb.rheupontici ana drach.ſ. vini albi odorati dulcis libr.xv. hæc bulliunt ſimul ad conſumptionem tertiæ partis: poſtea adduntur mellis libr. iij. & ſemel bulliunt, demum colatur, & ſeruatur, doſis eſt vnc. v. in aurora, & ſiue inter tot medicamenta ſit vnum faciens hoc, ſiue ſimul refracta, mihi videtur magnum medicamentum ſicut Theriaca, & Mitri. confecta ab Empiricis, tamen conſentanea ſunt, & praxi approbata.

Ad interficiendos pediculos, & piattones vocatos, Fallop.

REcipe pulu. ſtaphiſagriæ, & irios ana. miſce, poſtea pone in linteolo ligato, quo percutiantur partes, & ſic fugiunt, vel interficiuntur. præterea ſapo niger admixta ſandaraca idem præſtat. præterea pſylothrum ex auripigm. & calce vſus bonus eſt ſub axillis, & circa inguina, non autem in capillis, & barba. præterea accipimus tria aut quattuor ſemina ſtaphyſagr. ponimus in linteolo, & infundimus in ſemiciatho

aquæ

aquæ roſ. vel communis, & infundimus ibi per 12. horas, poſtea abijcimus faſciculũ, & madefacimus loca piaſtonũ cum aqua illa. ſed aduertite, quòd moderatè ſumenda eſt aqua iſta; quoniam ſemina non maceranda ſunt niſi spatio 12. horarum, vel minus; quia ſecus exederetur corium, teſtes, & pudendum. eſt ẽt uſus argenti viui, quod timere non debetis. præparatur autem varijs modis. ſolemus aliquandò accipere pannos, vel pedes leporinos, quibus auri fabri vtuntur, quando miſcent aurum cum argento viuo, quod malgama vocant, tunc cùm huiuſmodi aurum obducunt ſupra æs, aut argentum, & fricant pede leporino, vt æqualiter currat aurum. illi pedes leporini, vel linthea, quibus fricatum eſt aurum, & argentum viuum retinent colorem nigrum: ſumite hæc, & inungite barbam ſatis fælici cum ſucceſſu. præterea capimus pomum, in quod per foramen immittimus argentum viuum, coquimus, & ſic miſcemus argentum viuum cum pomo, & inungimus vel totum corpus, vbi adſunt pediculi hi, vel pulſus, & tempora ſine timore, vbi adſunt capita arteriarum pulſantium. præterea miſcemus arg. viu. cum vnguento, quo cingulum laneum inungimus, cingimus hominem hoc, & debellamus animalia iſta. Medicamentum autem tale eſt: recipe ol. comm. vnc. ij. ceræ albæ vnc. i. argenti viui vnc. i. & med. ſimul miſce, & cingulum inunge, quod geſtamus, vt tangat carnem.

Ad vermes dentium, Fallopp.

SVffitus hyoſcyami, & ſeminum porri, valet & ad ſuperiorẽ affectionem.

Lac virgineum ad lichenes, & faciem detergendam.

LAc virgineum vocant. lac ratione coloris; virgineum, quia virgines, & puellæ pulchritudinem affectantes vtuntur. Huius talis eſt compoſitio. Recipe aceti acerrimi libr. v. lithargyri argentei, & aurei ana vnc. iiij. teritur litharg. & poſtea funditur acet. & ſimul mixta ponuntur in alemb. vitreo, & extrahitur aqua, quæ ſeorſum ſeruatur. Item accipimus aluminis plumei, ſalis gemmæ ana drach. i. thuris maſculi vnc. ſ. caphuræ drach. ij. aquæ roſ. libr. i. olei tartari vnc. vi. tritis optimè terendis miſce ſimul hæc omnia poſteriora deſcripta ſine ſuperiori aqua, & per alemb. vitreum extrahitur liquor. Hæ geminæ aquæ miſcentur quando eſt oportunitas, & in media vola accipitur vtriuſq; portiuncula, & miſcetur, & ſtatim efflореſcit color lactis; & non ſunt miſcendæ ante vſum illæ aquæ, quia corrumpunt ſe inuicem; iſtis quotidie madefacite lichenem, & facilè fugabitis.

Vnguentum vetulæ ad lepram Græcorum propoſitum à Fallopp.

REcipe foliorum ſaluiæ viridis, roriſm. menthæ, calam. montani, matricariæ, hederæ, abſynth. ſabinæ, lauri ana man. ſ. iſta ſint viridia. ſi autem erit nimis pertinax lepra, ego addo radic. ellebo. nigri virentis

rad.cyclaminis,rad. brioniæ nigræ ana vnc.i. hæc ſint viridia. ſi non eſt robuſtiſſima lepra,non addo has radices. poſtea impono thuris maſculi vnc. ſ. ſalis candidi vnc. med. laridi ſuis maſc. ſaliti libr. iij. accipio laridum contūſum optimè,poſtea addo herbas, & pulueres, & iterum contundo gladio, & miſceo; mox appono in olla noua. & facio,vt parum bulliant, donec laridum eliquetur;& hæc appareant cocta;poſt cocturam colo linteo medicamentum,& tantùm percolatur,nō exprimitur.poſt excolationē addo ſulph. viui optimè triti vnc.ij.aliquando non addo,pro ratione vehementiæ lepræ; ſi validiſſima eſt,addo ſulphur.habeo præterea odoris rationem,quando tracto ruſticum, vtor, minimè verò quinn Nobilioris res agitur.

Ad ſcabiem, Fallopp.

FActa diligenti alui lenitione (ſi opportuerit) corporis præparatione, ac demum expurgatione cum his,quæ neceſſaria ſunt, venio ad locum affectum.& primò expurgo cutim,& euoco omnem ſanguinem malum ad exteriora. & ita mando, vt æger ſe conferat ad balneum, & huiuſmodi decocto abluatur. Recipe fol.malu.violariæ,fumiterræ,lapatij,& decoquimus in aqua,qua abluimus corpus,& fouemus.ſed ante hoc per ſudorem,vel per cucurbitulas euacuatur corpus. laudo magis cucurbitulas, & ſcarificatas.aliquando 15.aliquando 20.aliquando 30. pro magnitudine,& natura corporis:at minor numerus ſit 12. poſtea abluatur corpus decocto dicto; deinde aliquo medicamento illiniatur. Sed prius notate, quòd aliquando dolor ingens oritur; ideò oportet conſulere ſymptomati non morbo. hoc autem agimus, quùm aliquo balneo fouemus manus, vel pedes, in quibus maximè viget dolor, & non in reliquis partibus, quid hoc fit ob ſoliditatem cutis; & ideò non ità facilè extenditur, & ſoluitur: ideò accipiamus folia maluarum,lapat.rad.alth.& addimus hordeum,vel furfures,& coquimus in aqua addito pauciſſimo ſale, & aliquot folijs ſaluiæ; mandamus,vt in hoc decocto imponat manus, & pedes, & ſic vna nocte erumpit maxima quantitas ſcabiei.poſtea ſiccatas manus inungamus butiro recenti loto aqua pura,vel eodem decocto.ſed,ſi volumus ſanare ſcabiem quid agendum? poteſt curari & per interna,& per externa, per interna,vt matutina hora accipiant ouum ſorbile, in quo ſulphuris viui ponant quantū poteſt manere ſupra gazzetam,& hoc fiat tribus vicibus.in ſulphure non eſt ſapor nec iucundus, nec iniucundus, ſed, ſi inungimus, ingratus eſt odor. per externa ſunt vnctiones. quarum aliæ ſimplices, aliæ compoſitæ. inter ſimplices, primum locum tenet,vt accipiamus limonem,vel narantium,& ſecemus in duas partes,poſtea inſpergamus parum ſalis in ſuperficie,in qua eſt ſuccus. deinde ponatur ad ignem donec cortex aliquantiſper coquatur, deinde eliquemus,& liquore hoc veſpertina hora inungimus ſcabiem, & eſt medicamentum ſuaue

Balneum ad dolorem tollendum.

Curatio ſcabiei per interna.

Vnctio prima.

ue. aliud eſt. Recipe lithar g.ol.roſ.parùm ſalis,& ſuccum limonis,vel narancij,& ſimul miſceamus,& inungamus.loco ſucci limonis ſolemus vti vel aceto acri,vel ſucco ex vua acerba,quē ſuccum omphacium vocamus.aliud eſt. Recipe ſublimatum, quod poſitum in linteolo maceramus in ſucco limonis, vel aqua roſacea, & aliquando partes tantùm detectas oportet inungere.aliud eſt medicamentum,quod Curtij vocamus. Et recipe argen.ſublim. ſcrup.i.ceruſæ drach.i. & affundamus album oui cum pauciſſima aqua roſ. aqua primum diſſoluimus ſublimatum, & ceruſſam, poſtea miſcemus cum albo oui,& interdū,cū miſcemus in mortario, infundimus guttatim ol.roſ. completi vnc.i.& eſt medicamentum validiſſimū, & optimum: & videtur concretio,veluti lac concretum,iuncata:& quùm inungitis cutim, nihil apparet,tanta eſt nobilitas huius medicamenti.aliquando non poſſumus his lenibus ſuperare, ſed veniendum ad compoſita, quæ magis contemperent corium, & eſt. Recipe tereb.butiri recentis ana libr.i.miſce ad ignem ſimul, & poſtea abluuntur aqua, & aceto pluribus vicibus; deinde adiungimus olei roſati completi, ol. myrtini ana vncias iij. ouorum vitella numero ſex, abijcimus album,ceruſſæ lotæ libr.med.ſalis candidi vnc.iij.miſce in mortario,& habemus tutiſſimū medicamentum.aliquando ſolemus accipere aliud medicamentum ex ſulphure, & eſt robuſtiſſimū. Recipe laridi ſaliti libr.i. cōtundatur,& ter abluatur aceto ſulph.triti vnc.i.& med. ſucci limo.vnc. ij.ſalis drach.ij.& ſimul miſce in mortario,& fit medicamentū non valdè fœtens.at,ſi non curatis fœtorem.Recipe ſulphur tritum,& cinerem,& ſalem, & ponamus in aliquo linteo faſciculo,qui bulliat in olla cum oleo communi, & hoc eſt verum medicamentum ſcabiei,ſed non poteſt naribus perferri.præterea ſoleo aliud conficere medicamentum admixto ſublimato, & hoc eſt. Recipe tereb.butiri recentis ana vnc.iij.miſce,ablutis aceto adiungitur vnguenti roſ.Meſ.vnc.iiij.olei laurini vnc.ij.ceruſſæ vnc.ij.& med.ſublimati ſupra marmor optimè molliti,& leuigati drach.ij.miſce in martario,& hoc robuſtiſſimum eſt.aliquando vtimur argento viuo, & robuſtum eſt medicamentum,& eo libētius vtimur,ſi caſu timeamus ſcabiem foueri à morbo gallico;quia ego vidi ſcabiem,quam non potui prædictis ſuperare, quia fouebatur à morbo gallico medicamentum hoc ſit. Recipe ping.porcinæ,& vitulinæ ana vnc.ij.ol.maſtich.olei laur. ol.roſ. comp. ana vnc.med. terebin.lotæ vnc.i.& med.litharg.aurei,ceruſſæ,pulu.helleb.nigr.ana drach.ij.ſtoracis liquidæ vnc.ſ.arg.viu. ſaliua extincti vnc.i. & med.hæc ducuntur in mortario multo tempore,vt optima fiat mixtio,& vngimus,& hoc medicamentum eſt oportunum in doloribus gallicis.raræ ſunt occaſiones,quibus his vtemur,vtor ſæpè prioribus.addo tamen pulu.cardam.maio.& min.an.ſcru.ij. pul.baccar.iunip.drach.i.pulu.carabæ, ſulphuris ignē non experti an.ſcru. ij.ſalis

2.unguētum

3.unguētum

4.unguētum Curtij.

5.unguētum

6.unguētum

7.unguētum

8.unguētum

9.unguētum

ij.ſalis candidi ſcrup.i.miſce hæc optimè diù in mortario, poſtea admiſcetur tantùm pomatæ, quantùm ſatis eſt. & eſt medicamentum ſuauis odoris, & vtor in facie ad delenda tubercula illa, quos dicimus coſſos. ſanata ſcabie, relinquitur pruritus, quem balneum vnica vice tollit,

Ad coſſos

Ad combuſtionem. Fallopp.

SI poſſumus habere cretam, quæ concreſcit circa molas cultrarias, quæ eſt ſubſtantia lapidis emolliti, & diſſoluamus aqua roſacea, vel aceto, bonum erit. aliqui vtuntur atramento ſcriptorio. ſed hæc quandoq; non ſuccedunt. ego vtor melle calefacto, quo infundo partem exuſtam. naphta, petroleum præſtans eſt ita oleum ex pice liquida. quandoque accipio ſquillam albam ſeco in duas partes, & impono. vtor aqua ardente ſæpè & ſæpius. vltra hæc ego habeo duo peculiaria, alterum eſt, vt æger (ſi ferre poſſit) apponat manum ad ignem: nam, ſi poteſt per octauam partem horæ ſeruare manum, aut aliam partem inflammatam ad ignem, non ſuccedit veſiculla, quia exhalat flamma. ſecundum præſidium eſt cæpa communis omnibus modis impoſita, & ego decies in me ipſo expertus ſum. ſi careo cæpis, contundo porrorum radices; at verum remedium eſt, ſi poteſt æger perferre calorem ignis. Verum ſi iſthæc in principio non fuerint adminiſtrata & oriatur veſsica. ſi adeſt inflammatio mitiganda eſt ceruſſa, litabarg. pompho. ol roſ. calce nouies lota cum vitello oui, & habentibus vim mitigandi, leniendi, & refrigerandi moderatè. at, ſi non adſit inſtamnatio ſtatim aperienda veſsica (etiam quòd Aetius oppoſitũ moneat) ratio eſt, quia educitur aqua, & medicamentum facilius penetrat, fit minor excoriatio. quare moneo, vt ſemper perforetis in parte inferiori, & educatis aquam. hoc facto non fricemus parum, ſed penna illinire debemus medicamenta imponendo, quæ paranda ſunt, vt poſsint illiniri. non ſupra linteum accommodetis, quia cruciabitis ægros, & ſi nõ poteſt perferri locus detectus linteamina tenuiſsima ſint quæ quoties auferre vultis ſemper inungatis, ne crucieris ægros: vix enim tractari poſſunt vlcera hæc. ſed quo debent madere? vel poſca tepida, vel ol. roſ. Mulierculæ accipiunt velum ſericinum rariſsimum ad quantitatem loci tegendi, & nunquam auferunt, niſi putreſcat, & medicamenta omnia imponunt ſupra velum. ſi veſsica integra eſt, & non adeſt inflammatio, ego vtor ol. ex pice mixto cum ol. myrtino, vel naphta cum ol. myrt. vel ol. in quo cocta ſint porra minutim inciſa, & cortex intimus ſambuci virentis, quo ego ſemper vtor in exuſtis partibus integra manente acri vel non integra, dummodò inſlammatio non adſit. verum ſi adſit excoriatio cum inflammatione, eſt vngu. de ceruſſa, quod diluatur ol. roſ. vel myrt. ſed ego vtor quodam ol. quod paro domi, & eſt oleum ophiogloſsi. noſtis herbulam quandam, quæ profert vnicum folium veluti capillum quendam, qui aſsimilatur linguæ ſerpentis

Dioſc. lib. 2 cap. 151

tis

tis,& ideò vnifolium,vel ſerpentina vocatur,aliqui uocant lunariam; aliqui argenteam. Hæc herba maceratur in oleo, in quo poſtea luteum oui miſceo, & utor.

Ad mollificandum oſſa duriſsima. Incerti.

Recipe ſanguinis bouis, & pone in aceto, & in uaſe æneo bulliant, quia mollificabuntur.

Confectio ad difficultatem,& dolorem urinæ,gonorrhæam. & ulcera renum. Incerti.

Recipe ſeminis peponis mundi drac iiij.ſemin. cucum. ſiue citruli dicti drach.v.ſeminis cucurbitæ dulcis, ſem. portul.ſemin.hyoſcyami albi, boli arm.ſem.apij ana drach.ij. congregentur poſtquam contrita fuerint,& fiant inde pillulæ ſimiles auellanæ cum ſyr.uiol. doſis eſt drach. iij.

Ad idem.

Diſtillentur aquæ à folijs apij, & à folijs radicis, & capillorum ueneris ana, de qua aqua bibat patiens drach.iij. per nouem dies.

Ad tineam. Fallopp.

Primo facta totitus lenitione,præparatione, atque expurgatione conuenienti: ſi ſit tinea ſicca; cruſta primo auferenda eſt; poſt capillorum ablationem, ut aditus pateat medicamentis. ad auferendos capillos, nouacula,& pſilothra non placent. Mulieres uolſella auferunt. Medici qui non poſſunt abſumere tantum temporis,accipiunt linteum fruſtagni dictum, uel bambacina: (eſt pannus, qui partim fit ex lino, partim ex filo bombicis) in parte panni piloſa illiniunt picem,& poſtea ponunt hunc pannum calidum per totam noctem in capite, & mane extrahunt uniuerſi capitis pilos, & ſic fit expilatio ſpacio unius,uel duorum,aut trium ad ſummum dierum.facta auulſione capillorum uenimus ad molliciem: primò lixiuio lauamus caput;poſtea hoc decocto fouemus,quod recipit flor.melil.chamæm.fumit.maluarum, rad. altheæ, lapat. cucumeris aſin. cyclam.chelid. maioris ana manip.i.ſem.fænugræci,ſem.lini ana unc.i.lixiuij tonſoris q.ſ.fiat decoctio,qua abluatur cruſta,poſt ſiccatur panno,& illinitur hoc med. Recipe pingued.gallin.anſeris,urſi,hirci,pingued.renum ueruecis,butyri uetuſtiſſimi ana unc.med.ol.lil.alb.ol.laur. ana drach. ij.ſimul iunguntur, & iſto medicamento inungitur cruſta,quæ cadet ſpacio duorum,aut trium dierum: poſtquam cecidit cruſta abluite caput lixiuio; demum fricate caput linteo craſſo, donec corium rubicundum fiat, tunc ſcarificate,uel pungite aculus quibuſdam:hoc faciunt,ut totus malus humor cum ſanguine effluat. & aliquando mucus quidam egreditur; non ſanguis. et tunc decem,uel duodecim hirudines ponunt.poſtremò applicant medicamenta detergentia,diſcutientia,et attenuantia, quale eſt hoc: Recipe nitri unc. i. oxim.ſimpl. unc.i.et med.

med. miſceo, et iſto frico caput; uel aſſumo aluminis fæcis .i. fæcis uini uſtæ unc.i. aceti q.ſ. uel recipio ſcillæ albæ optimè contuſæ unc.i. ſalis candidi drach. ij. aceti q.ſ. uel recipio ſalis unc. med. aceti ſcillitici q.ſ. potentiſſima eſt hæc medicina ad educendam materiam ex corio. ſed opus eſt pluribus vicibus eadem decoctione abluere, et pluribus vicibus rubefacere cutim, & ſcarificare, donec cutis tota æqualis appareat, & lenis, munda, & pura: tunc enim ſignum eſt morbum ſuperatum eſſe. vltimo ſanandum vlcus; quia medicamenta ſanantia malignitatem, fouent vlcus, & maius reddunt. ſunt quædam medicinæ ad hunc vſum, qualis eſt hæc. Recipe pingued. ſuillæ, ol. ſemin. lini ol. laurini, ol. lil. alb. ana vnc.ſ. mellis deſpumati, & benè cocti vnc.i. & med. myrrhæ drach.i. & med. cineris chelid. ciner. ſabinæ ana q.ſ. priora miſce in mortario; deinde cineres ſenſim infunduntur donec linimenti ſubſtantiam habeat medicamentum, & huiuſmodi vnguento vngimus matutina, & veſpertina hora. præterea inungo ol. viperino cum ſeuo hirci. Item recipe oculorum populi nigræ, foliorũ ſabin. ana man.i. laridi veteris libr.i. & med. ſalis vnc.i. olei laurini vnc.ſ. tritis terendis, miſce. macerantur ſimul per tres dies, poſtea additur aceti acerrimi libr.i. ceræ drach.ij. bulliant ad conſumptionem aceti. & hoc ſanat vlcus, & obducit cicatrice. ſi aũt malignitas ſuperari non poterit his. vtimur trociſcis ex carta cõbuſta, vel hoc medicamento. Recipe cantaridarũ purgatarũ drach. ij. ſulph. vnc.ſ. cort. nucum viridium vnc.ij. ſinapis, myrrhæ ana drach.i. & med. mellis, aceti ana q.ſ. miſce tunduntur in mortario, & fit emplaſtrum; quod ponitur ſpacio 4. vel 6. vel plurium horarum, aut integræ diei, vt videbitur: donec attollantur veſicæ: tunc.n. extrahi debet materia. hoc facto liberato loco venimus ad medicamentum ex ſabina vltimo loco deſcriptum, ſi autem tinea fuerit humida, non debemus circa corticum extractionem eſſe ſoliciti, ſed tantum capillorũ, poſtea abluere, ſcarificare, & fricare per medicamenta illa acria. ſed, ſi volumus robuſtiora; venimus ad trociſcos Andronis, & Paſsionis, & Polidæ, qui diſſoluti cum aceto maximas vires habent breuiſsimo temporis ſpacio. ſanato capite, & obducto cicatrice, tentanda omnia ſunt, vt renaſcantur pili: & ideò cùm confirmata fuerit conſolidatio per ſpacium menſis, venietis ad vſum medicamentorũ, quæ docui vos in noua origine pilorum in tractatu de morbo Gallico. inter quæ præſtans eſt decoctum abrotani, & radicis cannarum: cætera vide ibi.

Pro erectione penhis, Fallopp.

RECIPE noctilucæs præparatas numero quatuor, ſpecierum arom. roſ. diambræ an. vnc.i. pulpæ carnis nucis indicæ vnc.ſ. ſeminum cinaræ (.i. carcioſſorum) excorticatorum vnc.i. tritis optimè terendis miſce, & cum ſuff. q. ſaccari electi diſſoluti cum aq. roſ. fiat electuarium, cuius

ius cochlear accipiatur ante cœnam, & ante prandium immediatè. præparantur noctiluc.æ hoc modo. Recipe illas viuentes, & poſitas in linteo raro ſuſpendas ſupra vas, in quo bulliat acetum acre, donec interficiantur à vapore illo, poſtea ponantur in ol. amygd. dulc. per diem integrum, demum terantur, & miſceantur: & poteſt ipſarum maior copia addi electuario. ſed caue ne multo maior addatur.

Franciſcus Frigemelica ad idem.

RЕcipe ſaccari roſ. vnc. iij. hipociſtidos drach. i. & med. pineorum, amygdal. dulcium ana vnc. i. & med. ſtinci amili ana drach. i. miſce & cum ſaccaro roſ. fiat elect.

Cap. in impotentia coeundi.

Recipe amygdal. dulcium, piſtachiorum, pineorum, teſticuli galli ana vnc. i. auellanarum, caſtan. dactil. an. drach. v. teſtic. maioris canin. cerebr. paſſerc. caudæ, & renum ſtinci an. drach. ſ. ſeminum aniſ. fœnic. erucæ, paſtin. ana drach. ſ. fiat decoctio vel cum muſto, vel cum ſaccaro, vel cum lacte, prout magis gratum eſt patienti, & prout intentio Medici requirit, deinde adde pip. albi, gingib. galangæ, ana ſcrup. i. moſchi ſcrup. ſ. miſce, & fiat confectio, quæ veluti miraculoſa eſt, & gratiſsima valde.

Fallopp. ad gonorrhæam.

IN patiente gonorrhæã ex laxitudine meatuũ, adeò vt vir vix tacta muliere præter voluntatem, & ante tempus coeundi omittat ſemen, hoc detur elect. Recipe rad. ireos pulu. drach. i. ſaccari roſ. vnc. i. miſce detur quotidie cochlear vnum per 40. dies.

Ad conſolidandum omne vulnus Hælidei.

Aſperguntur vulnus puluere ligni guaiaci.

Eiuſdem ad omne venenum ſtatim liberans.

Recipe ſtercus galli, vel gallinæ, non caponis, & pone in ſuff. q. aquæ, bulliat in lebete ad tertias, & de aqua remanẽte dà in potu, eſt enim adeò efficax, vt venenum expellat.

Medicamentum deterſorium ad abluendas manus tempore frigoris Fallopp.

PRæparate deterſorium confectum ex limonibus, ex pennis molliſsimis columborum, furfure, aceto, & felle taurino. fel, & acetũ ſit in magna copia, quibus addite dicta: limones ſecẽtur in talleolas minutas, ſimul bulliant, quando vultis abluere manus capite huius medicamenti parum, & inuoluatis manus, poſtea abluatis.

Ad vulnus venenatum, & cane rabido demorſum, Fallop.

Recipe picis naualis vnc. i. ſalis nitri drach. i. cæparum, & alliorum coctorum ſub prunis an. vnc. iij. aſſæ fœtidæ, ſagapeni an. drach. i. ariſtol.

rotundæ, dictamni albi ana drach. ſ. ſtercoris columbini vnc. i. olei lil. albo. quantum ſufficit. ex hoc fit empl. quod calidum imponitur. ſunt gallinæ viuæ, quo præſidio vtor in vulneribus venenatis, diſſeco per medium, & ita calidas impono ictui: maxima fit attractio: & in parte, in qua tangit venenum acriores, & viridiores carnes redduntur. quando canis momorderit, pilus canis eiuſdem eſt antidotum. eſt etiam bonum aliquod genus cretæ; quoniam trahit ad ſe ſua natura venenũ, eoq; magis, ſi creta illa plurimum nitri habuerit, præterea contundere ſolent, & vino inſpergere, & ideò vini calentes ſpiritus in ſe recipit, qui conducunt in euocatione veneni.

Ad reducendos tumores in abſceſſum, & maturationem. Fallopp.

RECIPE radic. altheæ coctarum libr. ſ. caricarum, & paſſularum coctarum in aqua ana vnc. ij. farinæ tritici, fabarum ana vnc. iij. butiri recentis, pingued. gallinæ recentis ana vnc. i. & med. croci drach. i. decocti caricarum, & paſſularum quantum ſufficit. contuſis contundendis decoquuntur in olla donec emplaſtica fiant. alia ratio eſt. Recipe radicum altheæ coctarum, cæparum coctarum ſub prunis ana libr. ſem. fermenti tenerioris libr. i. ol. amygda. dulcium vnc. iij. pingu. ſuillæ vnc. ij. decoctionis rad. altheæ quantum ſufficit, miſce, & coquantur in olla: ſed notate, quòd, quanuis methodus doceat hoc, quòd debeamus augere, uel conſeruare calorem; ego doctus à vulgo vnum reperi, quòd hoc tardiùs ſuccedit, ideò cum conſeruantibus, vel augentibus calorem miſceamus aliquid, quod habet vim attenuandi, non in toto medicamento, ne deſtruat vim emplaſticam: & niſi hoc fecerimus nimis tardè materia colligitur, & corium exeditur. ideò ego habeo fruſtrum laridi rãcidi, & veteris porcini ſaliti inſpergo pauco croco, & pono ſupra tumorem, poſtea applico cataplaſma. aliquando raſuram ſaponis albi impono, aliquando ſaponem nigrum vel purum, vel admixto melle, & ſupra reliquum cataplaſma accomodo: & ſic cita, & tuta fit corij diſruptio, & datur exitus ſanici.

FINIS.

GABRIELIS FALLOPP. TRACTAT. de Morbo gallico capitum, Index.

PRęfatio de origine eius. cap. 1
De nominibus variis morbi gallici. cap. 2
An nouus, an antiquus ſit. & primo an ſit iſdē cū lepra Arabū. cap. 3
Quòd non ſit ſahafatū Auic. cap. 4
An gallicus cū Alboti ſit idē. cap. 5
Quòd nō ſit dolor articularis. c. 6
Quòd non ſint variolæ ibidem.
Quòd non ſit pſora ibidem.
Quòd non ſit communis, nec epidemialis æſtiuus cap. 7
Quòd ſit morbus nouus, communis, contagioſus cap. 8
De parte, q̄ primo, & per ſe laborat, & q̄ nō eſt cōis toti corpori. cap. 9
Quòd pars, quæ primò, & per ſe patitur non ſint pudenda. cap. 10
Quòd caput non ſit proprium ſubiectum gallici cap. 11
Quòd non ſit cutis, nec crura propriū ſubiectū contra Leon. cap. 12
Ponitur opio propria, & concluditur propriū ſubiectū eſſe hepar. cap. 13
De natura morbi: an ſimplex an cōpoſitus, & primò cōtra Braſſ. cap. 14
Contra Manardum cap. 15
Quòd non ſit frigida, & humida intemperies cap. 16
Quòd nō ſit calida, & ſicca intēp. c. 17
Quòd non ſit calida & humida intempe. cap. 18
Quòd non ſit putredo ibidem.
Quòd non diſtinguatur ratione quatuor humorum. cap. 19
An affectio gall. morbꝰ ſit necne. c. 20
Si morbus, in quo genere ibidem.
De modo generationis morbi. c. 21
De cauſis cap. 22
De ſignis cap. 23
De curatione morbi, & primò de exercitatione. cap. 24
Proponitur ſuffumigium. cap. 25
Proponitur hydrargyrum. cap. 26
Proponitur præcipitatum. cap. 27
De curatione per methodum, & primo de victus ratione. cap. 28
De motu, quiete, ſomno, animi paſſionibus, & excrementis. cap. 29
De euacuatione materiæ. cap. 30
De præparatione humorum. cap. 31
De medicamentis euacuantibus pituitam. cap. 32
De alterātibꝰ & euacuātibus bilē. c. 33
De electuario bili cōferēte. cap. 34
De præparātibus melācoliā. cap. 35
De euacuantibus melanc. cap. 36
In quo proponit̄ vera antidotus. c. 37
Vbi examinatur iuniperus, & ſoluuntur problemata quædam. cap. 38
De natura guaiaci. cap. 39
An guaiacum notū antiquis. cap. 40
De qualitatibꝰ & viribꝰ ligni īdici. c. 41
An lignum indicum valeat ad alias infirmitates. cap. 42
De modo vtēdi ligno Indico. ca. 43
Quale lignum ſit eligendū. cap. 44
De præparatione ligni cap. 45
De decoctione ligni cap. 46
De cōpoſitis decoctionibꝰ ligni. c. 47
In quibus ęgritudinibus vtemur prędictis decoctis cap. 48
De tēpore, quo exibēdū decoctū c. 49
De loco. cap. 50
De quātitate decocti aſſumēdi. c. 51
Quot diebꝰ debet aſſumi decoctū c. 52
De hora exhibendi ſyr. & de ſeruandis. cap. 53
De iis quæ vitanda ſunt. cap. 54
De corrigendis, cap. 55

De excrementis. cap. 56
De victus ratione. cap. 57
De potu. cap. 58
Quid agendum poſt dietã, ſi intemperies calida hepatis perſiſtat. ca. 59
De radice china. cap. 60
Quomodo pareẽ decoctio cinæ. c. 61
De electione cinæ. cap. 62
De ſalſapariglia. cap. 63
De mõ cõficiẽdi decoctũ ſalſæ. c. 64
De vacuantibus, quum bibitur decoctum ſalſæ. cap. 65
De ratione victus. cap. 66
De cura ſymptomatum superuenientium. cap. 67
De aliis ſalſæ facultatibus. cap. 68
De ſuffumigiis. cap. 69
De ſuffimentorum viribus. cap. 70
De diuiſione ſuffituum. cap. 71
De modo ſuffumigãdi vniuerſum corpus materia valida, ſed non venenoſa. cap. 72
De ſymptomatib9 ſuperueniẽtib9 c. 73
De ſuffitib9 ex materia benigna. c. 74
De ſuffitibus malignis. cap. 75
De inunctione ex hydrarg. cap. 76
Ad corrigẽda ſymptomata. cap. 77
De variis vnctionũ generibus. c. 78
De pcipitato, qđ exhibẽt per os. c. 79
De numero ſymptomatum gallicum ſequentium. cap. 80
De cariei gallicæ cauſis. cap. 81
De tribus cariei gallicæ cauſis. c. 82
De tumore præputii ex carie. c. 83.
De callo præputii. cap. 84
Quomodo curandus tumor præputii ita vt recurrere nõ poſsit. cap. 85
De carie in canali virgæ. cap. 86
De cicatrice calloſa, & veluti neruoſa poſt cariem remanente. cap. 87
De verrucis, ſiue porris. cap. 88
De pſeruatione à carie gallica. ca. 89
De bubone gallico. cap. 90
De curatione bubonis. cap. 91
Defluuium pilorum. cap. 92
De puſtulis. cap. 93
De dolore articulorum. cap. 94
De gummatibus gallicis, atq; eorum curatione. cap. 95
De oſsium corruptione. cap. 96
Remedia, quũ cadit os palati, cap. 97
De vlceribus gallicis. cap. 98
De impetigine. cap. 99
De gonorrhæa. cap. 100
De aurium tinnitu ibidem.
De Rhagadibus. cap. 101
De cephalea, & reliquis ſympt. c. 102

De bubone peſtilenti. Index.

Propoſitum. cap. 1
De cauſis. cap. 2
De ſignis. cap. 3
De præſagio. ca. 4
De curatione, & primo de his, quæ ſpectant ad aerem. ca. 5
De cibo, & potu. ca. 6
De ſomno, & vigilia. ca. 7
De motu, quiete, & excremẽtis. c. 8
De venæ ſectione. ca. 9
Solutio rationum concludentium mittendum ſanguinem. ca. 10
De pharmaci exhibitione. ca. 11
De pharmacis. ca. 12
De antidotis ſimplicibus. ca. 13
De antidotis compoſitis. ca. 14
De virium imbecillitate. ca. 15
De nauſea, & vomitu. ca. 16
Ad ventris fluxum. ca. 17
Ad lethargũ, deliriũ, & ſitim. ca. 18
Ad dorſi dolorẽ, atq; thoracis. c. 19
De loco affecto. ca. 20

De principio venarum, Index.

Proponitur, & declaratur quęſitũ. c. 1
Variæ opiniones. ca. 2
Ponuntur argumenta Ariſt. ca. 3
Rationes in oppoſitum. ca. 4
Determinatio. ca. 5

Reſpon-

Reſpondet Ar. rationibus, & impugnantur, qui volunt Ar. cum Galc. concordare. ca. 6

De balſamo. Index.

Propoſitum, & ordo. ca. 1
Nomina varia balſami. ca. 2
Deſcriptio, & natura. ca. 3
De adulterato balſamo. ca. 4
De balſamo nō vero idiarū occid. c. 5
De balſamo Indiarū Oriēt. ca. 6
De balſamo artificiali. ca. 7
De variis balſami ſpeciebus. ca. 8
De modo, & tēpore collectionis. c. 9
De quātitate, & pretio balſami. c. 10
De notis opobalſami. ca. 11
De adulteratione balſami. ca. 12
De xilobalſamo. ca. 13
De carpobalſamo ibidem.
Additio. ca. 14

De Aſpalatho. Index.

De variis nominibus. ca. 1
Deſcriptio & vires. ca. 2
Tractatus de ſandalis habet. ca. 1
Tract. de muſcho arborū habet. c. 1
Tract. de moſcho odorato habet. c. 1
Tractatus de ambra habet. ca. 1
Tractatus de zibetto habet. ca. 1

De decoratione. Index.

Præfatio. ca. 1
Definitio decorationis, & ad quam artem pertinet. ca. 2
Epilogus. ca. 3
Propoſitum, ordo, atq; authorum, qui de decoratione tractarunt enumeratio. ca. 4
De obeſitate, & primo q̄d noīs eius c. 5
De obeſitatis definitione. ca. 6
De quatuor ſpeciebus obeſitatis. c. 7
Quomodo fiat obeſitas. ca. 8
De cauſis obeſitatis. ca. 9
De ſignis. ca. 10
De præſagiis. ca. 11
De indicationibus curatiuis. ca. 12
De rebus nō naturalibus, & primo de aere, motu, & quiete. ca. 13
De ſomno, & vigilia, excrem. & animi paſſ. ca. 14
De venere, cibo, & potu. ca. 15
De medicamentis. ca. 16

De macie.

Varia eius nomina. ca. 1
Definitio. ca. 2
De maciei ſpeciebus. ca 3
De modo, quo fit macies. ca. 4
De cauſis externis. ca. 5
De cauſis internis. ca. 6
De ſignis. ca. 7
De preſagio. ca. 8
De curōne p̄ ſex res nōnaturales. ca. 9
De medicamentis acopis, atque de picatione. ca. 10
De dropacibus medicamentis. ca. 11
Electuaria ca. 12
De partiū macie, & 1, de cauſis ca. 13
De ſignis. ca. 14
De prognoſtico. ca. 15
De curatione ca. 16
De membrorum breuitate. ca. 17
De colis longitudine ibidem.
De p̄putii breuitate corrigēda. ca. 18
De naſi, labiorum, atq; aurium regeneratione. ca. 19
De mãmillarū amplificatione. ca. 20
De papillis. ca. 21
De partium extenuatione. ca. 22
De mãmillarum extenuatione. c. 23
De teſtium extenuatione. ca. 24

GVLIELMI RONDELETII
Trattatus de fucis

Ad tollēdam cutis inquinationem pagina. 52. a
Pro detergenda cuti balneum debile ibidem.
Balneum valentius ibidem:
Balneum pro bilioſis. ca. 52. b
Ad cutim duram, & aſperam ibidem

Ad

Ad maculas tollendas ibidem
Regulę ſeruandę in topicis medica. ibidem.
Pomarę deſcriptio ibidem.
Aqua pro muliere bilioſa ad faciem dealbandam ibidem.
Ad faciem leniendam, & ſplendidam reddendam ibid.
Detergentia. ca. 53. a
Fucus pro rubicundis ibid.
Ad cicatrices dealbandas ibid.
Ad dentes ne deuigrentur ibid.
Quando gallico morbo laborantes infecti inunguntur, debent os oleo amygd. dulc. colluere ibidem
Ad veſtigia variolarũ delenda c. 53. b
Ad dealbandos dentes ibidem
Fucus ibidem
Ad auferendam cutim craſſam ibid.
Linimentum pro delicatis ibidem
Ad impeti gines ibidem
Aliud ibibem
Aliud ibidem
Aliud ca. 54. a
Ne fiant impetigines ibidem
Ad idem ibidem
Ad impetigines ibidem
Fucus optimus ibidem
Modus vtendi fucis ibidem
Deſtillatio ad faciei maculas, & lentigines ibid.
Ad faciei maculas. ca. 54. b
Ad verrucas, & alia tubercula ibidem
Vt capilli flaui fiant ibidem
Vt manus fiant candidiores ibidem
Aliud ad idem ibidem
Regula circa fucos ſeruanda ibid.
Ad detergendum fucus idid.
Ad ſplendorem inducendum ibid.
Aliud ibid.
Ad delendas cicatrices, & conciliandũ cicatrici bonum colorem c. 55. a
Ad caſum pilorum ibid.
Fucus vxoris Rond. ibid,
Fucus Tonualæ formoſisſimę ibid.
Alius ℥ ibidem.
Prohibens pilos renaſci ibidem
Faciei ruborem remouens ibidem
Ad faciei pannum ibidem
Ad cicatrices fędas delendas ibid.
Ad dealbandos dentes
Ad crepaturas labiorum manuũ, & talorum, atque mammill. ibid.

De caloribus. Index.

De primo calore animalium, quem elementarium vocant ca. 1
De calore innato ca. 2
De ſubiecto, in quo ſecundus iſte calor conſiſtit ca. 3
De ſpiritu, qui fertur per arterias ca. 4
De calore præter naturali ca. 5
De operationib⁹ caloris naturalis c. 6
De concoctione ibidem

ARCANORVM LIBRI.

Præfatio pagina ca. 61. a
Ad cõciliãdũ ſomnũ Gabr. Fal. c. 61. b
Ad idem incerti ibidem
Puluis contra dolorem capitis & ad alia, incerti ibidem
Ad cicatricẽ inducendã vngu. de tutia magiſtr. deſcriptio Fall. ibidem
Ol. tereb. ad auferendum dolorem ab vlcer. Fall: ca. 62. a
Ad auferendam carnem laxam, quę in vlceribus ſupercreſcere ſolet, & dolorem facere Fall. ibid.
Ad dolores vlcerum rebelles ibid.
Aliud ibidem
Ad dentium corruptionem ibid.
Ad extrahẽ. ſpiculũ à vulnerib⁹ c. 62 b
Aliud valentius ibidem.
Emplaſtrum ad idem ibid.
Gluten vulnerum ibid.
Cerati barbari deſcriptio ca. 63 a
Elixir vitæ ca. 63 b
Mater balſami ſĩplex, & cõpoſita ibid.

Electua-